

Ayuntamiento de Madrid

16,

R


627



28-9



Ry 4329



OPERA

B. FVLGENTII APHRI, EPI= scopi Ruspēsis, Theologi antiqui, in uetustissimo codicē conscripta, nuper apud Germanos inuenta, & ad rectorem ueteris Theologiæ instituti= onem, qua, ut eruditione intellectus, sic lingua eloquio, & uita moribus, altior fiat, Deo auspiciæ, pro desiderijs uotisq; multorum nunc denuo q̄ castigatissime impressa.

ITEM OPE

RA MAXENTII IOHANNIS, Serui Dei, pulchra uetustatis monumenta, in eodem Codicē reperta.

HVMILIA SVBVO

Index operum continuo pagina uersa conspiciatur.





OPERA

B. FVLGENTII APHRI, EPI-
scopi Ruffensis, Theologi antiqui, in uetustissimo
codicæ conscripta, nuper apud Germanos inuen-
ta, & ad rectorem ueteris Theologiæ instituti-
onem, qua, ut eruditione intellectus, sic lingua
eloquio, & uita moribus, altior fiat, Deo auspi-
cæ, pro desiderijs uotisq; multorum nunc denuo
q̄ castigatissime impressa.

ITEM OPE

RA MAXENTII IOHANNIS,
Serui Dei, pulchra uetustatis monumenta, in
eodem Codicæ reperta.

II V MILIA SUB VO C. 

Index operum continuo
pagina uersa conspiatur.



OPERA B. FVLGENTII IN HOC VOLVMI-
NE CONTENTA.

AD MONIMVM

Libri tres.

- Primus / De duplici predestinatiōe
Dei / Una bonorum ad gloriā /
Alterā malōrum ad pēnā. folio. f.
Secundus / Tres quæstiones com-
plectens / Unam de sacrificiō ob-
latione / Alteram de sancti spiri-
tus missione / Tertiam de super-
crogatione S. Pauli. fo. xlv.
Tertius / De vera expositione illius
dicti Euāgelici: Et verbum erat
apud Deum. fo. lxxv.

CONTRA ARIANOS

Liber vnus.

- Decē respōsiones fulgētii / ad decē
Arianorū obiectiōes. fo. xciiij.

AD TRASIMVNDVM

Regem / Libri tres.

- Primus / De mysterio mediatoris
Christi. fo. cxxiij.
Secundus / De immensitate Diui-
nitatis filii Dei. fo. clxvij.
Tertius / De Sacramento domini
ce passionis. fo. ccviiij.

AD DIVERSOS EPI-

stole septem.

- Prima / De cōiugalī debito / et voto
cōiugie / a cōiugib⁹ emisso. fo.
Secūda / Ad Gallū / de cō. (ccclxv).
solatiōe super mortē mariti / deq̄
viduitate. fo. cclxxix.
Tertia / ad Probā / De Virginitate
simul atq̄ humilitate. fo. ccl.
Quarta / Ad candē / De oratione ad
Deū / et cōpunctiōe cordis. fo.
Quinta / ad Eugyp̄iū Ab. (ccclxxvi)
baten / De charitate et eius di-
lectione. fo. cccxxxv.
Sexta / Ad Theodorū Senatorē /
de cōuersione a seculo. cccxliij.

Septima / Ad Uenētiam / De recta
penitentia / et futura retributiō-
ne. fo. cccl.

AD DONATVM

Liber vnus.

De fide orthodoxa / et diuersis er-
rorib⁹ Hereticorum. fo. cclxxvij.

AD POPVLVM

Sermones quinque.

- Primus / De cōfessoribus et dispen-
satorib⁹ Domini fo. cclxxxvij.
Secūd⁹ / de duplici naturate Chri-
sti / eterna et tēporali. cccclij.
Tertius / De laudibus Mariæ / et
partu Saluatoris. fo. cccxcviiij.
Quart⁹ / de S. Stephano protomar-
tyre / et cōuersione S. Pauli. fo.
Quint⁹ / De Epiphania / (cccc).
deq̄ innocentum necē / et muneri-
bus Magorum. ccccvij.

OPERA MAXENTII

Ioannis / Serui Dei.

- Libell⁹ fidei / Romæ tanq̄ catholic⁹
a papa et Senatu approbat⁹. fo. f.
Capitula cōtra Nestorianos et Pe-
lagianos edita. fo. xvij.
Professio breuissima Catholice fidei
dei. fo. xix.
Breuissima adnatiōis ratio Verbi
Dei ad propriā carnem. fo. xx.
Responsio cōtra Acephalos de illa
Adnatiōe. fo. xxij.
Epistola pape Leonis ad Flaui-
num / cōtra Eutychen. fo. xxvij.
Contra Nestorianos Dialogorum
libri duo. fo. xxxvij.
Epistola ad possessorē episcopū fal-
so ascripta Hormisde. fo. cv.
Responsio Maxentii pro Monachis
Scytharum / contra falsam Epi-
scopam. fo. cix.

REVEREN DAE MATRI, CHARITATI PIRCK- HEYMERIN, ABBATISSAE DIVAE CLARAE NVRINBERGAE, SORORI *suae charissimæ, Bilibaldus Pirckheymer S. D.*



VVM ANNIS SV
perioribus, egregia et cha-
rissima soror mea Charita-
tas, Reipub. nostræ legat-
tus, ad inuictissimum &
nunq̄ intermorturæ glo-
riæ Cesarē Maximilianū
in Germaniam tenderem
inferiorem, ex uiaq̄; Her-
bipolim peruenissem, Io-

annem Tritemium, olim Abbatem Spanheimensem, uete-
rem conueni ac salutari amicum, à quo cum per amicæ
fuissem exceptus, ac multis, ut fieri solet, de studijs
nostris confabularer, uetustissimorum quoq; codicum
mentio inādit, quibus ille oppido quàm abundabat,
utpote, qui eos undique ex Germaniæ, etiā magnæ,
corraferat monasterijs. Hortatus sum itaque uirum,
ut ad communem studiosorum utilitatem illos aliquan-
do in publicum emitteret, præcipue, quos iam concla-
matus, & tantum non deperditos esse cognosceret,
quod ille tum perq̄ benigne se facturum pollicitus est

a 2 Cæterum

Ceterum, mors inuidia, haud ita multo post insequuta, cuncta interturbauit, & ne tam præclari, tum Græcæ tum Latini, æderentur libri, impedimento fuit, non à traxit æturam rei literariæ, & eruditorum cunctorum detrimentum. Verum postq̃ uir tantus rebus exemptus esset humanis, suminis laboraui uiribus, ut quod ille in uita nequiuisset, ego saltem post eius præstare obitum. Sed frustra: adeò enim repente cuncta quæ reliquerat dissipare, ut ne uestigia quidem superesse uiderentur. Tandem uerò post spem omnem proiectam, unicus tantum ad me liber delatus est, uetustatis miræ, & literis ferme ignorabilibus conscriptus. Quem ut primum inspexi, adeò ueneranda illius antiquitate sum oblectatus, ut thesaurum uel præciosissimum inuenisse me putarem. Sed non parum angebar, q̃ sub initium ne uerbum quidem legere possem, adeò prisum quid, & obsoletum literæ illæ præ se ferebant. Repuerascerere igitur, & iterum prima elementa addiscere coactus, scripturam illam pressius intueri, literas discernere, inde connectere, & rursus dissoluere coepi: ac tantum ea esse à nocte, ut quamuis pedetentim, planè tamen cuncta legere possem. Deprehendi itaq; B. Fulgentij opera eo contineri libro, uiri tam uitæ sanctimonia, quam doctrina & eruditione clarissimi. Quapropter operæ prætiū non defuturum existimaui, si tam splendidum Christianæ fidei lumen, haud sub modio occultarem, sed cunctis, præcipue uerò sacrarum literarum studiosis, benigne proferrẽ. Quamprimum igitur Cobergero nostro acersito, illum hortatus sum, ut ob commodū publicum librum imprimi curaret. Quod

Je

se confestim (ut est uir humanissimus) facturum, & nullis
impēis parsurum obtulit. Ceterum alia difficultas, quæ
animi nostri conceptum impedire conabatur, obiecta est.
Is enim qui librum possidebat, uenalem esse negabat.
Nos uerò, qui haud magnopere id curabamus, ut saltē
transcribendum commodaret, precabamur, sed frustra.
Alia igitur uia hominem, cuius iam mens suboluiisset, ag
gredi sumus coacti. Paulatim enim liātando eò rem de
duximus, ut non tam preābus q̄ prætio uoti cōpotes eua
deremus, et eo inquam prætio, quo uix alius uel plures
tales emeret libros, adiecta obiter de restituēdo stipula
tione, & apocā signata. Verum codicē tandē impetrato,
aliud confestim impedimentū emerfit. Nam cum plures
adhibuissēmus notarios, nemo tamē fuit, qui describēdi
periculum facere auderet, adeò res uidebatur non solum
ardua, sed & desperata, tametsi me ducem fore, & tamē
aligni facēs adhibiturū polliceretur. Iterū igitur in uadis
hærebamus. Ceterū, fortē fortuna diebus illis Ioannes
Cocleus noster, uir & ingenij rari, eruditōisq; summæ,
ex Italia aduenerat, ubi post multos sudores Theolo
gæ doctoratu (ut uocant) ornatus fuerat. Cūq; Frank
fordiam proparet (nam ibi apud diuā Virginē Deanū
agat) ob pestē quæ tum illic grassabatur, hic subsistere co
actus est. Hunc itaq; pariter aggressi sumus, ac ut nego
tium hoc suscipet, exorauimus, qui & illud, ut ænere li
cet, perq̄ solerter absoluit. Hæc, soror charissima, longē
ori forsità q̄ necesse fuisset prosequutus sum filo: sed ita
libuit, ut cognosceres, quanta difficultate, quantiſq; impē
sis, sanctissimi uiri scripta è tenebris & tetro eruerimus

circare. Fuit autem (ne illud quoq; prætereamus) Fulgen-
tius Apher, patria Carthagenensis, qui non tam ob gene-
ris nobilitatem (tametsi perq̄ nobili ortus esset familia)
q̄ eruditionem, & uitæ sanctitatem Ruspensis factus est
Episcopus. Cūq; in Arrianorum gratiam, Vandali per
totā Aphriam catholicos cædibus & exilijs affligerēt,
illorūq; templa undiq; clauderent, Fulgentius quoq;
cum reliqua Episcoporū turba in Sardinia deportatus
est, ubi suos assidue docere, hortari, & in tanta calami-
tate solari non desistit. Tandem ab exilio reuocatus,
summo honore uir summus à Carthagenensibus susce-
ptus est. Demum uerò, abiecta cura ecclesiastica, in Cir-
anna insula, legendo, scribendo, & Deo inseruiendo,
diem felicius clausit. Hæc igitur B. Fulgentij, necnō re-
liqua, quæ eodem libro continebantur, opera, & nobis,
quoniā unā repta essent, haud scærnenda uidebantur,
tibi Charitas charissima, et cōmuni sorori nostræ Claræ
dedico, recte scæs, spiritale hoc donum longe uobis gra-
tius esse, quàm si rem prætiosissimam, sed euaniidam acce-
pissetis. Et eo magis, q̄ nil terrenū, aut ex humanis tra-
ditiuālis depromptū, sed planè diuinū quid & cæleste,
tanti uiri redoleat scripta. Quod tum demū uerum esse
deprehendetis, cū exactius illa relegeritis, id ut faciatis
admonere haud attinet: cum & equus generosius potius
freno quàm calcaribus indigeat. Bene uale soror præstā-
tissima, cum uirginali illo cætu, non minus eruditione &
bonis literis, quàm moribus & uitæ probitate claro.
Nurimbergæ, ex nostris ædibus, deamo Kalendas Ia-
nuarij. Anno salutis humane. M. D. XIX.

Prologus

PROLOGUS

GV S BEATI FVLGENTII, IN TRES
libros ad Monimum.



RATIAGO
domino, q. de bono thesau-
ro cordis bona profere-
nō desinis, & lingua
charis, quæ in bono hoie
abundat, puritatē tui cor-
dis insinuat: quæ licet di-
uinitus cōassis eloquētiæ
fluētis exuberet, nō tamē
tantum credo sermonibus

exprimi, quantū sāo cordis tui penetrabilibus contineri.

Diuino etenim igne succēsus, sic nobis iugiter cōpateris,
ut etiā illas tribulationes, quæ licet acciderint nobis, Do-
mino tamē adiuuante fuerūt supatæ, tu sic eas pro nobis
penē semp pateris, ut quotiēs eas corde reuolueris, toti-
ens eas pati quodāmodo cōpellaris. Ecce quantum boni
charitas habet? Ecce quantā laudem corā Deo et hoībus
posidet? Vt dū dolet quod accidit illi quē amat, frequen-
tius recordādo, magis ipsa suslineat. Hoc ergo supest, ut
quod ipsa charitas facere consuevit, pro nobis iugiter fa-
ciatis. Quid autē est aliud, nisi ut illū, in quo nos pure di-
ligitis, ipsum semp pro nobis oretis? Semp enī charitas
pro his, quos diligit, posat, dum etiā illa, quæ tuta sunt,
metuit. Metuit autē nō eo timore, quē ipsa foras expellit,
nam pfecta charitas foras mittit timorē: sed illo timore,

Effectus
charitatis
in cōpassi-
one amā.

1. Iohā. 4.

a + quem

quē nō ad timorē, sed ad amorē habere cōsuevit . Timet ergo nō timido amore, sed casto. Nō enim timet formidine criminis, sed robore puritatis & firmitate uirtutis .

reddere de
bitū ex spō-
sione.

Exigis à me præterea debitū, quod me celeriter, Domino adiuuante, spōdeo redditurum. Nō enī hoc debitū sic profiteor, quē admodū de quodā tuus Maro memorat, quod ipse fatebatur, sed reddere posse negabat . Sed illo me debere fateor, ī quo me reddere posse nō nego, sed spōdeo. Ipse enī mihi donat unde reddā, q̄ donauit ut debeā. Ni si enī ab illo accipemus, nō solū reddere, sed nec ipsum debere possemus. Quid enī nobis inuicē nisi charitatē debemus? Quod utiq; beatus Paulus, hæc loquēs fidelibus euidentior ostēdit. Nemini quicq̄ debeatis, nisi ut inuicē diligatis. Quis aut̄ fateatur debitū, si neget acceptū? In eo igitur, quod nos debere diāmus, profecto nos accepisse mōstramus. Diāt q̄ppe beatus Apostolus: Quid enim habes, quod nō accepisti? Quid gloriaris, quasi nō accepisti? Nā & alio loco testatur: Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris p̄ sp̄m̄ sanctū q̄ datus est nobis.

ad. Rom.
xiii. c.

Omnia a
deo accipi-
entis.

Qui ergo nobis dedit, quod reddēdo debeamus, ipse nobis donabit facultatē, qua possimus reddere quod debemus. Ille igitur auctor est debiti, q̄ auctor est doni. Nā & se ipsum sua largitate dignatus est facere debitorē. Nō quā idigēs ab aliquo accepit, sed quoniā abūdās largiter tribuit. Seminecē q̄ppe suo iumento impositū, stabularioq; curādū tradēs, duobus denarijs datis, ita se debitorē profitetur, ut dicret, si quid superogaueris, cum uenero, reddā tibi. Quid est autem, si quid superogaueris, nisi, si quid à me magis accipis? Nā & ipse, q̄ superogabat, in eo quod

Luc. x. 5.

qđ nō accēpat prāceptū, sed dabat ex charitate cōsiliū mi
 sericordiā se profitebatur itaq; cōsecutū. Ait enī: De uir
 gnibus autē prāceptū domini nō habeo, s; cōsiliū do, tāq;
 misericordiā cōsecutus à domino, ut sim fidelis. Mīam ē
 igitur cōsecutus, nō solū, ut erogandū accipet, uerū etiā ut
 amplius erogaret. Ecce qualis est dominus noster, ut do-
 nādo debeat, & quāto magis eū debitorē eē nō pigeat. In
 quātū enī gratis largitur, in tātū debitor inuenitur. Nec
 enī potest aliq; debitorē habere; nisi in eo, quod ipse di-
 gnatus fuerit gratuita largitate cōferre. Ipsum igitur pro
 me iugiter poscē, ut mihi largiatur reddēdi debiti faculta-
 tē, q; donauit, ut in ipso, Charitatis tibi liberā debeā scr-
 uitutē. Vt enī uere tuo cordi, quod cor meū est, totū fa-
 tear, quoniā, sicut cordi meo ita cordi tuo, aliqd celare nō
 possū, reddēdi debiti tarditatē illa mihi ratio procurauit.
 Quoniā aduersus cuiusdā Heretiā uaniloqa respōdere
 cōpulsus sum. Qui nō solū meū nomē, sub Fotiani erro-
 ris nota, nō dubitauit lacessere, quin etiā sanctorū Augu-
 stini & Hieronymi dicta, tāq; meae professiōi cōtraria, i
 me uoluit retorquere. Cuius nomē nūc literis insinuare
 distuli, sed potes ipse proculdubio recordari. Nā ibi te
 nobiscū apud Carthaginē posito, mihi dicta eius adlata
 sunt. Et, si bene recolo, etiā in tuā notitiā puenerūt. Ni-
 hil enī te ibi posito legere possē, qđ tibi recēsendū offerre
 nō possē. Eosdē igitur libellos, si Dominus uoluerit, ue-
 stre charitati celeriter destinabo. Et nō dubito, q; meā tar-
 ditatē i tuo debito digneris patiēter ferre. Quoniā scō,
 quātū delecteris, uel quātū nos sp ipse cōpellas, ut nos,
 Domino adiuuāte, nō pigeat Hereticis respōdere.

Superero-
 gare ex con-
 sultatione e-
 ricio: diaboli
 est.

1. Cor. vii. c

Calūniarū
 retici in ful-
 gentium.

PRIMVS

LIBER BEATI FVLGENTII AD
MONIMVM, DE DVPLICI PRAE
DESTINATIONE DEI, VNA
BONORVM AD GLORIAM,
ALTERA MALORVM
AD POENAM.



Excusatio
tardioris
respōtionis



ITERAE TVAE, FI
li charissime Monime, quā-
tum demonstrant delectabi
lem tui animi syncretitatem,
laudabilemque studij spirita
lis ardorem, tantum nostrae
respōtionis, quærule beni
gnitate, uidenter arguere tar
ditatem. Tanquæ in eo, minus
quæ debeo, te uidear diligere, quæ inquisitionibus tuis non au
rauerim celeriter respondere. Sed crede mihi, sicut in cha
ritate Christi personam tuam nequaquam in corde meo con
temptam, sic respōtionem meam, non uoluntate, sed occupa
tionum uarietate dilatatam. Veruntamen inter ipsas occupa
tiones, quas inuitus tolerare compellor, tantum studio tuo
congratulo, quantum tuam charitatem delector. Eo ma
gis amplectens sanctum auuiditatis tuæ propositum, quod si
cut uere spiritualis negotiator interioris hois lucra confes
ctans,

Etās, & celestiuū merāū questus, magis amplificare desi-
 derās. Primū, quod à me flagitas debitū, subinde cumu-
 las scēnore questionū. Vt saliet, tuorū cōmodorū militet
 incrementis, ipsa nostræ necessitas tarditatis. Proinde cō-
 fido in misericordia Dei nostri, qui a si qd mihi huius in-
 q̄sitiōis ac disputatiōis ope pro meo merito nō cōceditur,
 pro tuo mihi desiderio cōcedetur. Neq; enī inq̄sitiōnē tuā
 Deus inuētiōis effectu fraudari ullatenus sinet, q̄ te ad in-
 quirēdū spiritualiter inflāmauit, dū ipsius fidele promis-
 sum, nulla ratione cassetur, dicentis: Petite, & accipietis,
 Querite, & inuenietis, Pulsate, & apietur uobis. In-
 ternus igitur Magister, à quo subsidiū doctrinæ celestis
 accipimus, nō solū inquirētibus nobis, suorū apit arana
 sermonū, sed, ut etiā quæramus, ipse gratis inspirat affe-
 ctum. Quia nec esurire panē illū, qui de celo descēdit,
 possumus, nisi ab ipso fastidiētibus esuries detur, qui se
 ad satiādos esuriētes donare dignatur. Ab ipso etiā no-
 bis est, q̄ ad fontē sitiētes currimus, qui se nobis tribuit,
 ut bibamus. Ipse igitur laudāndus est, in utriusq; mune-
 ris gratia: siue cū nos ad se quærēdū dormientes exusā-
 tat, seu cū se inueniēdum nobis quærētibus donat. Qui
 profecto nullatenus iuenitur, nisi ipse nos exātet, ut que-
 ratur. Reuoluēs igitur scripta tua, tanq̄ chirographa
 mea, ut ex his istruerer, quot, uel quarū tibi esse debitor
 questionū. duas ad præsens epistolas potui repire. Vnā,
 cōtinentē sancti Augustini uerba, quæ i libro de p̄fectio-
 ne Iustitiæ hoīs, de his qui ad meritū prædestinati sunt,
 inter alia posuisse cognoscatur. Cui alteram statim sub-
 iunctā

Luc. xi. B.

Deo, ut qui
ramus / in-
spirat / et e
querētibus
inuenit

Job. vi. D

iunctam questionem uideor inuenisse, hoc est, de Sacrificio, quod solo patri quidā existimāt imolari. In altera uerò epistola positā inquisitionē iueni. Quid est qđ Apostolus duobus denarijs quos accepit supererogare potuerit? Cū ergo has tantummodo duas epistolas inuenirem, tertię quoq; sum protinus recordatus, quę mihi à Notario nō fuit oblata. In qua memini unā contineri de Sācto Spiritu questionem: Cur saliat à patre mittendus ad consecrandum sacrificium corporis & sanguinis Domini postulatur. Hęc sunt interim quatuor questiones, quarū tres ex duabus epistolis tuis, unā uerò memoria suggerēte recolui. Quod si positę sunt alię, quas nobis misisti soluēdas, nec in hoc inuenis ope positas aut solutas, quęso ut non ad contemptum uel fastidium redigas, sed obliuioni patienter ignoscas: Pręsertim, cum illam de Spiritu sancto, quam ego, etiā epistola non inuenta, recolui, silentio præterire nequii. Sed quia tu cunctarum (si quę forsitan sunt) sine dubio meministi, non te pigeat, ut te rescribēte cōmemorer. Et spero, quia in quantum Dominus adiuuerit, nostra responsio subsequetur, si præcēditis uestrę oratiōis adiutorio fuldaatur. Primę igitur questionis intelligentiā, in illius nomine quesiturus, de quo scriptū ē: Quia Dominus dat sapientiā, & à facie eius sciētia & intellectus: hoc conuenientiū atq; cōmodiū arbitratus sum, ut tā uerba tua, q̄ beati Augustini, quę in tua epistola posuisti, reuoluerē. Vt his relictis, faalius agnoscat̄ur tam intentio q̄ solutio questionis. Legēti me, inquis, librum de p̄fectione iustitię hominis, testimoniū prophe-

Prima que-
stio de p̄de-
tinatione.

te,

ta, in ordinē relegens auditu cūto, p̄detentim paulu-
 lū retractaui, ubi ait: Non est qui faciat bonum, non est
 usq; ad unum. Et sine aliqua nebula, sine aliqua dubita-
 tiōe expressit interpret̄ ipse uerissimus, genus tale cē ho-
 minum, nō faciat bonū. Illud p̄destinatū itaq; ad interi-
 tum. Atq; ut tuus sermo p̄sati sancti uiri fulāretur
 eloquio, eadē uerba, quæ à beato Augustino sunt dicta, Uerba Au-
gustini
 subnectens. Ait enim, inquis, idē gloriosissimus Augusti-
 nus: De illo enim bono, dictū id debemus accipere, quod Psal. eodē.
 ibi ait: Deus de cælo respexit super filios hominum, ut
 uideret, si est intelligens, aut requirēs deum. Hoc ergo
 bonum quod est requirere deum, nō erat qui faceret, nō
 erat usq; ad unū. Sed in eo genere hominum, quod p̄de-
 stinatum est ad interitum. Hic dicta sancti Augustini Uerba mo-
nimi de ges-
mina p̄desti-
natione;
 determinans, & ad me intentionem tuarum dirigens lite-
 rarum, Dicis, sentire me iam, cur iterū hæc inculcas, salū-
 æt, q̄ sæpius reluctami te mihi, p̄destinationem nō tã-
 tum in bono diā, sed etiā in malo, dum in malo p̄desti-
 nationem te relegisse diæres. Ipse docens aiebā ad p̄cā-
 debitam, nō ad malum faciendum, posse diā aliam p̄de-
 stinationē. Quod etiā tu, si aut scripsisti, confirmas. Sare
 te tamen asseris quid & hic respondeā, ut tuar sententiā
 meam, hoc est, interitum non diā, nisi mortem. Et adiun-
 gis, interim legisse te hoc, & adscuerasse etiam p̄desti-
 natum populum ad interitum. Deinde admones, ut confi-
 derem ipsius loā sermonem. Et ut doctor meorum disa-
 pulorum, non ut assertor mearum propositionum, faciā
 nos sequēda cognoscere. Ego quidem charissime, quan-
 tum,

Inuocatio
auctoritate
modesta et
theologica

tum Domino gratuita gratiã largiẽte, modulum propriã
paruitatis agnoscere, sub illo uno Domino atq; magistro,
in eius schola positus, non fratrum meorum uocari magi-
ster aut doctor affecto, quorum in ueritate condiscipulus
semper esse desidero. Quapropter hoc ab illo uerò Do-
mino ac magistro nostro postulare non desino, ut ea me,
siue per eloquia scripturarum suarum, seu per sermo-
nationem fratrum condiscipulorumq; meorum, siue etiam p
inspirationis suã internã suauioremq; doctrinã (ubi si-
ne sonis sermonum, & sine elementis literarũ, eo dulci-
us, quo secretius, ueritas loquitur) ea me docere dignetur
quã sic proponã, sic asserã, ut in propositionibus atq; as-
sertiõibus meis ueritati (quã nec fallit nec fallitur) semp
inherẽã, semp obediẽs cõsentiensq; repiar. Quoniã ut
ueritati obedire atq; consentire ualeam, ipsa ueritas in-
luminat, ipsa adiuuat, ipsa confirmat. Ab ipsa postulo
doctri multa plura quã nescio, à qua accipi pauca quã
scio. Ipsam rogo, ut prãueniẽte ac subsequẽte misericor-
dia, quãcunq; salubriter scãda nescio, doceat me. In his, q̃
uera noui, custodiat me. In quibus, ut homo, fallor, corri-
gat me. In quibus ueris titubo, cõfirmet me. Et à falsis ac
noxijs eripiat me. Vt in cogitatiõibus ac sermonibus me-
is, quod salubriter donat, inueniat. Et ea faciat de ore
meo proãdere, quã sint coram ipsa prinãpaliter grata.

Respõsio ad
primã que-
stionẽ / quõ
sint quidã
ad interitũ
destinati.

Et sic fiant fidelibus cunctis accepta. Quãtũ igitur, ipsa
ueritate (quã uerũ lumẽ est) in luminãte tenebras meas, in
huius quæstionis scrutatione, facultas mihi est hactenus
intelligẽdi cõcessa, nihil aliud accipiẽdũ existimo, in illo
sancti

Sancti Augustini sermone, quo ad interitū quosdā prædestinatos firmat, nisi ad interitū supplicij, nō delicti. Neq; ad malū, quod iniuste admittunt, sed ad cruciatū, quē iustissime patietur. Nec ad peccatū, quo primæ resurrectionis beneficiū, aut nō accipiunt, aut amittunt, sed ad tormentū, quod illis propria iniquitas male parit, & æquitas diuina bene retribuit. Nec ad mortē animæ primā, in qua nascuntur paruuli, uel in quā (sicut beatus Iacobus dicit) cōcupiscentia sua abstracti & inlecti reāduunt criminosi. Sed ad mortē secundā, quā necesse est patiātur, retribuētē iustissimo iudicē, seu q̄ ante p̄ceptā gratiā baptismi discedūt de sæculo, siue q̄ in uacūū gratiā dei recipientes post acceptum baptismum, usq; in finem præsentis uitæ, malunt serui esse peccati, nec uolunt, dum tempus est acceptabile, & dies salutis, conuerti à uia sua mala, ut uiuant: & ignorātes, quoniā benignitas Dei ad p̄cāntiā eos adducat, ipsi secundū duriciā suā, & impœnitens cor, thesaurizam sibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. De illa ergo morte, quā sibi peccatores manibus & uerbis arastierunt, & estimantes eam amicā defluerunt, dicitur: Nolite zelare mortē in errorem uitæ uestræ, neq; adquiratis p̄ditionē animarum uestrarū, quoniā Deus mortē nō fecit, neq; latatur in p̄ditione uiuorū. Et alio loco de hac morte dicitur: Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbē terrarū. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius. Quā mortem, ut ab opere ac prædestinatione Dei agnosceremus alienā, Deus ipse sic loquitur p̄ prophetam: Conuertimini, et auertite uos ab omnibus

Iacob. 1. 8

Pœnitentia
mors nō est
a deo præde-
stinata

Eze. xviij. 8

omnibus impietatibus uestris, & nō erūt uobis in poenā iniquitatis. Proiāte à uobis oēs iniquitates uestras, quas impie fecistis aduersus me, & facite uobis cor nouū & spiritum nouū. Et ut quid morimini domus Israel? Quoniam uolo mortem morientis, quomodo ut auertatur ipse à uia sua mala, & uiuat anima eius. Hęc est mors impietatis, quam nō scāt Deus, quę p̄ diabolū introiuit in orbē terrarum. In hac cum imitantur, qui sunt ex parte illius. Huic uni morti, quam peccator sibi p̄ contēptum diuinę iustitię iniuste concupiscendo aręsiuit, duplā retribuit. Deus mortē iuste iudicando retribuit. Hoc est, Primam in separatione animę & corporis, Scundam, in eterna cruciatiōe animę & corporis. Ac p̄ hoc primam, quę discedēte animā, caro sola moritur, Scundā uerò, quando rediēs in carnē aīa, in eadē & cū eadē, in qua peccauit, carne torquetur. Vt cum quę cōmunicauit mortē peccati, quod Dei bonitas interdixit homini, cū ipsa cōmunicat mortē supplicij, quod parauit diuina iusticia peccatori.

De hac morte Saluator noster diāt: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere. Magis autem eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Quod ergo ante gehēnam mali pereunt, non est diuini operis, sed humani: Quod autē in gehenna perituri sunt, hoc faciāt Dei equitas, cui nulla placet peccantis iniquitas. Qui enim diligit iniquitatē, odit animam suam. Et diāt Ioannes: Quia oīs qui faciāt peccatū, & iniquitatem faciāt, et peccatū est iniquitas. Et Deus p̄ Prophetā diāt: Quia aīa quę peccauerit, ipsa morietur.

Deus huic
morti du-
plam mortē
retribuit.

Mors ani-
me in gehē-
na.

Psal. x.

moriatur. De filio autem Dei Ioan. dicit: Scimus quia ille apparuit, ut peccata tollerent, & peccatum in eo non est.

Sicut ergo peccatum in eo non est, ita peccatum ex eo non est. Quod autem ex eo non est, opus eius itaque non est. Quod

autem nunquam est in opere eius, nunquam fuit in predestinatione eius. Non ergo predestinati sunt mali ad hoc, quod ma-

le operantur, a concupiscentia sua abstracti & intellecti, sed ad hoc, quod iuste patiuntur inuiti. Predestinationis enim nomine non aliqua uoluntatis humane coactitia ne-

cessitas exprimitur, sed misericors & iusta futuri operis diuini sempiterna dispositio predicatur. Deo autem misericordiam & iudicium cantat Ecclesia, cuius hoc opus est in

homo, ut occulto uoluntatis suae, non tamen iniusto, consilio, aut gratuitam misericordiam praeferat misero, aut debitam iustitiam rependat iniusto. Immo autem misericor-

diter debitori donet, quod si uellet, iuste posset exigere: aut iuste cum usuris, quod suum est exigat, & iniquo debi-

tori, quod debetur iniquitatibus reddat. Ac sic, aut istud prorsus indignum misericordia praeueniat, aut illum ira dignum inueniat. Ipse enim donat gratis indigno gratiam, qua

iustificatus impius inluminetur munere bonae uoluntatis, & facultate bonae operationis, ut praeueniente misericor-

dia bonum uelle incipiat, et subsequente misericordia bonum quod uult, facere ualeat. Vtrumque autem predestinando Deus prae parauit in illa incommutabili uoluntate, in qua

sic futurum effectum hominis renouandi disposuit, ut eius uoluntas in opere nouo noua esse non possit. Donat etiam gratiam digno, in retributione mercedis aeternae,

b ut sciam

Quod sunt mali a deo predestinati, non ad culpam, sed ad penam.

Deus salu- dos praeuenit, dānans dos inuenit.

ut scilicet, siue cum impium pie iustificat, iustus: quia de ipso Apostolus dicit: Ut sit ipse iustus, et iustificans eum qui ex fide est HIESV: seu cum iustum iuste glorificat, pius. Quia quos iustificauit, illos et glorificauit. Eadem

Statia dei/
hominis
meriti et
initiat ad
iusticiam / et
consummat
ad gloriam

fit operatio gratiæ, quæ meritum hominis bonum, et ini-
tiat ad iusticiam, et consummat ad gloriam. Primo in-
choans in homine uoluntatem bonam, deinde eandem uo-
luntatem adiuuans inchoatam, ut eadem uoluntas,
et diuino dono bonafit, et diuino adiutorio malam

suprare concupiscentiam possit, et Deo proficere talis post-
modum ipsa uoluntas sit, ut malam concupiscentiam habere
non possit. Ac sic in presenti uita gratiæ adiutorio infir-
mitati non cedat, in futura autem, gratiæ beneficio, infirmita-
tem non habeat. Et nunc recreatur continuo iuuamene medica-
minis, tunc uero fruatur æterna plenitudine sanitatis. Hæc
autem Deus, sicut in predestinatione sperauit, sic per gratiam si-
cut predestinauerat, facit. Predestinationis itaque ipsi-

Quod prepa-
ratur uolun-
tas domini.
no.

us instituaturnon ignotio, cum dicit scriptura: Et preparatur
uoluntas a domino. Non autem ob aliud preparata dicitur, ni-
si quia data prædicitur. A quo enim preparatur per bonita-
tem sempiternam, ab ipso datur per indebitam gratiam. Quod ipse

Eze. xxxvi.
¶

ipse Dominus Ezechielis uariatione testatur dicens: Da-
bo uobis cor nouum, et spiritum nouum dabo in uobis, et auferetur
cor lapideum de carne uestra. Et dabo uobis cor carne-
um, et spiritum meum dabo in uobis. Et faciam, ut in iustifica-
tionibus meis ambuletis. Et iudicia mea obseruetis et faciatis.
Dat ergo deus cor nouum, ut in iustificationibus eius
ambulemus, quod pertinet ad bonæ uoluntatis initium. Dat

etiam

etiã ut iudiãa eius obseruemus & faciãmus, quod p̄tinet ad bonæ opatiõis effectũ. Vnde cognoscimus dei esse, ut bonũ facere uelimus, & ut bonum facere ualeamus. Cui sensui Dauid omnino concordat, gratiã bene uolẽdi sic ostendẽs, diuinæ largitatis directiõe donari. A domino gressus hoĩs dirigẽtur, & uia eius uolet. Opus quoq; bonũ nõ nisi à Deo in nobis, & in deo à uobis fieri protesta- tur, dicẽs: Cõfirma hoc deus, quod opatus es in nobis.

Ab eo est et
uolũtas et
boni operis
facultas.

Et alio loco: In deo faciẽmus uirtutẽ, id est, opus uirtu- tis. Sic autẽ hic pro ope uirtutis uirtutẽ dixit fieri, sicut Io- annes pro ope iustitiæ iustitiã dixit fieri. Ait enĩ: Qui facit iustitiã iustus est, sicut ille iustus est. Paulus quoq; optat à nobis dei fieri uoluntate, dicẽs: Deus autẽ p̄as q̄ eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouiuũ, in sanguine te- stamẽti æterni, dominũ nostrũ Iesum, ap̄tet uos in oĩ bono, ut faciãtis uoluntate eius. Quid est autẽ facere uoluntate eius, nisi facere opa quæ nobis inspirat, et in nobis opatur uolũtas eius? Tale aliqd & in ipsius redẽptoris nostri sermonibus inuenimus, dũ ueritate fieri diat, pro ope ueritatis. Sic enĩ loquitur: Oĩs q̄ male agit, odit lucẽ, & nõ uenit ad lucẽ, ut nõ arguatur opa eius. Qui autẽ facit ueritatẽ, uenit ad lucẽ, ut manifestetur eius opus, q̄a in Deo sunt facta. Hoc autem in Deo faciãmus, quod deo in nobis faciẽte datur nobis ut faciãmus. Quod euidenter in epistola ad Hebræos ostẽditur, ubi, cum de deo dictũ esset, Ap̄tet uos in omni bono, ut faciãtis uoluntate eius, Cõtinuo sequitur: Faciẽs in uobis quod placet corã se. Omne igitur opus, quod à nobis in Deo fit, deus in

In deo faciẽmus uirtutẽ/id est/opus uirtutis.

Qui facit ueritatẽ. uenit ad lucẽ.

Hebre. iij.

Deus omne
opus bonū
in nobis
p̄sefacit.

nobis faāt. Ex ipso enim, & p̄ ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo est, & uolūtas bona, & operatio bona. Quod Doctor gentium his uerbis adfirmat: Deus est enim qui operatur i uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Propterea, sicut Salomon diāt: Quia preparatur uolūtas à domino: sic etiā bona opa nostra Paulus à domino asserit preparata, hoc est, in prædestinatione disposita. Diāt itaq;: Gratia salui facti estis p̄ fidē, & hoc nō ex uobis, sed Dei donum est. Non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ipsius enī sumus factura, creati in Christo Hiesu, in opibus bonis, quæ preparauit deus, ut in illis ambulemus. Sicut ergo preparata est p̄ prædestinationē uolūtas à domino, qua bonum uelimus: sic etiā opera bona preparauit deus, ut in illis ambulemus. Attendamus etiā uitā eternā regnūmq; cœlorū diuinitus fide fidelibus preparatū. Ipse quippe Christus dicturū se dextris ostendit: Venite benedicti patris mei, p̄cipite regnum, quod uobis paratum est ab initio mundi. Sed et hoc ipsum opus est gratiæ. Ex gratia enim datur nō solū iustificatis uita bona, sed etiam glorificatis uita eterna. Quod Pauli tenemus prædicatione compertum, dicens: Stipendiū enī peccati mors. Gratia autē dei uita eterna, in Christo Hiesu domino nostro. Quis autē mors stipēdiū, uita uerō eterna gratia diātur? Nisi quia illa redditur, hæc donatur. Sed ubi illā deus reddit, opus malū peccatoris hoīs punit, quod nullatenus scāssset homo, nisi discessisset à deo. Cū uerò deus uitā eternā donat, opus suum, quod inchoauit, iustificās impiū, p̄ficiat, glorificās iustum.

Ephe. ii. 8

Preparat a
deoper p̄de
stinationē /
nō solū uolū
tas / sed et
opus bonū
et uita eter
na.

flum. Hæc aut utraq; gratia, id est, & uita bona, & uita eterna, in Christo Hiesu domino nostro est. De plenitudine quippe eius nos oēs accepimus, & gratiã pro gratia, scilicet, gratiam glorificationis æternæ pro gratia iustificationis indebitæ, ut gratia iustificationis omne meritum malum deleat indebita beneficiatio, et meritum bonũ iugi confirmet auxilio, cui gratia glorificatiõis iustæ red datur in premio. Gratia autẽ etiã ipsa ideo non iniuste datur, quia non solum donis suis Deus dona sua reddit, sed quia tantum etiam ibi gratia diuinæ retributionis exuberat, ut incomparabiliter atq; ineffabiliter omne meritum, quamuis bonæ & ex Deo datæ, humanæ uoluntatis atq; operationis exædat. Quamuis enim non solũ credendi in Christum lumen, sed etiam pro illo patiendi uirtutem à Deo nobis donari beatus Paulus Apostolus ostendat, dicens: Vobis enim donatum est, pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Quod utrũq; pertinet ad gratiam præsentis bonæ uitæ. Illam tamẽ futuræ uitæ gratiã, oĩbus præsentis tpsis passionibus anteponit, dicẽs: Non sunt cõdignæ passionibus huius tpsis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Et alio loco: Id enĩ quod in præsentis est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Hæc gratiã nõ solũ in præsentis uitæ iustificatione, sed etiã in futuri seculi remuneratione, diat gratiã pmanere, & super nos, hoc est, sup oĩa bona cuiuslibet hoĩs merita in dei bonitate asserit abũdare, dicens: Vt ostendat in seculis

De plenitudine nos omnes accepimus/et gratiã pro gratia

phlip. 1. 10

Ro. vii. 8.

Psal. cxy.

Gratia et
præueniēdo
incipit / et
subsequen-
do custodit
opus bonū.

lis superuenientibus abundātes diuitias gratiæ suæ, in bonitate sup nos in Christo Hiesu. Gratia est igitur retributio pia, qua deus i præsentī tpe malis bona retribuit, illis uidelicet, quos iustificat impios, ut deputetur fides ad iustitiā, de qua retributiōe Dauid diāt: Quid retribuam domino pro oībus quæ retribuit mihi? Gratia est & illa iusta retributio, qua bonis suis meliora retribuēs deus glorificaturus est iustos: Et hoc enī gratiæ opus crit. Qui, ut hoc mereātur, ipsa præueniēdo, misericorditer incipit, ipsa subsequēdo custodit. Ista gratia i scripturis etiā misericordia noiatur. De qua diāt Dauid: Deus meus, misericordia eius præueniat me. Et alia loco: Misericordia tua subsequitur me, p oēs dies uitæ meæ. Præuenit igitur impiū, ut fiat iustus: subsequitur iustū, ne fiat impius. Præuenit cæcū, ut lumē, quod nō inuenit, donet: subsequitur uidentē, ut lumē, quod cōtulit, seruet. Præuenit elisum, ut surgat: subsequitur eleuatū, ne cadat. Præuenit, donās hominū bonā uolūtātē: subsequitur beneuolentē, operando i illo boni opis facultatē. Hoc igitur ista misericordia dei i hoīe subsequitur, quod præueniēs ipsa largitur. Et i deo nō solū errantē iustificādo ad uiam reuoat, sed etiam bene ambulātē custodit & adiuuat, ut ad donū gloriificatiōis æternæ pducat. Hæc aut oīa. i. & uocatiōis nostræ initia, & iustificatiōis augmēta, & gloriificatiōis præmia i prædestinatiōe sp deus habuit, q̄a & i uocatiōe, & i iustificatiōe, & i gloriificatione sanctorū gratiæ suæ opa fitura præsaui. Ob hoc totū deo assignat Apostolus dicēs: Nā quos præsaui, & prædestinaui cōformes fieri imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus i multis fratri-

In prædesti-
natiōe cōri-
nes omnie
gratiæ/vo-
catiōis/iu-
stificatiōis/
et gloriifica-
tiōis.

bus. Quos aut̄ prædestinavit, hos & uocauit : & quos uocauit, hos & iustificauit: quos aut̄ iustificauit, illos & glorificauit. Verūtamē, cū simul iustificatos & glorificatos audimus, nō simul & iustificationis et glorificatiōis opus præsentis tpi de putemus. Iustificatiōis enī gratia in præsentis datur, glorificatiōis autē futura seruetur. Ista est fidei, illa spei. Diat autē Paulus: Quia nūc p̄ fidē ambulamus, nō p̄ spem. Quod enī nunc sancti credunt, tūc uidebunt. Propter quod Ecclesiæ diatur: Audi filia & uide. Quia fides ex auditu. Vnde iustus ex fide uiuēs, fiduā aliter diat: Credo uidere bona domini ī terra uiuētū. Iste igitur est in hoīe ordo diuinæ redēptionis ac remunerationis, ut nūc iustificatus credat, quod tūc glorificatus acāpiat. Propter quod Paulus ait: Nō quod iā accēperim, aut iā p̄fectus sim. In hac ergo iustificatione sancti euntes eunt & flent, mittētes semina sua: in illa uerō glorificatione ueniētes ueniēt, ī exultatiōe portātes manipulos suos. In hac oparij patriissamiliæ in uinea operantur: in illa autem denarij mercede sine dubio poterantur. Ista deus nūc donat, ut initiū meriti boni gratis indignus accipiat, illā uerō in futurū repositā seruat, qua boni meriti premiū accipe dignus possit, q̄ boni meriti principii, cū eēt īdignus, accēpit. Dicēs igitur Paulus: Quia quos Deus iustificauit, illos & glorificauit: nō utrumq; præsentis uitæ de putat, sed ea fide quod futurū est, uelut factum firmat: quia fide propheta de deo diat: Qui fecit que futura sunt. In illa quippe immobilitate consilij sui, secundū bonū placitū eius, quod proposuit in eo; ī di-

hic euntes
eunt, ueniē
tes ueniēt

ad Ro. viij
D.

b 4 spensa

p̄sensatione plenitudinis temporum, iſtaurare omnia in
 Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt. In ipſo ex æ-
 ternitate diſpoſitionis ſuæ, in prædeſtinatione iam ſcät,
 quæcunq; effectu operis ſui, tempore congruo ſacienda
 diſpoſuit. Sicut enim omne creatoris opus, ſine initio non
 potuit nec poteſt fieri, ſic illa ſempiterna uoluntas eius,
 nunq̄ mutabilitati ſubiacet, quia initium exiſtendi nõ ha-
 bet. Quod autem ſemper ſic eſt, ut eſſe nõ cœperit, pro-
 culdubio ſic eſt, ut id quod eſt, non eſſe non poſſit. Ve-
 ra igitur immutabilitas, digne uera uocatur æternitas, in
 qua æternitate incõmutabilis uoluntatis ſuæ Creator ille
 iam ſcäſſe diätur, quod in creatura mutabili, prout oport-
 tune ſaciendum diſpoſuit, ſic rite diſpoſitum ſciät. Et ideo
 quæcunq; promiſit, iam facta diämus, quia de ſaciendis
 dubitare non debemus. Abraham enim pater noſter (ſicut
 ait Apoſtolus) in repromiſſione dei non hæſitauit diffi-
 dentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, plenif-
 ſime ſciens, quia quæcunq; promiſit, potens eſt & facere.
 Ideo ergo in Dei promiſſis nulla eſt falſitas, quia in ſaci-
 endis nulla omnipotenti eſt difficultas. Et propterea ibi
 nunquam de eſt uoluntatis effectuſ, quia uoluntas ipſa
 non aliud inuenitur eſſe q̄ uirtus. Quicquid aut uult, po-
 teſt, qui quantum uult, tantum poteſt. Propterea de ſolo
 digne diätur: Omnia quæcunq; uoluit ſciät. Et iterum:
 Subeſt enim tibi, cum uoles poſſe. Ideo diximus tantam
 ibi eſſe uirtutem uoluntatis, quanta eſt uoluntas ipſa
 uirtutis. Quia cui ſemper ſubeſt, cum uolet, poſſe, non
 aliud eſt i illo uelle q̄ poſſe. Quia ergo Deus nulla nec eſſi-
 tate

Deo feciſſe
 dicit / quod
 faciendum
 p̄deſtinauit

Promiſſa
 dei certa
 ſunt ex om-
 nipotentia.

tate compellitur, ut aliquid nolens promittat, nullius uti
 q; aduersitatis impeditur obstaculo, quo id, quod promi-
 sit, aut minus q̄ uult, aut tardius faciat. Proinde potuit,
 sicut uoluit, prædestinare quosdã ad gloriã, quosdã ad
 pœnam. Sed quos prædestinauit ad gloriã, prædesti-
 nauit ad iusticiã. Quos autem prædestinauit ad pœ-
 nam, non prædestinauit ad culpam. Posset enĩ peccatum
 aliquod ex prædestinatione Dei esse, si posset aliquis ho-
 minũ iuste peccare. Nullus autem hominum iuste peccat,
 quamuis cum iuste deus peccare permittat. Iuste enim de-
 fertur à Deo, qui deserit deum. Et quia homo, dese-
 rens deum, peccat, deserens peccatorẽ deus, iusticiã ser-
 uat. Quid aut magis iustũ, q̄ ut ille, qui desiderio peccã-
 di iã peccat, pro eo q; desiderãs peccare, ipse sibi noxius
 efficiatur, semetipsum peccato suo ledere pmittat? In san-
 ctis igitur coronat deus iusticiã, quã eis gratis ipse tribu-
 it, gratis seruabit, gratisq; pfeãt. Iniquos aut condẽna-
 bit pro impietate uel iniusticiã, quã in eis ipse nõ fecit.
 In illis enĩ opa sua glorificat, in istis autẽ opa nõ sua con-
 dẽnat. Hoc itaq; prædestinauit deus, quod erat ipse fa-
 cturus, aut quod fuerat largiturus. Illud uerò nullatenus
 prædestinauit, quod siue p gratiã, seu p iusticiã facturis
 ipse non fuit. Proinde diligentissime requirendũ uide-
 tur, quid in his Deus opetur, quos gratis iustificat: quid
 etiã in illis, quos iuste condẽnat. Dicit enim eximius gẽ-
 tium Doctor: Si autem iniquitas nostra iusticiã Dei com-
 mendat, Quid dicamus? Nunquid iniquus Deus, qui in-
 fert iram? Secundum hominem dico. Absit. Hic autem
 b s iram

Iusta dei
 predestina-
 tio ad penã
 pro pecca-
 tis.

Sãctis gra-
 tia / umpis
 iusticiã de-
 exhibet.

futura dei
 ira / condẽna-
 tio est ad pe-
 nam.

irā pro condēnatione posuit, sicut alibi Ioannes Baptista diāt: Qui incredulus est filio, non uidebit uitā, sed ira Dei manet super eum. Hanc irā Phariseis & Sadducis cū obiurgatione denūciat, dicēs: Genimina uiperarū, quōs uobis ostēdit fugere à futura ira? Ab hac ira nos dominus Christus eripuit, quod Paulus ueridica prædicatione firmavit, dicēs Theſalonicēſibus: Quomodo cōuersi estis ad Deum à simulacris, seruire deo uiuo et uero, & expectare filiū eius de cælis, quē suscitauit à mortuis, Iesum qui eripuit nos ab ira uentura. Hanc irā, id est, punitionē, quæ parata est malis, alio loco interitum uocat diāns: Cum enī dixerint pax & securitas, tunc repente eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habēti, & nō effugient. Quæramus itaq; utrum credēdus sit Deus iniquorū op̄a prædestinare, pro quibus eos condēnet, sicut in sanctis prædestinasse diātur, quod cõronet? Cū uerò causam condēnationis iniquorū, & glorificationis sanctorū quærimus, non prædestinatos negamus, uel illos ad pœnam, uel illos ad gloriam. Sed utrū, sicut creduntur prædestinata diuinitus op̄a bona, pro quibus glorificabuntur iusti, sic credenda sint prædestinata diuinitus op̄a mala, pro quibus in æternum punientur iniusti? Diātur enim in libro Psalmorum: Iniusti punientur, & semen impiorū peribit, salus autē iustorū à domino. De utrisq; & saluator noster diāt: Tunc illi ibunt in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternam. In utrisq; ergo, id est, iustis & iniustis, tria quædam consideranda existimo, inītiū uoluntatis, pro-

gress

ardua que
stio/aⁿ ope
ra dñādo-
rū sint præ-
destinata /
sicut op̄a
iustorum.

gressum opis, sine retributionis. Vt in his quæcunq; iusta et bona uideamus, iusto & bono deo demus, illa autẽ deo indigna nouerimus, in quibus nec bonitatem nec iusticiã inuenimus. Et considerata operum qualitate, illa credamus à Deo prædestinata, quæ misericordiæ uel æquitati diuinæ cõdigna reperiuntur, & congrua. Misericors enim & miserator & iustus Dominus. Ac primo totius bonæ uoluntatis initium ab illa sempiterna trinitate (quæ unus, solus, & uerus est Deus) & prædestinatum confitemur & datum. Hoc enim homini gratuita iustificatione tribuit præparatum, quod in æterna prædestinatione præparauerat tribuendũ. Hanc uoluntatis præparationem superius sanctæ scripturæ testimonio demonstraui, quod dictũ est, præparatur uoluntas à domino. Ab ipso ergo uoluntas præparatur, qui in nobis & uelle & perficere misericorditer operatur. Diat enĩ Apostolus: Deus est enĩ qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Loquẽs etiam deus per prophetam, se ipsum facere confirmat, quod fidelibus donat ut faciãt, secundũ illud oraculum, quod est à nobis supra iam positum, quod diat: Et faciãt, ut in iustificationibus meis ambuletis, et iudiãa mea obseruetis & faciãtis. Quid est autem, faciãt ut faciãtis, nisi mei erit operis omne bonum, quod operati fueritis? Ipse ergo faciãt, ut faciãmus, quo in nobis operante, sit omne bonũ quod facimus. De quo diatur ad Hebræos: Aptet uos in omni bono, faciẽs in uobis quod placet coram se. Demõstrat itaq; Dei gratia in bona uoluntate & operatione hominis, futuræ quoque retri-

Initiũ bonæ
uoluntatis
prædestina-
tũ a deo

Deus facit
ut faciãt
bonum.

retributionis gloriã, quæ donabitur sanctis. Quis diuina gratia non esse contendat? Cũ siue credentes, siue operantes, licet nostra sit fides, & nostra sint opera (sicut ipse dominus dicit: Secundũ fidẽ tuã fiat tibi. Et beatus Ioannes prædicat: Hæc est uictoria, quæ uincit mundũ, fides

1. Joã. v. 4

ad Ephest. 1. c.

nostra. Paulus quoq; ita scribit: Gratias ago deo meo pro Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo. Opera quoq; nostra Dominus ipse testatur dicens: Sic luceat lux uestra corã hominibus, ut uidentes uestra bona opera, glorificent patrem uestrum qui in cælis est) tamẽ quia ista cũ habemus, nõ habemus ex nobis nata, sed à deo donata, sicut Apostolus dicit: Nos autẽ nõ spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à deo donata sint nobis. Et quia quæcunq; nobis faciẽda donat, sicut habere nõ possumus, nisi ipse nobis largiatur, sic facere nõ possumus, nisi ipse, nobis quæ largitus est, operetur. Propterea nullatenus sinimus, imò salubriter prohibemus, tã in

1. Cor. ii. 12

Non debemus nobis aliquid boni operis esse nostrũ scribere.

nostra fide, q̃ in nostro opere, tanq̃ nostrum nobis aliquid uendicare. Dicit enim *Vas electionis*: Quid autem habes quod nõ accepisti: si autẽ accepisti, quid gloriaris, quasi nõ accepisti? Et in sancto Euangelio *Præcursoris* dominicã uox est: Nõ potest homo accipere quicq̃, nisi datũ ei fuerit de cælo. Iacobus quoq; Apostolus protestatur: Quia omne datũ optimũ, & omne donũ pfectum, desursum est descendẽs à patre luminũ. Quod est autẽ magis donũ pfectũ, q̃ gloriificatio futura sanctorum? Nunc enim diuinorum munerum (ut ita dicã) nondũ est pfecta pfectio, ut potest,

In hac uita nemo perfectus

utpote, ubi oīs perfectus perfectiōis est indignus. Nam q; ille, qui dixit: † Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: Idē diāt: Nō q; iā acceperim, aut iā perfectus sim. Fuit ergo perfectus spe futuræ glorificatiōis, fuit aut̄ imperfectus onere corruptiōis & mortalitatis. Corpus enim quod corrumpitur adgrauat aīam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Fuit perfectus expectatione muneris, fuit imperfectus fatigatione certaminis. Fuit perfectus, q; mēte seruebat legi dei, fuit imperfectus q; carne seruebat legi peccati. Fuit perfectus, desiderii habēs dissolui & esse cū Christo, fuit aut̄ imperfectus, quia q̄diu fuit in corpe, peregrinabatur à domino. Fuit perfectus, plenissime scēs, q̄a deus, quæcumq; promisit, potēs ē & facere, fuit aut̄ imperfectus, q̄a deus in sanctis suis quadā nondū fecit ex oībus quæ promisit. Propter quod etiā oēs antiqui iustificati idē Apostolus diāt) testimonio fidei cōprobatī, nō acceperunt re promissionē, deo pro nobis melius prouidēte: ne sine nobis pfiarentur. Sicut ergo præcedētes sancti, testimonio fidei cōprobatī, nō sunt sine subsequentiū pfectione pfecti, sic subsequētes sancti nō possūt sine præcedētibz pfiā. Donum itaq; perfectum tunc oībus dabitur, quando sanctis eterna glorificatio tribuetur. Tūc sicut Veritas diāt: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Illius est igitur etiā hoc donum perfectum, à quo est doni totius initium, Quod utiq; donum non daretur, si non etiā hoc ex gratia donaretur. Vnus autē Deus est, qui gratis, & uocat prædestinatos, & iustificat uocatos, & glorificat iusti-

nisi spe futu-
re glorie.
† abs. Quis-
cunq;.

Paulus fuit
hic et peccator
fecimus et
imperfecti

Gratis ope-
ratur deus
salutē no-

fici-

strā ordina
tis actibus

fiatos. Sicut autē nō est aliud iustificare, nisi iustos facere, sic nō est aliud glorificare, nisi gloriosos facere. Proinde, quia deus suos & iustificat & glorificat, sicut gratiæ ipsius opus est, cū faciat iustos, sic gratiæ ipsius opus erit, cū faciet gloriosos. Quia sicut nemo potest habere ueram iustitiā, nisi fuerit iustificatus, sic nemo potest habere uerā gloriā, nisi fuerit glorificatus. Vnde autē sit uera gloria, Saluator noster, cū iudeos increparet, ostēdit, dicens: Quomodo potestis uos credere, q̄ gloriā ab inuicē accipitis, & gloriā, quæ à solo Deo est, nō queritis? Hunc sensum habēs Paulus (& ueraciter dicens: Nos autē sensum Christi habemus) sicut gloriā uerā à Deo esse nouerat, ita iustitiā uerā ex Deo esse cōfirmat, dicens: Ut inueniar in illo, nō habēs meā iustitiā, quæ ex lege ē, sed illam, quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitiā in fide. Et quamuis abūdent plurima documenta, quibus clareat, nō solū bonæ uolūtatē, bonæq; operationis gratiā, sed etiā ipsam sanctorum glorificationē diuinitus & inchoari prorsus & perfici, tamē arbitror etiā hæc, quæ à nobis posita sunt, ut auct̄ sufficere. Et ideo iam, ut libelli series temperetur, malorū quoq; uoluntatem, operationem, ac retributionem considerare debemus. Ut

Cetera glia
& solo deo

Philipp. iii
8.

Secunda
pars p̄ri-
me questio
nis supra
posite.

agnoscimus, utrum malos Deus iustus ad hoc prædestinauerit faciendum, quod in eis puniturus est factū, an idcirco iniquos ad sup̄pliam iuste prædestinauerit, quia eorum mala opera, licet futura, præseret, non tamē ipse prædestinauit ut futura essent, quia nō ipse fecit ut fieret. Itaq; si initium peccati requiritur, nihil aliud, nisi superbia

perbia inuenitur. Dicit enim scriptura: Initium omnis peccati superbia. Quae itaque tunc initium sumpsit, cum angelus aduersus Deum elatus, & ipsa elatione prostratus, per concupiscentiam (quae radix est omnium malorum) uolens usurpare, quod illi datum à Deo non fuit, à Deo discessit, & cecidit, in quo si stetisset, non cecidisset: sed per concupiscentiam malam, quam concupiuit plus extra se, minus factus est in se. Quam concupiscentiam, licet explere nequiuisset, opere tamen retinuit uoluntate. Sic ipse sibi iam factus est peccator, ut supplicium semper esset malo uoluntas mala, tanquam ceco ipsa caecitas sua. Et concupiscentia peccandi tormentum fieret peccatori, & rebellis ac refuga, qui illam in perturbabilem requiem suggeret, deinceps perturbatioi seruiret, atque à bono domino relinqueretur iuste, quae ipse reliquit iniuste. Ita factum est, ut perseverans inordinatus ex se ordinaretur in se. Et in eo, qui in se ordinem perderet, diuini ordinis ratio non periret. Hoc & in homine conuenit, quae ipse diabolus serpentina calliditate deiecit. A Domino quippe bono discedens, & seruo malo consensiens, male uoluntatis effectum plenum adipisci non potuit, quia ipsa malicia uoluntatis à deo non fuit. Hanc enim, si à deo non discederet, non haberet. Bonus ergo Deus bonarum est conditor naturarum. Vidit enim Deus (sicut scriptum est) omnia quae fecit, & ecce bona ualde. In quibus omnibus quae fecit, rationalem creaturam meliorem ceteris fecit. Sic tamen potentiori creaturae magis uoluit inesse bonum, ut etiam infimae creaturae nullum inesset substantialiter malum. Ac per hoc, superius esse infimo bono melius creatum bonum,

Initium omnis peccati superbia.

Casus et peccatus luciferi.

Casus primi hominis.

cui summum bonum (quod creatum non est, & à quo omne mutabile bonum creatum est) iuste dominaretur. Cuius etiã participatione beatum esset, si summo bono humiliter dilectione seruiret. Creaturæ quippe rationali alia beatitudo nec potuit, nec potest esse, nec poterit, nisi ut agnoscat, à quo non solum facta, sed etiã à quo rationalis est facta, maiorem dilectionem exhibeat bono creatori quam sibi.

Rationalis creatura / beata esse non potest / nisi creatorem plus diligat quam seipsum.

Neque enim ei inesse posset ullatenus ratio, nisi ei posset creatoris in se dilectio. Quia nec est alia, quæ uera sit sapientia uel intelligentia creaturæ rationalis, nisi dilectio creatoris, in qua tanto magis minusue est dilectio sui, quanto magis minusue dilectionem suo exhibet creatori.

Voluntas rationalis si se deo subicit sublimatur: si se effert / deprimatur.

Voluntas porro creaturæ rationalis, sine qualicumque amore non potest esse. Nec sic potest diligere, ut amorem suum non uelit ad aliquid religare, quæ inter summum bonum, à quo creata est, & infimum bonum cui prelata est, medio quodam loco posita, profecto aut in infimo bono neque est miserabiliter

iacet, aut in summo bono ueraciter faciliatque requiescat.

Quodam etenim amore rapitur, seu cum obedientia subleuatur, et creatori bono bene subijatur, siue cum supbia deprimatur, ut creaturæ bonæ male dominetur. Sicut enim fit elatione humilis, sic fit humilitate sublimis. Dicit enim Dominus & Magister noster: Omnis qui se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Lu. xviii. c.

Dens humiles facit.

Propter quod ite scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Neque uero Deus humiles, quibus dat gratiam, ante datam humiles inuenit, sed dando gratiam humiles facit. Hoc ipsum enim, gratiam, Deus per gratiam donat, ut

quisque

quisquis eam acciperit, humilis fiat. Propter quod ipse unigenitus sancte humilitatis doctor atq; largitor dicit: Disate à me, quia mitis sum, & humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. Hanc requiem perdidērunt, qui humilitate reiecta, aduersus uitam suam turnuerunt, & in mortem per superbiam reāderunt. De talibus enim dictum est: Deicāsti eos, cum extollerentur. Talibus autem propterea Deus resistit, quia in eis superbiam ipse non scāt, per quam iniuste malunt in peccatum cadere, & per quam iuste merentur in peccato remanere. Proinde, quia initium malae uoluntatis suae perbia est, quae ex deo non est, perspicuae claret, non ex Deo esse hominibus interitum malae operationis, sed à iusto iudicē retribui malis interitū ultionis. Mala quippe uoluntas non pertinet ad optimum creatorem: iusta uerò iniusti angeli, hominisque damnatio pertinet ad aequissimum cognitorem. Ad uoluntatem igitur malam Deus hominem non praedestinauit, quia homini eam daturus ipse non fuit. Quomodo enim Deus hominem, quē ad imaginem suam fecit, praedestinaret ad malam uoluntatem, quam ipse non fecit? Itaq; peccare in hoc homo coepit, in quo à Deo discessit. Scriptum est enim: Quia initium superbiae apostotare à deo. Et alio loco: Ecce omnes, qui se elongant à te, peribunt, perdidisti omnes q̄ fornicātur abs te. Ipsi ergo, q̄ se elōgant & fornicātur à deo, utiq; peccando percunt, per suam malā uoluntatē, quae non est ex Deo. Perdet autem illos Deus iuste iudicando, quod cōpetit Deo. Non enim eos Deus iudicādo p̄de-

Deicāsti
eos / cū ex-
tollerētur.

Interitum
nō ex deo /
sed ex su-
perbia est.

Initium
superbiae /
apostotare
à deo.

c ret,

Defecerunt:
perierunt
p:opter in-
iquitatem
suam.

ret, nisi p suas iniquitates ipsi perissent. Scriptū est enī:
Defecerunt, perierunt propter iniquitatē suā. Defectus
ergo à summo bono ad infimū bonum, hoc est peccatoris
propriū & uoluntariū malum, quo malo se ipsum pdit
iniustus. Et quia huic malo auctor nō est Deus, sed ho-
mo puersus, digne itaq; homini, qui se perdidit peccato,
redditur in tormentis æterna pditio, ut pereat quidē, qui
perire uoluit, non tamen sic pereat, quē admodū uoluit.
Qui enim si peribit, delectatione peccatorum inlectus,
ut si posset fieri, maneret ī opere peccati perpetuus, ius) e
quidē est in pditione peccati dimissus, quo propria & adit
uoluntate: sed non ibi fuit impune dimitendus, ne Deus
fidelis, in quo nō est iniquitas, qui est iustus & sanctus,
si peccatōrē semp in peccato relinqueret impunitum, pu-
taretur illi placere peccatū. Quā sententiā in quibusdā
Deus arguit, p Malachiam Prophetam, qui dicunt: Oīs
qui faciūt malum, bonus est coram Domino, & ipse in eo
placuit, & ubi est Deus iustitiæ. Iuste igitur est subse-
quuta seueritas iudicis, ubi præssit iniquitas peccato-
ris, quia illius rei Deus ultor est, cuius auctor non est, id
est, iniquitatis, quam potest Deus punire, non facere.
Scriptum est enim: Omnis qui faciūt peccatum, & iniqui-
tatem faciūt, et peccatum est iniquitas. Et: Satis, quia ille
apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est.
Omnis qui in eo manet, non peccat. Et iterum: Deus fide-
lis, in quo non est iniquitas, iustus & sanctus Dominus.
Iniquitas igitur, quia in Deo nō est, utiq; ex Deo nō est.
Que est aut iniquitas, nisi mala cōcupiscentia? quam ex
Deo

De^o pecca-
ti ultor: nō
auctor est.

Deo. xxxij

Deo non esse Ioannes Apostolus manifestat, dicens: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, quia omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & supbia uitæ, quæ nō est ex patre, sed ex mundo est, Hic autem mundi noīe hoīes significat mundi istius dilectores, qui non ideo pro dilectione mundi puniēdi sunt, quia aliquam substantiā malā diligūt, cū substantia naturaliter nulla sit malā, sed q̄a dilectionis ordinē nō tenētes, dum plus iusto diligūt mundū, minus Deū diligunt, q̄ diligere debuerunt. Non aut̄ aliquid inordinatum Deus scāt, nec aliquid inordinatū fieri prædestinavit, qui per Apostolum suum imperat, ut omnia honeste & secundum ordinem fiant. Propter quod & in sanctis Eloquijs, ut peccatum uitetur, charitas præcipitur. Scriptū est enim: Ordinavit in me charitatem. Huic ordini cōgratulatur Apostolus dicēs: Nam & si corpore absens sum, sed spiritu uobiscū sum, gaudēs & uidēs ordinem uestrū. Peccati uerò initium, si attendatur, puto, q̄ nihil est aliud, quàm inordinatarū rerum inordinata rationalis creature dilectio, quæ spōte pdendo dilectiois ordinem perdidit & salutem. Ad hoc nō est à Deo prædestinata rationalis creatura. Neq; enim alia est eius prædestinatio, nisi futurorum operum eius eterna præparatio. In qua nullius causa mali poterit inueniri, quia ex uoluntate Dei nunquam processit origo peccati.

Iniquitas
ex inordina
to amore
mundi

Peccati in-
itū/inordi
nata dile-
ctio.

Misericors etenim dominus & iustus, de quo alio loco scriptum est: Misericordiam & ueritatem diligit Dominus Deus. In omnibus ergo operibus eius,

misericor-
diæ et uer-
tatem dili-
git dominus

Non p̄desti-
nat De⁹ ho-
minem ad
peccādum.

aut iusti ueritas custoditur, aut pia misericordia præd-
gatur. Porro autem, cum negare non possumus, à Deo bo-
no factum hominem bonum, si dixerimus eum à Deo
prædestinatum ad opus aliquod malum, nos Deo mise-
ricordi & iusto tale opus (quod absit) adscribimus, ubi
nec misericors possit inueniri, nec iustus. Si enim, cum à
Deo fieret homo, sic erat in præsentì opere Dei bonus,
in prædestinatione eius esset malus, proculdubio Dei
opere malus futurus erat, à quo ad peccandum prædesti-
natus fiebat. Vbi statim illi consequetur absurditas, ut
dicatur, quia Deus (de quo Propheta dicit) Qui fecit quæ
futura sunt, in se habuit (quod absit) iniquitatis originē,
si hominem à se factū ipse prædestinauerat peccatorē.
Prædestinatio enim eius, præparatio est operum eius.
Et sicut competit Deo bono, ut causa sit totius operis bo-
ni, sic incongruum est, ut imputetur causa cuiuslibet opis
mali. Deinde attendimus, quia nulli ratio redditur, qua
homo ad peccatū prædestinatus à Deo credatur. Si enim
in his, quos Deus & pater Domini nostri Iesu Christi be-
nedixit in omni benedictione spiritali in cælestibus in
Christo Iesu, sicut elegit eos in ipso ante mundi constitu-
tionem, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius
in charitate, qui prædestinauit eos in adoptionem filio-
rum per Iesum Christum in ipsum. Si ergo in his causa
prædestinationis queratur, non utiq; alia, sed sola gra-
tuita Dei misericordia reperitur. Ipse est enim de quo di-
cit Psalmus: Misericors & miserator dominus, longani-
mis & multa misericordie, non in finem irascetur, neq;

Prædestina-
tio bonorū
est ex gra-
tuita Dei
misericor-
dia.

in

In æternum indignabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quia secundum altitudinem cœli à terra elongauit iniquitates nostras à nobis. Sicut miseretur pater filijs, ita miseratus est dominus timentibus eum. In his omnibus tot ac talibus bonis, quæ dominus retribuit malis, quid aliud quàm indebita misericordia caritur? quidue aliud quàm gratuita pietas prædicatur? Nam & in eo, quod non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis, gratuita manifestatur iustificatio impiorum. Et in eo, quod sicut miseretur pater filijs, ita miseratus est dominus timentibus eum, gratuita claret per eandem fidei iustificationem adoptio filiorum. Neq; enim, sicut pater filijs, miseretur, nisi nobis gratia pater factus, nos sibi filios facere dignaretur. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Hæc est in sanctis causa prædestinationis diuine, præparatio scilicet iustificationis & adoptionis indebitæ, quam quia non merebatur uoluntas hominis mala, non est eius causa, nisi sola Dei uoluntas bona. In his autem, qui putantur prædestinati, non ad lucida supplicia, sed ad perpetranda peccata, cum causa prædestinationis queritur, non inuenio, quid respondere possit, quisquis hæc asserere meditatur. Nunquid enim, sicut recte dicimus, ad hoc prædestinatos sanctos, ut Deo in eis misericorditer operante, ex malis fierent boni, & ex impijs iusti. Quod cum dicimus, ad Dei gloriam dicimus. Nunquid sic recte dicere poterimus, ad hoc prædestinatos iniquos,

Sicut pater
ter filius /
ita dominus
se timentibus
est miseratus

Abste-
ret de
camus
homini
ne a deo
pre-
destinari
ad pe-
tranda
peccata.

ut Deo in eis, etsi nō misericorditer, saltē iuste operāte, ex bonis fierent mali, aut ex iustis fierent impij? Absit hoc à nobis atq; ab omnibus christianis, ut causam cuiuslibet peccanti quisq; deputare diuinæ audeat æquitati: cū nec malitiæ nec impietatis cuiusq; causa esse possit, nisi in eo, qui malus atq; impius fuerit. Vt ergo ex malis fiant homines boni, & ex impijs iusti, laudanda est Dei misericordia: ut autē ex bonis fiant hoīes mali, aut ex iustis iniqui, si diuinæ prædestinationis asseritur causa, erit (quod absit) uimperanda iustitiā. Quinimō nec iustitiā iusta dicitur, si puniendum reum non inuenisse, sed fecisse dicitur. Maior uerò erit iniustitiā, si lapsio deus retribuit poenam, quæ stantē prædestinasse dicitur ad ruinam. **Q**uero aut, cur, primum hominem, quæ (sicut scriptū est) fecit Dominus rectum, prædestinare potuerit ad peccandum, id est, ad uoluntatem malam, quæ est totius origo peccati, quæ utiq; aut retribuisse deum nondum peccanti homini, aut retribuisse credendum est peccatori. Hanc itaq; si nōdum peccanti homini tribuit, ipse (quod absit) auctor iniquitatis extitit, qui malam uoluntatem dedit homini bono, per quam peccans, æterno meretur puniri supplicio, Et ubi est, quia Deus mortem non fecit? Et, quia non est iniquitas apud Deum? Et, quia iustus Dominus, & iustitiā dilexit, æquitatem uidit uultus eius? Si aut malæ uoluntatis initium peccatori homini non tribuit, sed retribuit Deus, ut ab homine credatur cœpisse peccatum, à Deo aut tanq; à iusto iudiciæ redditum malæ uoluntatis initium dicitur, quod peccatum homo facere potuit,

In homine
quæ de^o re-
cte fecit /
nō est pde-
stinata ma-
la uolūtas.

potuit, in quo uoluntas mala nõ fuit? cum nullus fructus iniquitatis exoriri possit, nisi quẽ radix uoluntatis male pronulerit. De corde enim (sicut ueritas ait) exeunt cogitationes male, homiãdiã, adulteria, fornicatiões, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hæc sunt quæ coinquinant hominem, Propter quod Deus ipse p̄ Hieremiam sic hu-

Mala homi-
nis volun-
tas non est
dei planta-
tio.

mane maliãam uoluntatis obiurgat, ut eam à se alienam esse p̄doctat. Dicit enim: Ego te plãtaxi uineã fructiferã quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Alicnam utiq; à se uitem dicit, non uitio diuinæ conditionis, sed auersione propriæ uoluntatis, quæ iuste culpatur, pro eo q̄ amaritudinẽ protulit, quam in ea deus ipse nõ fecit. Quoniã ipsam amaritudinẽ nec ex dei prædeterminatione, nec ex dei ope, sed ex maliãa suæ uoluntatis habuit. Pro qua amaritudine sic eã deus p̄ supra memoratũ Prophetã denuo increpat: Satis, q̄ malũ est tibi & amarum, reliquisse Dominum deum tuum, & non esse timorem meum apud te. Cum ergo hoc sit homini malum & amarum, reliquisse dominum, & timorem dei apud eum non esse, Quis ita sit contrarius ueritati, ut putet à bono ac suauis deo (de quo scri-

Suaus et
bonus domi-
nus nõ crea-
uit amaritū-
dinẽ et me-
liciter uolu-
tis perue-
re.

ptum est: Quàm bonus deus Israel rectis corde? Et: quia nemo bonus nisi solus deus: & de quo Apostolus dicit: Ut ostendat in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate sup nos. Et de cuius suauitate canitur: Gustate & uidete q̄ suauis ẽ dominus. Et de cuius eloquijs denuo prædicatur: Quàm dulcia fauibus meis eloquia tua, sup mel et fauũ ori meo. Et rursus:

Præscit
quidē deus
homines
peccatu-
ros / s; eos
ad peccādū
nō predesti-
nauit.

Iudiciā dei uera, iustificata ī semetipsis, desiderabilia sūt
per aurū & lapidē preciosum multū, & dulciora super
mel & fauū) Quis ergo putet, à bono ac suauī deo, præ-
destinatū hoīem aut ad maliā uolūtatis, qua bonū deū
reliqueret, aut ad amaritudinē cōtumaā, qua suauē do-
minū nō timeret? Proinde fidelibus cōgruit credere &
fateri deū bonū & iustū, præfisse qdē peccaturos hoīes,
quia nihil eū latere potuit futurorū, (neq; enī uel futu-
ra essent, si in eius præsentia nō fuissent) Nō tamē præ-
destinasse quēlibet hominem ad peccatum: quia si ad pec-
catum aliquod hoīem deus prædestinaret, pro peccatis
hoīem nō puniret: dei enī prædestinatiōe aut peccatorū
preparata ē pia remissio, aut peccatorum iusta punitio.
Nunq̄ igitur deus ad hoc hominem potuit prædestinare,
quod ipse disposuerat & præcepto prohibere, & miseri-
cordia diluere, & iusticiā punire. Iniquos itaq; quos
præscit deus hanc uitam in peccato terminaturos, præ-
destinauit suppliāo interminabili puniendos, in quo, si
aut culpanda non est præsentia humane iniquitatis, ita
prædestinatio iustissimæ laudanda est ultionis, ut agnos-
ceret non ab eo prædestinatum hominem ad qualecunq;
peccatum, quem prædestinauit peccati merito puniendū.

Et eius igit
p̄d estinuit
bonos misere-
ricorditer
& dignam
malos iuste
ad supplici-
um.

Deus itaq; omnia hominum opera, siue bona seu mala
præscit, quia eū latere nihil potuit. Sed sola bona præ-
destinauit, quæ se in filiis gratiæ facturum esse præscit
uit, mala uerò futura opera illorum, quos non prædesti-
nauit ad regnum, sed ad interitum, præscit, potentissi-
ma deitate, & ordinauit prouida bonitate: & quia præ-
scit

scius fuit, quæ eadem mala, non solum ipse factururus nõ es-
 set, sed nec homo, in quantum ci humiliter adhesisset, in
 eo nobis insuperabilem potentiam præscientiæ suæ ma-
 gis ostēdit, quia nec in malis prædestinationem iustitiæ
 suæ uacare permisit. Ostensurus itaq; deus, quid reddend-
 um præsciuerit & quid donandum, prædestinauit il-
 los ad supplicium, quos à se præsciuit uoluntatis ma-
 le uitio discessuros: & prædestinauit ad regnum, quos
 ad se præsciuit misericordiæ præuenientis auxilio redi-
 turos, & in se, misericordiæ subsequenti auxilio, esse
 mansuros. In istis misericordiam custodiēs, in illis iusti-
 ciam tenens: Istis quod promisit pie tribuens, illis nihilo-
 minus quod prædixit iuste retribuēs. Sic autem de-
 us non omnia promisit quæ prædixit, quæ prædixerit
 omnia quæ promisit: sicut non omnia prædestinauit quæ
 præsciuit, quæ omnia prædestinata præsciuit. Præsci-
 uit enim uoluntates hominum bonas & malas, prædesti-
 nauit autem non malas, sed solas bonas. Et licet in eius
 prædestinatione non fuerit, ut malitiā uoluntati hu-
 manæ dedisset, fuit tamen in eius prædestinatione, quid
 humanæ uoluntatis malitiæ reddidisset. Propter hoc,
 quia sicut Psalmista testatur, misericors est dominus &
 iustus, prædestinauit iustos ad gloriam, iniquos ad pœ-
 nam. Iustificandis ergo atq; glorificandis prædestinatum
 misericordiæ suæ opus prædixit pariter & promisit.
 Iniquis autem prædestinatum iustitiæ suæ opus prædi-
 xit tantummodo, non promisit. Quod si quis querat, cur
 Deus omnia quidem prædestinata prædixerit, non
 c 5 tamen

Deus non
 omnia pro-
 misit quæ præ-
 dixit, nec om-
 nia præde-
 stinauit quæ
 præsciuit.

Pl. cxlii. B.

Verba
Esaiæ de fu-
tura retri-
butione.
lxv. C.

tamen oïa prædestinata promiserit? Respödemus, pro-
missionem dici non posse, nisi cum aliquid ad hoc præ-
dicitur faciendum, ut possit ei, cui promittitur, præ-
desse iam factum. Et promissum semper esse doni, non
semper esse iudicij, cum promissi largitas semper latifi-
cæt, iudicij uerò seueritas aliquando contristet. Quod
propheta metuens, huiusmodi ad deũ orationem effun-
dit: Ne intres in iudicio cum seruo tuo, quia non iustifi-
cabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sciebat enim can-
ctos pari retinendos punitionis uinulo, nisi deus, in qui-
bus uellet misericordiam fecisse, superexaltaret iudi-
cio. Iustificatio igitur & glorificatio, quæ non est homini
ex homine, sed ex deo, quia multum sanctis fuerat pro-
futura, ideo prædicta est & promissa. Punitione uerò, quæ
in æternum fuit impijs obfutura, prædicta est tantum-
modo, non promissa. Quod etiam diuinis testimonijs
facilius ostenditur. In illo quippe propheta loco utrum-
q; pariter inuenitur expressum, ubi Deus per Esaiam
eos qui sibi non seruiunt, his arguit uerbis: Ecce qui ser-
uiunt mihi manducabunt, uos uerò esurietis. Ecce qui
seruiunt mihi bibent, uos uerò sitietis. Ecce qui seruiunt
mihi letabuntur, uos uerò confundemini. Ecce qui serui-
unt mihi exultabunt in lætitia, uos autem clamabitis pro-
pter dolorem cordis uestri, & à contritione spiritus ulu-
labitis. In his omnibus, quæcunq; ad iniquorũ personam
pertinent, prædicta sunt tantummodo, non promissa. Ne-
q; enim dicendum est, bonitatis largitate promissũ, quod
intendat iniquitatis merito seueritas iſcendum. Si qua
uerò

uerò ad personam seruientium deo pertinent, & prædita sunt & promissa. Tale aliquid est etiam in illo Saluatoris nostri sermone, quo ait: Tunc illi ibunt in combustionem æternam, iusti aut in uitam æternam. Prædixit & promisit premium, quo fruëtur iusti, non autem promisit, sed prædixit supplicium, quo punientur iniusti.

Matth. bet.
xxv. in fi.

Neq; uero, sicut prædestinavit sanctos ad iusticiã accipiendam, sic prædestinavit iniquos ad eandem iusticiã amittendam, quia misericors Dominus et iustus, potuit gratis à prauitate liberare quem uoluit, prauitatis autem operator nunq̄ fuit: quia prauus nunq̄ aliquis fuit, nisi in quantum à deo discessit. Nec discessurũ deus prædestinavit, quis discessurũ cognitio diuina præseruit. Deus itaq; licet auctor nõ sit malarũ cogitationũ, ordinator taxamen est malarũ uoluntatũ, & de malo ope cuiuslibet mali nõ desinit ipse bonum opari. Nec ã ipsis iniustæ uoluntatis opibus deserit operum suorũ iustum ordiem, quia & hoc in ipso ordine habet, quod malã iuste deserit uoluntatem. Quam tamen sic in suis malis opibus, à se discedentem deserit, ut ibi permittentis dei operatio bona non desit, dum & in peccantis uoluntate iniusta implet ipse iusticiã, & de malo, quo peccantem iudicat, quibus ipse uult beneficiũ prærogat. In sanctis igitur persecturus est Dominus, quod ut essent boni, gratis dedit.

Quod autẽ daturũ se præseruit, ã æterna bonitatis dispositione prædestinavit. Ipsa est enĩ prædestinatio dei, sempiterna scilicet dispositio futuri opis dei. Porrò autẽ ã iniqs pñiturus ẽ, quod ut esset mali, nõ dedit, nec eos ad ini-

quitas

Deº de malis imp: orũ operibº ope rat bonum.

Aliter igit deº bono/ aliter malo/ prædestinavit.

quitatem aliquam prædestinavit, quia ut inique uellēt, hoc eis daturus ipse non fuit. Et quia male uoluntatis perseuerans iniquitas in uicta remanere non debuit, tales ad interitū prædestinavit, quæ talibus iuste punitiōis suppliāū præparauit. Quod utiq; manifesto Dominus ipse sermone perdocuit, in eo, quod à se ostēdit paratū, nō solū regnū, ubi lætatur boni, sed et ignē eternū, ubi cruaētur mali. Bonis etenim dicturus ē: Venite benedicti patris mei, pāpate regnū, quod uobis paratū est à consti-
tutiōe mundi. Malis autē dicturus est: Ite maledicti ī ignē eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ecce ad quod Dominus iniquos & impios prædestinavit, id est, ad suppliāum iustum, non ad aliquod opus iniustū: ad pœnam, non ad culpam: ad punitionem, non ad transgressionem: ad interitum, quem ira iusti iudicis peccantibus reddidit, non ad interitum, quo in se iram dei peccātium iniquitas prouocauit. Quod beati Apostoli prædicatione manifestat, qui malos, quos in eternum damnaturus est deus, uasa uocat iræ, non culpæ. Ait enim: Quod si uolens deus ostendere iram, & notam facere potentiā suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, aptata in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quæso Monime charissime, ut hunc Apostoli locum diligenter attendas. Notum nanq; est, iram dei diū non posse, nisi ubi creditur hominis iniquitas præcæsisse. Neq; enim Deus aut ignarus esse potuit, aut iniustus, qui posset aut peccantibus hominis culpam non agnoscare, aut non peccantibus iudici-

Mali dicuntur uasa iræ, boni uasa misericordiæ.

lum punitionis inferre. Nam & ipse Beatus Paulus in iniquitate hominis iustitiam dei prædicat commẽdari, ut ostendat, nõ iniuste irã omnipotentis inferri. Ait nõq; : Rom. ix. C.
 Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commẽdat, quid dicemus, nunquid iniquus deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin, quomodo iudicauit Deus mundum? Non itaq; frustra talis est ab eo facta inter puniendos glorificandõsq; discretio, ut illos uocaret uasa iræ, istos autem uasa misericordiæ, nisi ut ostenderet, tam in uasis iræ, q̃ in uasis misericordiæ, iniquitatem propriam præcessisse. Talis est Dominus uerus, cui, ut gratuita sit misericordia, & ira non sit iniusta. Ac per hoc, & illos indignos præueniat bonitate, quos iustificat, & illos dignos inueniat punitione, quos damnat. Ac sic appareat, & in uasis misericordiæ, non ex ipsis, sed ex deo esse, q̃ boni sunt, & in uasis iræ, non ex deo, sed ex ipsis esse, q̃ mali sunt. Possent enim Apostolus, quos Cur potius
misericor-
die q̃ iusti-
cie uasa boni
nos uocat
apostolus
 dixit uasa misericordiæ, potius uasa iustitiæ nuncupare. Sed si uasa iustitiæ uocarentur, forsitan ex seipsis habere iustitiam putarentur. Nunc autem cum uasa misericordiæ diat, proculdubio, quid ipsi fuerint, non tacuit, quia quid eis à deo conlatum sit, euidenter ostendit. Si enim p seipso essent iusti, mercedem eis Dominus pro operibus suis redderet, non misericordiam prærogaret. Sicut idẽ Apostolus alio loco diat: Ei aut̃ qui operatur, merces nõ imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Vasa itaq; misericordiæ ad indebitam sunt gloriam præparata, quia gratis sunt misericordiam consecuta. De quibus

1. Tim. 1. C *bus etiam ipse Beatus Apostolus se esse testatur, dicens: Qui prius fui blasphemus & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Hoc est opus dei in uasis misericordiae, ut blasphemis & persecutoribus & contumeliosis, non debitus redderetur interitus, sed misericordiae donaretur gratuitum munus. Vasis uero irae nunquam deus redderet interitum, si non spontaneam inueniretur homo habere peccatum, quia nec deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex praedestinatione dei cecidisset in culpam. Sed quia causam iniquitatis suae ex propria homo habuit uoluntate, propterea B. Paulus sustinuisse asserit Deum in multa patientia uasa irae, aptata in interitum. Haec igitur ira, ideo talibus uasis interitum reddidit, quia in eis meritum uoluntariae iniquitatis inuenit. Quando autem peccanti seruo iram iustus dominus intulisset, si seruus ex Domini praedestinatione peccasset? In hoc itaque ista uasa deus aptauit, in quod praedestinauit, hoc est, in interitum, illa uero utique interitum, quem Paulus malis repente superuenturum denundat, dicens: Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Quod si Deus tales in peccatum praedestinaret, non eos Apostolus uasa irae mallet nominare, sed culpae, nec in interitum tantum uasa, sed in peccatum dicerentur aptata. Nunc autem ideo uasa irae dicuntur, ut ostendatur, in talibus ex Dei praedestinatione non hoc esse, quod est male ab eis commissum, sed quod est talibus bene redditum. Bene quippe malis interitus a deo redditur, quis sit malus interitus eis, qui nunc iuste dese-*

1. Thess. 5. 23.

deseruntur, et postmodum iuste torquebuntur. In talibus enim Deus iudicium suum desertione inchoat, cruciatio-
ne consummat. Nam & hoc tempore, quo discedētes ma-
los deserit deus, nō operatur in eis, quod ei displicet, sed
operatur per eos quod ei placet, postmodum eis redditu-
rus, quod ab eius iustitiā merentur. Reāpicent enim non
pro eo, quod Deus bene usus est eorum operibus malis,
sed pro eo, quod ipsi male abusi sunt dei opibus bonis.

Tales itaq; deus aptauit in interitum punitionis, quem
peccatori iustus iudex prædestinatione iusta decreuit:
non in peccatum, quod homo non ex prædestinatione di-
uina, sed ex uoluntate sua, male concupiscendo cepit,
& male operando perseāt. Concupiscētiā enim concipi-
ens peperit peccatum, peccatum uerō consummatum ge-
nuit mortem. Non ergo iniqui prædestinati sunt ad
mortem animæ primam, sed prædestinati sunt ad secan-
dam, id est, ad stagnum ignis & sulphuris. De quo B.
Ioannes diat: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est
in stagnum ignis & sulphuris. Et alio loco: Et mors &
infernus missi sunt in stagnum ignis. Hæc mors secunda
est stagnum ignis. Et qui non est inuentus in libro uitæ
scriptus, missus est in stagnum ignis. Rursus diat: Du-
bii autem & infidelibus contaminatis, & homiādis, &
impudicis, & ueneficis, & idolis seruiētibus, & oībus
mendaābis, pars eorum in stagno ardenti & sulphure,
quod est mors secunda. Illam secundam nuncupat mor-
tem, quæ sequitur ex sententiā iusti iudicis, non illā, quæ
præsit in mala concupiscētiā peccatoris. Quamorte

salua

Quam iuste
deus deserit
malos et in
teritūcis
reddit.

Iniqui præ-
destinati sunt
ad stagnum
ignis et sul-
phuris.

primamora
anime in
peccato / se
cilda in sta-
gno ignis.

saluator quosdam mortuos asserbat, dicens: Dimitte mor-
tuos sepelire mortuos suos. Et Apostolus de uida: *Que*
autem in delicijs est uiuens, mortua est. Ad Ephesios quo-
q; sic loquitur: Et uos cum essetis mortui delictis & pec-
catis uestris, in quibus aliquando ambulastis, secundum
seculum mundi huius, secundum priapem potestatis ae-
ris huius spiritus, qui nunc operatur in filijs diffidentie,
in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in
desiderijs carnis nostrae, suadentes uoluntatem carnis et co-
gitationum, erasmus natura filij ire, sicut & ceteri. Deus
autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam cha-
ritatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui pec-
catis, conuiuificauit nos Christo. De hac morte, qua ho-
mo est mortuus in peccatis, dicit Deus: Nolo mortem mo-
rientis, sed ut reuertatur a uia sua mala, & uiuat ani-
ma eius. Quomodo autem ad mortem peccati predesti-
nasse deus hominem creditur, quam se ipse nolle testatur?
Mors ergo ista morientis, uia sua mala est. *Que* q; ma-
la, deo ignota. Scriptum namq; est: *Vias enim que a de-*
xtris sunt, nouit Dominus, peruersae autem sunt, que a
sinistris sunt. *Vias ergo, quas deus fecit, nouit, quas non*
fecit, perdit, quia eas non nouit. Vnde scriptum est: *No-*
uit Dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit.
Ille igitur, qui sat oia ante q; fiant, & cuius oculi in omni
loco speculantur bonos & malos, cuius etiam uultus super
suadentes mala, ut perdet de terra memoriam eorum, ideo
uiam malam non nouit, non quia scientiam ipsius aliqd
in operibus hominum fugit, sed quia mortem morientis

Vias impio-
rum non nouit
dominus / quia
eas non fecit

non

non fecit, qui tamen mortem mortuo iuste retribuit, Prima igitur mors animæ, quã sibi homo intulit, secunda prima mors anime a homine/ secunda a deo infertur. mortis est causa. Et secunda mors, quam Deus homini reddidit, primæ mortis est pœna. Et quia istã sibi homo iniustus iniuste intulit, illã à iusto iudicæ iuste peræpit: ut quia in ista uolens semen iniquitatis seminat peccator improvidus, in illa metat fructum punitionis inuitus. Qui enim seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitã eternã. Sed qui seminat in spiritu, et de spiritu metet uitã eternam, à Deo habet donũ et messis & seminis: (Quod Paulo teste cognouimus: sic enim ait: Qui autẽ dat semẽ seminanti, & panem ad manducãdum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & augebit incrementa frugum iusticiæ uestræ.) qui uerò seminat in carne, & de carne metet corruptionem: Ideo non letabitur in messe, quia nõ Deum, sed se ipsum habuit auctorem in semine. Peccata itaq; hominum cuncta quidẽ Deus in peccatoribus præsa uit futura. Et quia ipse non ea prædestinauit faciẽda, iuste prædestinauit iudicio puniẽda. Quod etiã in ipsis dictis sancti Augustini, quæ tuæ inscriuisti epistole, si con sideres, profecto cognosces: qui postq̃ dixit: Hoc ergo bonum, quod est requirere Deum, non erat qui faceret, nõ erat usq; ad unum. Sed in eo genere, quod prædestinatũ est ad interitum, statim secutus adiunxit, dicẽs: Sup hoc enim respexit Dei præsciẽtia, protulitq; sententiã. Nẽ pe satis atq; euidenter his dictis ostendit, quia Deus peccata hoim præsciẽtia uidit, quibus sententiã prædestinatione d dictauit.

dictavit. Quid enim aliud accipe debemus, in hac prola-
 tione sententiæ Dei, nisi paratum supplicium peccatori? Iuste autem ad punitionem diuina equitate prædestina-
 tus, qui peccator est diuina cognitione præfatus: ut pote,
 qui iniquitatem, ad quam à Deo non est prædestinatus,
 propria esset uoluntate facturus: ut in quo præsentia
 Dei uidebat futurum opus iniustum, huic p prædestinationis
 sententiã pararet supplicium iustum. Quãuis igitur tu ipse
 ceteriq; tui similes, studio legendi, uel uelocitate intelli-
 gendi, ex hoc loco dictorum sancti Augustini, quæ in tua
 epistola posuisti, facillime cognoscatis, qd catholicus ha-
 beat intellectus, de his, quos ad interitum prædestinatos
 audimus, tamen ne tardiores quique hunc tantum lo-
 cum minus sibi putent in hac questione sufficere, de alijs
 quoque sancti Augustini libris quedam inserui, qui-
 bus docuit humanæ iniquitatis causam solam esse su-
 perbiam, nec ad peccandum homines, sed ad damna-
 tionem prædestinatos à Deo, qui, ut non adiuuentur
 à Deo, in ipsis causa est, non in Deo. In libro itaque
 secundo, de Baptismo paruulorum, ad Marcellinum
 scribens, inter alia sic diat: Ignorantia igitur & in-
 firmitas uitia sunt, quæ impediunt uoluntatem, ne
 moueatur ad faciendum opus bonum, uel ab opere ma-
 lo abstinendum. Ut autem innotescat, quod latebat, &
 sua ue fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei est, qua ho-
 minum adiuuat uoluntates, qua ut non adiuuentur,
 in ipsis itidem causa est, non in Deo, siue damnandi
 prædestinati sint propter iniquitatem superbiæ, siue

CONTRA

contra ipsam superbiam iudicandi & erudiendi, si filii
 sunt misericordiae. Hic statim Sanctus Augustinus
 testimonium Prophetæ subiunxit, dicens: Vnde Hie- Diere. x.
 remias, cum dixisset: Scio Domine, quoniam non
 est in homine uicæ eius, nec uiri est, ut ambulet, & di-
 rigat gressus suos: continuc subiunxit: Corripe me
 Domine, ueruntamen in iudicio, & non in furore
 tuo. Tanquam diceret: Scio ad corruptionem meam
 pertinere, quod minus abs te adiuuor, ut perfecte
 dirigantur gressus mei: ueruntamen hoc ipsum noli
 sic mecum agere, tanquam in furore, quo iniquos
 damnare statuisti, sed tanquam in iudicio, quo doces Psa. cxviii.
 tuos non superbire. Vnde alibi dicitur: Et iudicia in fine.
 tua adiuuabunt me. Supra dictum itaque Marcelli-
 num tali doctrina Sanctus Augustinus informans, se-
 quitur & dicit: Nullius proinde culpæ humanæ in
 Deum referas causam, uitiorum nanque omnium hu-
 manorum causa superbia est. In istis Sancti Augusti- Elegis do-
 ni dictis attende quæso mi charissime. Primum, quia ctrina ex
 ut non homines adiuuentur à Deo, in ipsis causa esse verbis san-
 dicitur, non in Deo. Deinde, quia propter iniqui- cti August.
 tatem superbiæ, prædestinati dicuntur damnandi,
 quod pertinet ad iudicium, non deprauandi, quod
 pertinet ad peccatum. Tertio, etiam considera,
 quia nullius culpæ humanæ, in Deum referendam
 ammonet causam, qua, si aliqua peccatoris, iniqui-
 tas à Deo prædestinata creditur, ipsius iniquita-
 tis causa in prædestinatione Diuina constituatur.

d 2 Quod

Quod quàm sit impiũ, quànq; fidei Christiane contrari-
um, nullum puto fugere Christianum. Alio quoq; eiusdẽ
libri loco memoratus sanctus Augustinus sic diat: Extol-
li quippe in superbiã, propriæ uoluntatis est hominum,
nõ operis Dei: neq; enim ad hoc eos compellit aut adiu-
uat Deus. Et ut manifestiore dictorum eius indicio no-
stra susciatur assertio, aliquid nobis ponendum est de li-
bro, quẽ scripsit de predestinatione sanctorum, quo ma-
nifestius ostendit, sine predestinatione præsciẽtiã Dei
esse posse: prædestinationem uerò sine præsciẽtiã esse nõ
posse: & quia Deus præsauiit etiam quæ ipse non saãt,
hoc est, peccata. Supra memorato igitur libro, hæc est
eiusdẽ beati Augustini sententiã: Prædestinatio est, quæ
sine præsciẽtiã non potest esse, potest aut esse sine præ-
destinatione præsciẽtiã. Prædestinatione quippe Deus
ea præsauiit, quæ fuerat ipse factururus: unde dictum est:
Fecit quæ futura sunt. Præscire etiam potens est aut, quæ
ipse nõ faãt, sicut quæcunq; peccata. Quia etsi sunt quæ-
dam, quæ ita peccata sunt, ut poenæ sint etiã peccatorum,
Ro. 1. 18 (unde dictum est: Tradidit illos Deus i reproba mentẽ,
ut faãiant quæ non conueniunt.) non ibi peccatũ Dei est,
sed iudiciũ. Puto in his dictis beati Augustini euidenter
ostensum, bona opera sus Deum præsaũsse & prædesti-
nasse, hoc est, siue quæ ad misericordiã, seu quæ ad ius-
ticiã pertinent: mala uerò opera, hoc est, peccata, præ-
saũsse tantum, non etiã prædestinasse: quia ibi non opus
Dei esse diatur, sed iudiciũ. Ideo in peccato opus Dei non
est, quia ut peccatum fieret, prædestinatũ ab eo non est:
ideo

Predestina-
tio sine Dei
p̄sciẽtiã esse
non potest/
sed bene e-
conuerso.

In pecca-
tis non Dei
op̄ est, sed
iudiciũ.

ideo autem iudicium est, quia inultum non relinquitur, quod sine operante Deo malus operatur. Non autem ignoras, etiam præterito tempore illi luculentissimo sancti Augustini operi, quod scripsit de Prædestinatione sanctorum, à quibusdam Gallis obiectum, quod beatus Augustinus in assertionem prædestinationis diuinæ, peccatores non ad solum prædestinatos diceret iudicium, sed etiam ad peccatum, cuius dicta, quia ipse sceleri præueniens est obitu, Prosper, uir eruditus et sanctus, recta defendit fidem, et copioso sermone. Ex quibus Gallorum capitulis, ut non multa nunc ponamus, ne libellum istum, quæ prolixum facere disputandi necessitas cogit, prolixiorum uoluntas facere uideatur, duarum responsionum loca duximus inserenda. Quartadecima quippe obiectio sic habetur: **Responsa**
Quod quæ Euangelicæ prædicationi non credunt, ex dei præ-
destinatione non credant. Et quod Deus ita diffinierit, ut
quicumque non credunt, ex ipsius constitutione non credant.
Huic itaque prauitati, quæ beati Augustini dictis, non ex
ueritate, sed ex liuore obijacetur, tali Prosper sermo-
ne respondit: Infidelitas non credentium Euangelio, ne-
quaquam ex dei prædestinatione generatur. Bonorum enim
Deus auctor est, non malorum. Prædestinatio igitur dei
semper in bono est, aut ad retributionem iustitiæ, aut ad
donationem pertinentem gratiæ. Vniuersæ enim uic Domini misericordis et ueritas. Proinde infidelitas non cre-
dentium, non ad constitutionem Dei, sed ad præsentiam
referenda est. Quæ non ideo necessitatem non credendi
intulit, quia falli de ea quæ futura erat, infidelitate non
potuit,

ad rurs. ot
iectiones.

psal. iiii. 2

45 AD MONIMVM LIBER PRIMVS

Responſio
ad xv.

Potuit. Quinta decima etiam obiecto his uerbis iſcra-
ta eſt, quod idē ſit præſciētia, quod prædeſtinatio. Cui
Proſper ſic reſpondit: Qui præſciētiā Dei ī nullo ab
ipſius prædeſtinatione diſcrnit, quod tribuendum eſt
Deo de bonis, hoc ei etiā de malis conatur aſcribere. Sed
cum bono ad largitorem, cooperatorēq; eorum, mala
autem ad uoluntariam rationalis creaturæ nequiā re-
ferenda ſint: dubium non eſt, ſine ulla temporali differē-
tia Deum & præſciſſe ſimul & prædeſtinaiſſe, quæ ipſo
erant Auctore faciēda, uel quæ malis meritis iuſto erāt
iudicio retribuēda: præſciſſe aut tantummodo, non etiā
prædeſtinaiſſe, quæ non ex ipſo erant cauſam operatio-
nis habitura. Nos itaq; chariſſime, hæc interim pauca

Concluſio
de prædeſti-
natione.

de libris ſancti Auguſtini, & de reſponſionibus Proſpe-
ri, ob hoc maluiſimus huic libello inſcrere, ut cuncti no-
uerint, quid debeāt de prædeſtinatione ſanctorū impio-
rūmq; ſentire, ſimūlq; ut appareat eiūſdē Beati Augu-
ſtini dictis tenorem noſtræ ſententiæ conuenire. Proin-
de, quia ſufficiēter (ut arbitror) iniquos non ad peccā-
tum, ſed ad ſuppliā prædeſtinatos oſtendimus,

huic uolumini iam terminum demus, ut
ad aliarū queſtionum diſputatio-
nē attentius recēſendā, la-
toris renouet ſtudi-
um, tēperi
es diſtinctā librorum.

B·F·VLGEN

46

TII AD MONIMVM LIBER SE-
CVNDVS, TRES QVAESTIO-
nes complectens, unam, de Sacrificij oblatio-
ne, Alteram, de Spiritus sancti missione,
Tertiam, de supererogatione
Beati Pauli,



ATIS, VT ARBI-
tror, monime charissime,
questionē de diuersitate
prædestinatiōis, iustorū
saliat & iniquorū, hoc
est, eorum quos gratuita
misericordia dei præue-
niēs iustificando conuer-
tit, glorificatura conuer-
sos, & eorum quos iusta

Epistola ei
p̄diosus
p̄destina-
tiōe iustor
et iniquor

Dei seueritas in peccatis derelinquit, punitura damna-
tos, superior sermo (in quantum Dominus pusillitatē no-
strā dignatus est adiutare) & pertractatā cominet &
solutam, ita ut pleriq; , licet in ea soleant nō leuiter pa-
moueri, sale possim, & diuinorū librorū testimonijs in-
strui, & S. Aug. libris, & Prosperi eruditissimi uiri respo-
sionibus informari, quibus agnoscat prædestinationē dei ni-
hil aliud eē, nisi præparationē opum eius, quæ i aeterna
sua dispositiōe, aut misericorditer se facturū præsauiit,
aut iuste: et quæ in peccatis nec miā inuenitur nec iusticia,

d 4 ideoq;

ideoq; omnem iniquorum malam uoluntatem, qua peccant, præfatam, non tamen esse à deo prædestinatam, cū ipsam uoluntatem malam non aliter esēt habituri, nisi in eo, quo fuissent à domino rearsuri: nec deum prædestinare discessionem hominis à se, cum causa ipsius discessionis sola uoluntaria esset auersio peccatoris. Quæ quædam futura non latuit, in æterna præsentia eius præparatam sibi poenam iuste retributionis inuenit. Nunc itaq; ad residuas quæstiones, duæ domino, indagandas, nostræ disputationis dirigatur intentio. Dicis à nonnullis te interrogatum de sacrificio corporis & sanguinis Christi, quod pleriq; soli patri existimant immolari.

Secunda
questio Do-
nini, de sa-
crificio cor-
poris et san-
guinis chri-
sti.

Hanc etiam asseris Hæreticorum esse quasi palmarem interrogationem. Sed nouum non est, ut Hæretici, priuati lumini ueritatis, illis se propositionibus ueritatem superaturos arbitrentur, quibus fauillime superantur. Gloria namq; in confusione ipsorum est, qui terrena sapiūt. Hoc ergo sectantes hæretici, ea sibi, quasi palmaria & inuicta uidentur proponere, unde sibi confusionem nō uident imminere. Sed cum à ueritate superantur, hoc in illis utiq; impletur, ut unde gloriantur, inde confundantur. Non est igitur mirum, si illi, quos malicia sua (sicut scriptum est) excaecatos, ueritas ipsa (quæ lux est uera) deseruit, quorumq; squalentem peruersi cordis obtutum, tætri erroris obscuritas arcauisset, inseparabilem Trinitatem, quam substantiali diuersitate disparem prædicare non dubitant, consequenter honorificentie quoque impari officio impie dissipare contendant. Et quoniam

Hæretici/
sua malicia
excaecati/
trinitatē/
et substā-
tia/et pa-
tris uenera-
tione diffi-
pant.

in

I ipsa sapiētia peccare cōiūctur, ipsius sapiētiæ i eis sermo completur, ut dum in ipsa peccant, in animas suas peccatum impietatis admittant. Sic nanq; dicit ipsa sapiētia: Qui autem in me peccant, impie faciunt in animas suas. Qui me oderunt, diligit mortem. Quomodo enim dei filium non oderunt, quem unigenitum quidem uerbis negare non possunt, sed cum à natura patris, inconsiderata peruersitate discernunt? Aut quomodo in animas suas impie non faciunt, qui Dei unigenitum filium, deum salūter uerum, nec glorificare cum patre consentiunt, nec uno eodēq; sacrificiō pariter honorari permittunt? Quibus cum dei adiutorio (in quantum series presentis operis capit) breuiter respondentes, hanc interrogationem præmittimus, ut dicant: Vtrum eam fidem Deus suæ donarit ecclesiæ, qua pater noster Abraham deo credens placuit, & in qua cunctas gentes terræ in suo semine benediēdas accepit? An aliam sibi religionis normam diuinitus profiteantur traditam, ut Patriarcharum & Prophetarum fidem æstimant abdicandam? Et licet ab hac fide (sicut demonstratura est ueritas) omnimodis habeantur extranei, ipsam tamen ecclesiæ datam dicunt, ipsamq; apud se inuiolatam manere contentunt. Dum ergo inter nos & illos sacrificij uertitur quæstio, ad illos nobis recurrendum est patres, quos Deus, uelut luminaria in mundo, ad instructionem nostram ueræ fidei clarificauit indiāo, quorum fidem ita dignatus est à se inspiratam ostendere, ut eorum se deum inueniatur euidentissime nominare, dicens: Ego sum deus

præmittēda
 quæstio de fide
 de abrahe.

Quæstio sa-
 crificij ex
 patrū fide
 determinat.

d 5 Abra

Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hoc mihi nomen est sempiternum, & memoriale in generationem & generationem. Cum itaq; nos dicimus, sacrificium non soli patri, sed simul unum patri filioq; offerri: illi autem patri soli existimant immolari: In sacrificio patriarcharum, uere ac deo placere queramus immolationis indidum.

Ab illo itaq; nobis est documentorum series inchoanda, in cuius inuenitur semine futura cunstarum gentium benedictio repromissa, dicente Paulo: Abraham dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno. Et semini tuo, quod est Christus. Et iterum: Vt in gentibus benedictio Abraham fieret, in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Sit igitur omnino compertum, illos esse benedictionis diuinæ compotes, & spiritualis gratiæ participes, quos constat fidei Abraham in sacrificio reperiri sequentes. In libro Genesis legimus. Visus est dominus deus Abraham, & dixit ei. Semini tuo dabo terram istam. Et edificauit ibi Abraham altare Domino, qui uisus est ei, & recessit inde in montem contra orientem Bethel, & edificauit ibi altare domino deo, & inuocauit in nomine domini dei, qui uisus est. Eligant nunc Hæretici quod uolunt, ut aut patrem sitentur Abraham uisum, aut certe consentiant ab Abraham filio altare constructum. Altare uerò non ob aliud edificari, nisi ad offerendum sacrificium deo, ueteris testamenti lectio frequenter insinuat. Moyses qui ppe de Noe iusto sic loquitur: Et edificauit Noe altare deo. Et tanquam interrogaretur, cuius rei gratia

Promissiones factæ Abraham et semini ei.

Abraham cõstruxit altare nõ soli patri, sed et filio sacrificaturus.

gratia uir iustus illud altare construxerit, secutus adiunxit: Et accepit ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus uolatilibus mundis, & obtulit hostiam super altare deo. Claret igitur, sanctum quoq; Abraham, amicum dei fidelem, & genium fidelium patrem, ob hoc deo, qui ei uisus est, edificasse altare, ut ei posset sacrificium congrue immolationis offerre. Ne autem, cum in nomine domini dei dicitur inuocasse, quisquam existimet alterum Deum in nomine dei alterius inuocatum, cum non aliud sit, inuocasse in nomine domini dei, quod inuocasse nomen domini dei: subsequenter euidenti manifestatione hoc quoq; scriptura curauit diuina monstrare. Paulò post enim sic dicitur: Abraham autem erat onustus ualde pecoribus, & argento & auro, & abiit illo, unde uenerat, in desertum usq; Bethel, ad locum ubi fuerat tabernaculum eius prius, inter Bethel & inter Agge, in locum ubi altare fecerat initio, & inuocauerat ibi Abraham nomen domini dei. Cognoscatur itaq; hoc fuisse inuocare in nomine domini Dei, quod est inuocare nomen domini dei. Quòrò dicunt Hæretici, utrum patri an filio Abraham existiment construxisse altare? quia, cui altare construxit, ipsius utiq; nomen inuocauit. Ipse autem non nisi deo, qui ei uisus est, altare construxit, quem Hæretici filium dicere consueuerunt. Nitentes quippe patris & filij diuersam docere substantiam, oēs corporarum rerum conspicabiles formas (quas ad inueniendum se hominibus omnipotentissima deitas, creature totius domina, sicut uoluit, & congruere temporalibus

Ideò & inuocare in nomine domini/ quod inuocare nomen domini.

Abrahâ illi deo construxit altare / qui ei uisus est.

Inuicti eſt
fra hereti-
cos argu-
mētū, ex ſa-
crificio et ſi
de Abrahæ,

ralibus locis ac personis nouerat, coaptauit) filio tan-
tummodo exiſtimant deputandas. Inde afferentes, in æ-
qualem patri atq; imparem filium, q̄ eius natura capax
mutabilitium potuerit eſſe formarum: & tanquam eo na-
turaliter eius diuinitas uiſibilis fuerit, quo ſe ad infra-
mas hominum mentes uiſibilibus rebus demonſtrare non
ſp̄reuit. De qua re non eſt nobis hoc opere diſputandū,
cum præſentis quæſtionis hoc tantum depoſcat inten-
tio: ut qui a ſanctus Abraham illi deo ſacrificãſſe cogno-
ſatur, quem ei uiſum fuiſſe diuina ſcriptura teſtatur, aut
patrem uiſum Abrahæ dicant, aut filio Abraham ſacri-
ficiãſſe conſentiant. Vtroq; enim tanquam bis acuto gla-
dio, neſariæ diuerſitatis obruncatur aſſertio: quia, ſi de
um patrem Abrahæ uiſum dicunt, ut ſoli ſacrificiũ aſſe-
rant immolatum, in eo quod uiſus aſſeritur, non erit tan-
quam inuiſibilis pater inuiſibili filio præponendus: ſi au-
tem filius uiſus eſt, & ei ſacrificiũ ſanctus patriarcha
obtulit, non eſt patri filius in aliquo præponendus. Ne-
q; enim illi Abraham ſacrificiũ offerret, ſi potiorem il-
lo quenquam alium credidiſſet. Ac ſic iſti, qui fidem no-
ſtram huius impulſu quæſtionis exiſtimant quatiendã,
utrobique neceſſe eſt mendaãũ ſuæ incredulitatis agnoſcãt.
Et utinam cognofcentes abijãant, & ad ueram fidẽ (quã
ianiter rebelles impugnant) ſalubriter, humiles, paciãq;
iam redeant. Abraham enim, qui non alteri deo, ſed ei
qui ſibi uiſus eſt, altare conſtruxit, ut ſeãdum id quod
ſentiunt Heretiã conuincantur, aut patrẽ uidit, aut filio
ſacrificauit. Hunc deum qui uiſus eſt Abrahæ, cuiq;
Abrah

Abraham, non utiq; ad aliud, q̄ ad offerendum sacrifici-
um, edificauit altare, Isaac quoq; uidit, & ei, paternæ fi-
dei tenax, altare construxit. Scriptum est enim de Isaac
(hoc liber Genescos continet) Ascendit autem inde ad pi-
trum iuramenti, & uisus est ei dominus in illa nocte, &
dixit ei: Ego sum Deus Abraham patris tui, ne timeas, te
cum enim sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tu-
um propter Abraham patrē tuum. Et edificauit ibi Isa-
ac altare, & inuocauit in nomine domine. Proculdubio
eius domini, qui ei uisus, presentie suæ auxiliū, & be-
nedictionis donū, & multiplicandi seminis promisit au-
gmentum. Iacob quoq; non alteri deo, sed illi qui uisus
est ei, altare fecisse cognosatur: & quod amplius est, nō
hoc sponte arripuit, sed diuinis obediens præceptis im-
pleuit. Quod his uerbis sancta scriptura testatur: Dixit
autem deus ad Iacob: Surgens ascende in locum Bethel,
& inhabita ibi, & fac ibi altare deo, q̄ uisus ē tibi, cū su-
geris à Isaac Esau fratris tui. Et subsequēter dicitur: Ve-
nit autē Iacob in Lusa, quæ est in terra Chanaan, quæ est
Bethel, ipse & omnis plebs quæ erat cum eo, & edificauit
ibi altare, & uocauit nomen loā illius Domus dei,
ibi enim apparuit ei deus, cum suggeret à Isaac fratris sui
Esau. Ecce in ore duorum & triū testiū uerbū fidei no-
stræ consilii, ecce amicorum dei sacrificiō prorsus eccle-
siae catholice cōcordat oblatio, quæ sic sacrificat patri,
ut simul omni sacrificet Trinitati. Quoniam & sancti
patriarchæ, sacrificiū quod filio iubeantur offerre, fac-
bāt se patri simul & filio, placitis obsequijs exhibere.

Isaac quōdā
deō / qui
civisus est /
construxit
altare.

Jacob itē
eidem deo
altare ius-
sus cōstru-
xit.

patriarchæ
rū sacrificiū
nostris con-
gruū / quæ
sunt toti
trinitati

Idarē

Idcirco autem eis diuinitus iuebatur, ut filio altare con-
 struerent, non quia sacrificandum non esset patri, sed ut
 quod immolabatur à sanctis, simul filio immolaretur &
 patri. Neq; ut præponendus esset patri filius, sed ne pu-
 taretur genitori genitus in aliquo postponendus. Proin-
 de, licet nulli dubium sit patriarchalis sacrificij testimo-
 nio rectitudinem nostræ fidei communiri (cui quædiu obdu-
 rato corde quilibet obtutendum existimat, à fide confor-
 tioq; sanctorum alienus exerrat) possemus et de prophe-
 tis testimonia, non imparis firmitatis ac roboris, innecte-
 re, nisi totius reddendi memores debiti, ad residuarum eti-
 am questionum solutionem mallems quantotius festi-
 nare. Veruntamen, ne sub nomine abundantis quisq; nos
 penuriam defensionis existimet obcalasse, unum de pro-
 phetis testimonium proferemus, quo possit euidenter os-
 tendi, prophetas sanctos, diuinitus inspiratos, certo fide-
 lissimoq; uaticinio prædixisse, noui quoq; tempore testa-
 menti spirituales hostias, non patri tantum, sed etiam fi-
 lio à fidelibus offerendas. Prophetæ testimonium de sa-
 crificio, quod nunc in Ecclesia geritur, Sophonias qui præ-
 pe diat: Sustine me, diat dominus, in diem resurrectionis
 meæ in testimonium, quoniam iudicium meum in congrega-
 tionem gentium erit, ut recipiam reges, & effundam su-
 per eos iram furoris mei, quoniam in igne emulationis
 meæ consummabitur omnis terra, quia tunc transferam
 super populos linguam in progenies eius, & inuocent
 omnes nomen domini, ut seruiant ei sub iugo uno, à trās-
 flumine Aethiopiæ suscipiam obseruantes me, qui dis-
 persi

Aliud testi-
 monium ex
 prophetis
 quod filio
 quoq; offer-
 ratur sacri-
 ficium.

spersi sunt, adferent hostias mihi in illo die. Quid hac, rogo, uaticinatione luadius? uel quod hic tenebræ ob-
 scurationis latibulum hæreticæ potest infidelitas reperi-
 re, quo possit lumen tæneæ manifestationis effugere? Cū
 sic in sole tabernaculum suum posuerit Dominus, ut non
 sit, qui se abscondat à calore eius. Quoniam si quis se
 glaciæali frigore infidelitatis stupefactus abscondat, sibi
 propiacionis potest auxilium subtrahere, se autem nō
 potest celare uindictæ. Ecce ille, qui se expectandum
 in die resurrectionis suæ præcipit, ipse sibi hostias ab
 omnibus gentibus offerendas ostendit, ut agnosceretur
 sacrificium illud esse acceptabile deo, quod communiter
 patri & filio simplex offert fidelium puraq; deuotio.

Obduratio
 hereticorū
 qui filio nō
 sacrificāt.

His atq; huiusmodi testimonijs Hæreticā communiti,
 utinam non surdis auribus audiant, sed ueritatem fidei,
 concessa sibi diuinitus inluminacione cognoscant, ut recu-
 pto salutari lumine, desinant deinceps in tenebris morti-
 feræ infidelitatis errare: qui cum filio sacrificium non of-
 ferunt, & à fide patriarcharum ac prophetarum misera-
 bili obduracione desistant, impie delinquentes, sei-
 ipsos à semetipsis dānatos ostendunt. Apostolicæ quippe
 omnem hæreticū tali cognoscatur pronunacione cōdem-
 nasse sentētia, Quod et hæreticus post primā correctio-
 nē sit omnimodis euitādus, eo q; eiusmodi non solum sit
 subuersus, uerumetiam suos sit iudicio condēnatus. Si
 qui uerò catholici fideles huius sacramēti nunc usq; ui-
 debantur ignari, deinceps scire debent omne cuiuslibet
 honorificantiæ & sacrificij salutaris obsequiū & patri
 et

Ad Titum
 iij. C.

Catholici
tori effectus
trinitati/e
tiam solus
patris no-
men expri-
matur

et filio et spiritui sancto, hoc est, sanctæ Trinitati, ab ecclesia catholica pariter exhiberi. In cuius utiq; uno nomine manifestū est sanctū quoq; baptisma celebrari. Neq; enim præiudiciū filio uel sancto spiritui cōparatur, dū ad patris personā præcatio ab offerente dirigitur, cuius cōsummatio, dum filij & spiritus sancti cōplectitur nomē, ostendit nullū esse intrinitate discrimē. Quia dū ad solius patris personam honoris sermo dirigitur, bene credentis fide tota trinitas honoratur. Et cum ad patrē litantis destinatur intētio, sacrificij munus omni trinitati uno eodēmq; offertur litantis officio. Nos itaq; dū trinitati, quæ unus et uerus ē Deus, unū sacrificiū offerimus, uanis hereticorum nō moueamur obiectis, cū ad hoc sequendum, ac robustissime retinendum, et diuinitus promulgatis instruamur oraculis, & præcedentiū sanctorū

Tertis
questio Do-
nini / cur i
sacrificiis
solius spūs
missio po-
stuletur.

firmemur exemplis. Iam nunc etiam illa nobis est de Spiritus sancti missione quæstio reuoluēda: Cur scilicet, si omni trinitati sacrificiū offertur, ad sacrificandū oblationis nostræ munus, sancti spiritus tantū missio postuletur? Quasi uerò (ut ita dicā) ipse pater Deus, à quo spiritus sanctus procedit, sacrificiū sibi oblatū sanctificare nō possit, aut ipse filius sanctificare nequeat sacrificiū corporis sui, quod offerimus nos, cū corpus suū ipse sanctificauerit, quod obtulit, ut redimeret nos: aut ita spiritus sanctus ad consecrandū ecclesiæ sacrificiū mittendus sit, tanq̄ pater aut filius sacrificātib; desit. Primo itaq; meminisse nos cōuenit, i huius uocabulo missionis nec inferiorē accipi debere sanctum spiritū nec minorē,

minor;

minor, itaq; inferior, & si inferior, utq; minor. Hoc autem præmonuimus, scientes ab hæreticis quàm maxime fidei nostræ frequenter obiectū, ideo spiritum sanctum minorem credendum patre & filio, quia et à patre missus est & à filio. Porro autem, si missio mittens potior est credendus, cognoscant in hoc suam cõuinã perfidiã: quia sicut à patre & filio missus legitur spiritus sanctus, sic à patre & spiritu missus inuenitur & filius. Quod ipse fili-
 us & per prophetã, multo antequam mitteretur, dixit, & postquam missus est, propria testificatione firmavit. Nam ueniens in Nazareth, et synagogam ingressus, cū, tradito sibi ad legendum libro Esaiæ prophetæ, illum locum reuolueret, ubi scriptum est: Spiritus Domini sup me, propter quod unxit me, Euangelizare pauperibus misit me: Reddito uolumine, ueritatem prophetiæ illius præsentis testatus est effectu completã, dicens: Hodie im-
 pleta est hæc scriptura in auribus uestris. Sed et alio eiusdẽ prophetæ loco à domino atq; ab eius spiritu se missum his uerbis ostendit: Et nunc Dominus misit me & spiri-
 tus eius. A se quoq; sanctum spiritũ mitti discipulis ante passionem suam hoc modo pronunãt: Cū autem uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis, spiritum ueritatis, qui à patre proædit, ille testimonium phibeat de me. Superius autem eundem spiritum etiam à patre mitti docuerat: Paraclitus autem, inquit, spiritus sanctus, quem mittit pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. A patre ergo & à spiritu missus est filius, et à patre et filio missus est spiritus: Veruntamen, nec filij nec Spiritus

Non ideo minor est spiritus sanctus quod missus est a patre et filio quia et filius missus est

Lu. iiii. D.

Esai. xlviii. C.

Missio filii
et spiritus
sancti non est
localiter facta.

tus sancti missionem localiter factam, quisque debet Christianus accipere, sed illo missionis nomine, opus intelligamus manifestationis indultæ. Sic enim non localiter missus est filius, nec localiter mittitur spiritus sanctus, sicut nec ipsius patris est quoque localis aduentus, cum tamen filius dilectoribus suis non tantum suum, sed et patris promittat aduentum: ait enim: Si quis diligit me, sermonem meum seruet, et pater meus diligit eum, et ad eum ueniet, et mansione apud eum faciemus. Sicut ergo pater et filius nusquam quidem desunt, et tamen ad quem uolunt, ueniunt, (per gratiam enim ueniunt, qui per potentiam nusquam desunt) sic etiam in missione uel aduentu spiritus sancti nullus localis illius accipiendus est motus, sed nostræ credendus est sanctificationis effectus. Nam si localiter secundum deitatem missus est filius, aut localiter mitti putatur spiritus sanctus, ergo etiam deus pater loco (quod absit) crederetur inclusus. Et ubi est, quod immensitatem suam deus ipse taliter nobis insinuat, dicens: Cælum et terram ego impleo: filii quoque immensitatem Propheticus nobis sermo commendat, de quo sanctus Hieremias sic loquitur: Magnus est et non habet finem excelsus et immensus. Et quia ipse est uirtus et sapientia Dei, de ipso utique dicitur: Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Apostolica quoque tenemus predicatione comptum, quia in Christo condita sunt uniuersa in cælis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Quid ergo est,

Scriptura docet immensitatem non solum patris sed et filii et spiritus sancti.

est, quod implere sua presentia nequeat, in quo Apostolus uniuersa in caelis & in terra, uisibilia & inuisibilia constare pronuntiat? Sancti quoq; spiritus immensitatem scriptura sic loquitur: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Propter quod & Dauid sanctæ Trinitatis unam substantialiter immensitatem non solum corde credens ad iusticiam, quin etiam ore confitens ad salutem, sic exiit: Quò ibo à spiritu tuo, et à facie tua quò fugiã? si ascendero in cælum, tu illic es, & si descendero in infernum, ades. Et si adsumpsero pēnas meas ante lucem, & habitauero in nouissimo maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Cum ergo, sicut diximus, tota Trinitas unitate deitatis suæ naturaliter immensa infinitaq; permaneat, & sic localiter nusquam sit, ut tamen nusquam desit, atq; ita sit ubiq; tota, ut nec p partes creaturæ totius particulariter diuidi, nec uniuersitate totius possit creaturæ concludi, quotiens spiritus sanctus ad consecrandū sacrificiū à patre posatur, prima est fidei ratio, primaq; cunctis Christianis salubriter retinenda cautela, ut sancti spiritus nullatenus localis cogitetur aut existimetur aduentus. Fidelibus qui ppe diat Apostolus: Nescitis, quia templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis. Et alio loco: Orātes oī tēpo-
Tota trinitas ubiq; ē.

1. Cor. tit.
 Joh. 14. 17.

re in spiritu, et in ipso uigilātes. Et ipse saluator discipulis suis diat: Si diligitis me, mādata mea seruate, & ego rogabo patrē, & aliū paraclitū dabit uobis, ut maneat uobiscū in eternū, spiritū ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum, uos

Ro. vii. c.

autem cognoscatis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. Vnde & Paulus eundem nos spiritum adoptionis accepisse sic prædicat: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Fidelibus itaque, qui templum dei sunt, & in quibus spiritus Dei inhabitat, imò qui templum sunt spiritus sancti (sicut Apostolus dicit: Nescitis, quia membra uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quæ habetis à Deo, Quibus etiã idẽ Apostolus mandat, ut in ipso orent, atq; in ipso uigilent) quomodo spūs sanctus, tanq̃ antè absens mitti creditur? cum nec orare condigne ac uigilare aliquis possit, nisi se illi spiritus sanctus infuderit. Quocirca, sicut dicit Apostolus, spiritualibus spiritualia comparantes, & in spiritu, qui utiq; naturaliter deus est, nihil corporale, nihil locale, nihil temporale, nihil mutabile cogitantes, cõsiderare debemus, nomine Spiritus sancti nonnunq̃ dona spiritualis gratiæ nuncupari. Nã legimus in libro Regũ: Cum esset Helias diuino munere transferendus, & discipulo, priusq̃ tolleretur, dedisset fiduã postulãdi quod uellet: ille spiritum, quæ Helias acceperat, duplicẽ sibi postulauit attribui. Vbi utiq; intelligimus spiritus noie donum spiritualis gratiæ designari. Neq; enim substantia spiritus sancti potest uel augeri uel minui, qui sicut est sine initio & sine termino sempiternus, sic est sine augmento detrimentoq; perfectus. Cuius tamẽ dona, scandũ ipsius imperscrutabilẽ atq; inreprehensibilẽ uoluntatẽ, sicut in hominibus posse augeri credimus, sic in eis posse minui nõ negat

Domine spiritus
 quoniam
 spiritualia
 dona gratiæ
 sic significatur.

negamus. Nā cum dona sunt Spiritus sancti, charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia, & cum alij detur per spiritum sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundū eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, hæc tamen omnia possunt i hoībus et augeri et minui. Vnde est illud, quod ipsi Apostoli augmentum fidei sibi à Domino postulant condonari, dicentes: Domine auge nobis fidē. In charitate quoq; nos crescere ipse beatus demonstrat Apostolus, q̄ ait: Veritatem aut̄ facientes, in charitate crescimus in illo per omnia. Quomodo autem in charitate crescimus, nisi cum per dona gratiæ spiritualis crementum accipimus charitatis? Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris, p̄ Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc sentitur & de cæteris spiritualibus donis, quæ pro uniuscuiusq; aptu, uel augeri uel minui dicuntur in nobis. Quoniā taliū crementa detrimenta q̄; charismatū secundū id dicuntur, q̄ quibusdā seu plus seu minus insunt. Nō q̄ in se uel augeri uel minui possunt. Nā & sol tantus est cum ui detur ab oculis sanis, quantus, cum uidetur à saucijs, nec ipse minuitur, cum minus ab oculis turbatis p̄cipitur, nec augetur, cum amplius oculis sanis infunditur. Quia diuersitas illa uisionis, non ex diuersitate solis euenit, sed in diuersitate sanitatis infirmitatisq; consistit. Et quīs unum minus, alterum magis inluminet, ipse tamen unū atq; idem in se lumen habet, quod unus minus, alter amplius uidet. Sic etiam spiritu sancto, in se sine augmento ac detrimento immutabiliter permanente, duplicem sibi

Dono spiri
t̄ sancti in
nobis auge
ri ut̄ minui
possunt/ nō
ipse spirit̄

Rom. v. 2.

Sicut idem
sol p. nō mi
nusque di
uersa illu
minat/ ita
et idē spūs
a diuersis
diuersimod
derecipit̄

Heliseus spiritum poposat, in eo, q̄ augmentum spiritalis gratiæ postulauit. Cum ergo Sancti spiritus, ad sanctificandum totius ecclesiæ sacrificium, postulatur aduentus, nihil aliud postulari mihi uideatur, nisi ut per gratiã spiritalem in corpore Christi (quod est Ecclesia) charitatis unitas iugiter indisperta seruetur. Hęc est enim prinapale spiritus sancti donũ, sine qua quisquis linguis hominũ angelorũmq; loquitur, uelut es sonas, aut cymbalũ tinnies, sonũ dare p̄t, uitã habere n̄ potest. Et si habeat oẽm prophetiã, & nouerit mysteria oĩa, & oẽm scientiam, & si habeat oẽm fidem, ita ut montes transferat, charitatem aut̄ n̄ habeat, nihil est. Et si distribuerit in abos pauperũ oēs facultates suas, et tradiderit corpus suũ ut ardeat, charitatẽ aut̄ n̄ habeat, nihil ei prodest. Nã quia legẽ, diat Apostolus, ordinatã p̄ angelos ï manu mediatoris, linguis loquuti sunt angelorum, qui in ore, quæ legis sunt docebãt, & aduersus legẽ prauis opibus militabant. De quibus ipse Saluator diat. Quæ dicunt, facite, quæ autẽ faciunt, facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Saul quoq; prophetiã habuit, & Simõ magus credidit, & baptismi sacramentũ accepit. Nam & demones, dum credunt & contremiscunt, uideatur habere fidem, sed nihil eis prodest, quia n̄ habent charitatem. Multi etiã facultates suas pauperibus erogantes, quia n̄ curauerunt acquirẽdæ charitatis studiũ impendere, res quidem suas donauerunt, quod ideo nihil eis profuit, quia seip̄os perdidierunt, non acquirendo charitatem, quã acquirere debuerunt. His igitur demonstratur in =
dicijs

Qui dicunt
locuti lin-
guis ange-
lorũ qui le-
gẽ docet et
n̄ faciunt.

dicijs ibi esse Spiritum sanctum, ubi est finis præcepti, hoc est, *charitas de puro corde, & consuetudo bona, ex fide non ficta.* Vbi autem cum fide charitas non est, quæcunq; dona spiritus sancti esse posse, ipsum uerò spiritum sanctum esse non posse, ac per hoc, nihil prodesse illorum donorum largitatem, ubi sic aliquod donum spiritus habetur, ut ipse spiritus non habeatur. Proinde tales, etsi uidentur quorumlibet paternorum donorum participes, non tamen sunt hereditatis paternæ consortes, quoniam Spiritus sanctus est pignus hereditatis nostræ. Et in hoc nos Deus & pater Domini nostri Iesu Christi benedixit in omni benedictione spiritali, in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ipsius in charitate. Dum itaq; ecclesia spiritum sanctum sibi cælitus postulat mitti, donum sibi charitatis & unanimi-
 tatis postulat à Deo conferri. Quando autem congruentius quàm ad consecrandum sacrificium corporis Christi, sancta ecclesia (quæ corpus est Christi) spiritus sancti deposcat aduentum? quæ ipsum caput suum secundum carnem de spiritu sancto nouerit natum. Sic enim angelus Maria informatur eloquio: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Euangelista quoque Matthæus, eodem spiritu sancto repletus, adfirmatur: Quia cum desponsata esset mater eius Maria Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est, in utero habens de spiritu sancto. Et ad Ioseph sic memorat

Ubi charitas / ibi spiritus sanctus

Ad Ephesios. 1. 3.

Recte igitur in sacrificio poscit ecclesia aduentus spiritus sancti.

Matth. 1. 20

angelum in somnis dixisse: Ioseph fili David, noli time-
 re accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea
 natum est, de spiritu sancto est. Quid uero est illius in-
 carnatiōis dominicæ mysterio factum, nisi, ut diuisa uni-
 rentur, & discordantia pacarentur? Testis est enim Pau-
 lus de Christo: Quia ipse est pax nostra qui fecit utraq;
 unum, & medium parietem mæriæ soluens, inimici-
 as in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut du-
 os condat in semetipsum in unum nouum hominem, faci-
 ens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore deo, per
 crucem interficiens inimicitias in semetipso, & ueniens,
 euangelizauit pacem, his qui longe, & pacem his q̄ pro-
 pe, quia in ipso habemus ambo accessum in uno spiritu ad
 patrem. Hoc ergo factum est charitate diuina, ut ex
 ipso spiritu corpus illius capitis eēt renatū, de quo ipsum
 caput est natum. Et ob hoc necessarium nobis est, ut si-
 cut ex spiritu sancto natus est Christus, quando deus uni-
 genitus in utero uirginis unitus homini suo, tanq̄ spon-
 sus proæssit de Thalamo suo: sic ecclesia dono spiritus
 sancti adhæreat Christo, tanq̄ mulier uiro suo, & tanq̄
 corpus capiti suo. Dicit enim Apostolus: Quia Christus
 caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis Et iterū: Quia
 membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus
 eius, propter hoc relinquet homo patrem & matrem su-
 am, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.
 Quod exponens adiecit: Sacramentum hoc magnum est.
 Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Hoc testimoni-
 um ueteris testamenti, cum Dominus aduersus Pharisæo-
 rum

Christi in-
 carnatione
 nobis pax
 et unitas est
 deo est

Per spiritū
 sanctum et
 Christ⁹ na-
 tus ē/et ec-
 clesia rena-
 ta.

Et erunt
 duo in car-
 ne una/Christi
 et eccle-
 sia.

rum tentamenta proferret, secutus adiunxit: Igitur iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus iunxit, homo non separet. Vt ergo in illo sancto connubio, quod factum est in thalamo uteri uirginalis, iam non essent duo, sed una caro, spiritali gratia factum est. Hoc etiam ut in disruptum iugiter teneatur, spiritalis gratia operatur.

Quia ut capiti suo inhereat hæc unitas corporis, et ut sciens, quia omnes qui se elongant ab ipso, peribunt, et quia perdet omnes qui fornicantur ab eo, possit ipsa castice ac suauiter dicere: Mihi autem adherere Deo bonum est. Et rursus: Adhesit anima mea post te. Illa charitas Dei facit, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Per hunc Spiritum sanctum tanta est unitas Christi et ecclesie: Et cum electionis uas dicit: Quia Christus caput est corporis ecclesie: ipsum tamen corpus Christi non dubitet Christum ueraciter appellare. Denique sic ait ad Corinthios scribēs: Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, ita et Christus. Et ut ostēderet, quia hoc corpus quod sic est Christi, ut Christus sit, cum multa membra habeat, non nisi gratia sancti spiritus unum permaneat atque consistat, sequitur statim dicens: Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi. Et omnes unum spiritum potauimus. Ipsa ergo gratia spiritalis per unitatem pacis et charitatem corpus Christi per dies singulos edificare non desinit, quæ in utero Mariæ uirg-

per spiritū
sanctū unitas
est Christi
et eccle-

1. Co. xij. 3

Per Spiritum sanctum nos edificamus in Christo templum sanctum in domino.

nis donum sapientiæ, quod est caput huius corporis, fabricauit. Vnde nos quoq; in ipso edificari Beatus Apostolus his uerbis ostendit: Ergo iam non estis hospites & aduene, sed estis aues sanctorum & domestici dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu. Hanc ædificationem, que in spiritu edificamur, alio loco non ad aliud fieri testatur Apostolus, nisi ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Vbi unitatem eiusdem ædificationis spiritualis, que in charitate constat, insinuans ait: Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & arcumferamur omni uento doctrinæ, in nequitiâ hominum, in astutia ad arcum uentionem erroris. Veritatem autem scientes, in charitatem crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hæc itaq; spiritualis ædificatio corporis Christi, que fit in charitate (cum scilicet secundum Beati Petri sermonem, lapides uiui ædificantur in domum spiritalem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hosti-

Eph. iiii. D

1. pe. ii. B.

as, acceptabiles Deo per Iesum Christum) Hęc, inquam, edificatio spiritalis, nunquam opportunus petitur, quàm cum ab ipso Christi corpore (quod est ecclesia) in sacramento panis & calicis ipsum Christi corpus & sanguis offertur. Calix enim quem bibimus, communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, participatio corporis Domini est. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnesq; de uno pane participamus. Et propterea petimus, ut saliet ea gratia, qua factum est, ut ecclesia Christi corpus fieret, eadem gratia fiat, ut omnia membra charitatis manente compage, in unitate corporis perseverent. Hoc autem digne petimus illius in nobis dono spiritus fieri, qui est unus spūs & patris & filij. Quia sancta naturalis unitas & equalitas & charitas Trinitatis, quę unus, solus, & uerus est deus, unanimitate sanctificat, quos adoptat. In illa quippe una substantia Trinitatis, unitas est in origine, equalitas in prole: in charitate autem unitatis equalitasq; communitio, nulla est diuisio illius unitatis, nulla diuersitas illius equalitatis, nullū fastidiū illius charitatis. Ibi enī nihil discrepat, quia equalitas chara et una, & unitas equalis & chara, & charitas equalis atq; una, naturaliter et incommutabiliter perseverat. Quia igitur ex ipsa (si dicendum est) cōione spūs sc̄i charitas una demonstratur patris et filij, (Quā cōionē beatus Aposto. tali sermone cōmēdat: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei & cōmunitio spūs sancti sit cū oībus uobis. Et alio loco: Si quod sola autem charitatis, si qua cōiatio spūs) propter hoc

Hęc edificatio spiritalis rectissime petitur quando panis et calix cōsecratur.

Sanctificatio tamen nostra cōtra sit trinitate.

diatur: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritū sanctum, qui datus est nobis. Spiritus quippe sanctus, qui unus est patris & filij, hoc operatur in his, quibus gratiā tribuit adoptiōis diuinæ, quod opatus est etiā in illis, qui in libro Actū Apostolorū inueniuntur eundē spiritum accepiſſe: de quibus diatur: Multitudinis autē credentiū erat cor & aīa una. Vnū enī cor & aīam fecerat multitudinis credentiū in Deo qui patris & filij unus est spiritus, & cū patre ac filio unus est Deus. Vnde & Apostolus hanc spiritualē unitatē in uinulo pacis solliāte diat esse seruandā, sic Ephesios monēs: Obsecro itaq; uos, ego uinctus in Domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cū paciētia supportantes inuicē, in charitate solliāte seruare unitatē spiritus in uinulo pacis, unū corpus & unus spiritus. Hunc spiritū discēdēdo amittūt, si qui aut pſidia deprauati, aut supbia inflati, ab unitate corporis ecclesiæ segregantur: quos Iudas Apostolus sine hoc spiritu euidenter ostēdit, diāns: Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritū non habentes. Hi enim, quia animales sunt, ideo spiritū nō habēt. Propter quod Paulus Apostolus diat: Animalis homo non pāpit quæ sunt spiritus Dei. Tales itaq; faāles sunt ad diuisionē, quia spiritū nō habēt, in quo uno mēbra Christi charā seruāt spiritualiter unitatē. Vnde manifestū est, apud oēs hereticos spiritus sancti gratiā nō esse, nec corū sacrificiā, q̄ diu heretiā sunt, posse Deo placere, neq; spiritualis gratiæ sanctificationē sacrificijs eorum tribui, qui offerunt, ab eccle

Qui ab unitate ecclesie recedunt spiritū sanctū amittunt

ecclesiastiã corporis unitate disiuncti. Solius enĩ ecclesiæ Deus delectatur sacrificijs, quam sacrificiũ Deo facit unitas spiritalis, ubi et fidei ueritas nullã credit ĩ Trinitate distanciam, & pacis tenacitas fraternã seruat in charitate concordiam. Ne quis autem nos putet, dum ecclesia in sacrificij prece Spiritus sancti deposcit aduentũ, incõgrue sancti spiritus uocabulo charitatẽ intelligere, quæ diffusa est cordibus nostris, p̄ spiritum sanctũ, qui datus est nobis, commodum duximus, paternis diffinitionem nostram præmunire sententijs. Sanctus enim Augustinus in libris de baptismo, cũ quæstionẽ de Hereticorũ receptione sine baptismatis iteratione uersaret, in tertio eiusdem operis libro, inter alia sic diat: Spiritus autẽ sanctus, quod in sola catholice ecclesia, per manus impositionem dari diatur, nimirũ hoc intelligi maiores nostri uoluerũt, quod Apostolus ait: Quoniã charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas, quã non habent, qui ab ecclesiæ catholice communiõne præcisi sunt. Attẽde quæso, beatissimum Augustinum in sanctis scripturis diuinis eruditum, quomodo uno in loco, non solum sancti Apostoli Pauli, sed etiã sancti Iudæ apostoli sensum, in sancti spiritus nomine mirabiliter aperuit. Ait enim superius: Spiritus autẽ sanctus, quod in sola catholice per manus impositionem dari diatur. Nimirum hoc intelligi Maiores nostri uoluerunt, quod Apostolus ait: Quoniã charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Subsequenter autẽ etiam,

Charitas
dei diffusa
ẽ in cordib⁹
nostris per
spiritũ san-
ctum

Ro. v. 2.

etiã, quod Iudas Apostolus i epistola sua posuit, remoc-
 to dubitationis ambiguo, sanctus Augustinus exposuit.
 Iudas eni Apostolus diat: Hi sunt qui segregant semet-
 ipsos, animales, spiritum non habentes. Et Beatus Au-
 gustinus de charitate dei, quæ diffusa est in cordibus nos-
 tris per spiritum sanctum, qui datus est, diat: Ipsa est
 enim charitas quã non habent, qui ab ecclesiæ catholicæ
 cõione præsi sunt. An quisquã dicturus est, aliud esse,
 spiritum sanctũ per manus impositionẽ redeuntibus hæ-
 reticis dari, q̃ spirituali sacrificio diuinitus tribui? Hoc
 autem qui senit, aut diat, profecto nondum intelligit,
 qualiter semetipsos exhibeãt hostiã uiuam, sanctã, deo
 placetẽ, si q̃ schismaticorũ et hereticorũ mortiferũ relin-
 quentes errorem, ad catholicã ueritatis redeunt uni-
 tatem, ubi offerẽtes sacrificium deo spiritũ cõtribulatũ,
 ipsi sunt hostia uiua, sancta, placens deo. Quia per cõ-
 tritionem humiliati cordis in unitatem mēbrorum rede-
 unt illius sacerdotis, q̃ dilexit nos, sicut diat Apostolus:
 Et obtulit semetipsum pro nobis, oblationem et hostiam
 deo in odorem suauitatis. Vt autem redeant et spirituale
 sacrificium fiant, charitas dei faat, quæ diffusa est i cordi-
 bus nostris, per spiritum sanctũ qui datus est nobis. So-
 lius itaq; catholicæ ueritatis & cõmunionis sacrificium
 deus libenter accipit. Quia dum charitatem suam, p̃ spi-
 ritum sanctum diffusam, in ea custodit, ipsam ecclesiam
 sibi gratũ sacrificiũ faat, quæ ipsam semper posat gra-
 tiã spiritualis charitatis accipere, per quã se posat hostiã
 uiuã, sanctã, deo placetẽ, iugiter exhibere. Scribis præ
 terea

Qui ad uni-
 tatem eccle-
 siæ redeat/
 exhibent se
 hostiã uiuã
 deo placen-
 tem.

tere a de illo Apostoli loco, ubi ait: De uirginibus au-
 tem præceptum Domini non habeo, consilium autem do.
 Quod consilium i epistola, quam ad te nuper scripsi, ad
 illud pertinere memorauimus, quod duobus denarijs à domi-
 no acceptis, fidelis stabularius supererogauit. Cuius lo-
 a sensum, licet non ita à sancto Augustino positum asse-
 ras, alios tamen illustres uiros taliter hoc posuisse con-
 firmas. Est quidē uerum, quia sanctus Augustinus hoc
 dixit ab Apostolo supererogatum, quod cum secundū præ-
 ceptum posset, si uellet de euangelio uiuere, maluit tamē
 nō solū sibi, sed et his qui cum illo erant, proprijs mani-
 bus laborare, sicut Ephesijs ueraāter dixit: Ipsi sātis,
 quomodo ad ea, quæ mihi opus erāt, et his q̄ mecū sunt,
 ministrauerunt manus istæ: & omnia ostendi uobis, quo-
 niā sic laborantes oportet suscipere ifirmos. Nam &
 Thessalonicensibus scribēs: Memores enim estis fratres
 laborem nostrum & fatigationem, nocte & die operan-
 tes, ne quem uestrum grauaremus. Nam et ad Corinthi-
 os hanc diāt mercedē suam, ut Euangeliū prædicās, si-
 ne sumptu ponat Euangeliū, ut nō abutatur potestate sua
 in euāgelio. Cū ergo hoc sanctus Augustinus cōpetenter
 & cōgrue posuisset, nō tamen incōpetens uideri aut in-
 cōgruū debet, & sanctus Ambrosius b. Pauli supereroga-
 tionē uel in sermonibus atq; epistolis eius, uel in nimio
 labore mētis et corporis conlocauit. Sanctus autē Opta-
 tus Milebitanus, i Sexto aduersus Parmenianū libro cō-
 siliū de uirginibus Paulū supererogasse testatur his uer-
 bis: uirginū uolūtatē res ē nō necessitatē. Deniq;
 stabu-

Quarta
 questio mo-
 nimi, de su-
 pererogati-
 one Pauli
 Apostoli.

Expositio
 beati Am-
 brosi

Expositio
 S. Optati

stabularius ille Apostolus Paulus, cui confossus peccatorum uulneribus populus commendatus est, duos denarios quos erogasset acceperat, duo saliet testamenta: Hæc per doctrinam, quasi sumptus impendit: Docuit quomodo coniugales Christiani debeant uiuere, de quo cū quæreretur, quid de uirginibus præceperet, respondit, sibi de uirginibus nihil esse mandatum. Confessus est, se duo testamenta, hoc est, duos denarios erogasse. Explicati erant quodammodo sumptus, sed qui sauam commēdauerat, promiserat se redditurum, quicquid in cura amplius erogasset post impensos duos denarios. Non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad uirginitatem. Nec impeditur est uolentibus, nec nolentes impellit aut cogit. Cū

Ecce vnus
locus apli a
tribus sanc-
tis triplici-
ter est expo-
situs

itaque hic beati Apostoli locus tripartito sit modo à tribus, quos nominauimus, uiris sanctis expositus, quisquis uerum modum ex his tribus posuerit, à ueritate utique non dissentit. Neque enim necesse est, ut quod multipliciter intelligitur, in omnibus scriptis multipliciter inseratur. Nam et ipsi sancti, quorum ministerio Deus scripturarum suarum dignatus est aperire secreta, dixerunt pleraque non uno modo tantum, sed multipliciter, sine offensione, dumtaxat ueræ fidei non indecenter intelligi. Sicut ipse Beatus Augustinus in mysterio archæ Noë fecisse cognoscitur

Quinetiam
idē locus ab
vno docto-
re diuersi-
mode repe-
rit expositus

aduersus Fualsum. Namque Manichæo adserente, in libris ueteris testamenti, nihil Christi in carne uera futuro aduentu prophetiæ contineri, ostendens idem beatissimus Augustinus nostram ueterem scripturam prophetiæ de Christo significationibus plenam, et ob hoc diuini-

tus

tus inspiratam, sic iter cætera illud exponit: Quod me-
 moratam archam bicameratam et trikameratam Deus im-
 perat construendam, ut in libro de Ciuitate dei quintode-
 cimo, duobus alijs modis eiusdem loci mysticam expla-
 nationem, non doctis humane sapientiæ uerbis, sed ue-
 re (sicut Apostolus dicit) in doctrina spiritus, non minus
 dulciter quàm mirabiliter explicaret. Quod ut faalius
 agnosatur, utriusq; opis, sicut ab eo posita sunt, uerba
 subnectã. Igitur aduersus Faustũ posuit hæc: Quod in-
 feriora Archæ bicamerata & trikamerata construuntur, si
 aut ex omnibus gentibus, uel bipertitam multitudinẽ cõ-
 gregat Ecclesia, propter arcausionem & præputium,
 uel tripertitam propter tres filios Noe, quorũ proge-
 nie repletus est orbis. In Quintodecimo autem libro de
 Ciuitate dei, memoratæ Archæ pro loci oportunitate ag-
 gressus exponere sacramentum, post aliqua, in hoc quod
 dicitur Bicameratam & trikameratam archam Noe debe-
 re cõstrui, illius expositionis, quæ in libris aduersus Fau-
 stum Manichæum continetur, indidit mentionẽ, hæc sub-
 sequenter adijciens: Et fieri quidem potest, ut & nobis
 quispiã et alius alio expõat hæc aptius, dũ tamẽ ea quæ
 dicuntur, ad hæc, de qua loquimur, Dei ciuitatẽ, in hoc seculo
 maligno, tanquam in diluuiio, peregrinantem, omnia
 referantur, si ab eius sensu, qui ista conscripsit, nõ uult
 longe aberrare, qui exponit exempli gratia: Velut si
 quispiam, quod hic scriptum est: inferiora bicamerata
 & trikamerata facies eam: non quod ego in illo opere di-
 xi, uelit intelligi, quia ex omnibus gentibus ecclesia cõ-
 gregatur,

Maria An-
 gustini ex-
 postio de
 archa Noe

Sal. iij. D

gregatur, bicameratam dictam, propter duo genera hominum, Circumcisionem scilicet & preputium, quos Apostolus et alio modo dicit, Iudeos & Græcos: trikameratam uero, eo quod omnes gentes de tribus filiis Noë, post diluuium reparatae sunt. Sed aliud dicit aliquis, quod a fidei regula non sit alienum. Nam quoniam non solum in inferioribus mansiones habere Arham uoluit, uerum etiam in superioribus, & hæc dixit bicamerata: & in superioribus superiorum, & hæc appellauit trikamerata, ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret habitatio. Possunt hic intelligi & tria illa, quæ commendat Apostolus, fides, spes, charitas: possunt etiam multo conuenientius tres illæ ubertates Euangelicæ, triana, sexagena, centena, ut in infimo habitet pudicitia: coniugalis, supra uidualis, atque hac superior uirginalis: Et si quid aliud secundum fidem ciuitatis huius intelligi & dici potest. Hoc etiam de cæteris, quæ hic exponenda sunt, dixerim, quia etsi non uno differuntur modo, ad unam tamen catholicæ fidei concordiam reuocanda sunt. Rursus idem Beatus Augustinus in libro primo de Trinitate, asserit utile esse, plures libros à pluribus fieri diuerso stilo, non diuersa fide, etiã de questionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autem sic. Si ergo illa, quæ de archa Noë beatus Augustinus uno loco duobus posuit modis, à duobus hominibus singula adsumpta singulis ponantur in locis: nonne uterque, digne tenax pronuntiabitur ueritatis? si tamē sic uterque, unum harum suis inditū dictis uideatur adstruere, ut illud, quod aliter

I. Cor. xiiij. D.

Utile est diuersos circa unum sensus allegare, sed non diuersa fide.

ter in suis dictis æque ueritati congruū ponit, magis pa-
 catus approbet, quàm contentiosus impugnet. Quod
 ca charissime, licet ille sensus, qui à me positus est, forsi-
 tan in sancti Augustini dictis non iueniatur, in sancti Op-
 tati tamen libris (sicut ipse mecum nosti) apertissime po-
 situs inuenitur. Nec tuam prudentiam lateat eorum, quæ
 à sanctis Patribus, qui fidei catholicæ rectam in doctri-
 na sancti spiritus regulam defenderunt, diuersis modis,
 uel in expositionibus, uel in defensionibus suis inueni-
 untur posita, quicquid à nobis ponatur, ita nos illius loci
 adstruere ueritati congruum sensum, ut alijs patrū sen-
 tentijs æque ueritati congruis non denegemus assensum.
 Neq; enim à ueritate receditur, si in hac supererogatione
 Apostoli, siue quod sanctus Ambrosius, seu quod san-
 ctus Augustinus, siue quod sanctus Optatus senserunt,
 à nobis quoq; salua ueritate fidei sentiat. Quoniam si
 digne creditur, duobus denarijs acceptis, aliquid super-
 erogasse Paulū, in eo quod propriij laboris sumptu Euā-
 gelium prædicans, stipendium sibi debitū à fidelibus nō
 exegit, digne etiam supererogasse aliquid creditur, in eo
 quod de Virginibus præceptum Domini nō ha-
 buit, sed consiliū dedit: utrunq; sine du-
 bio illo habens largiente, à quo
 nisi accepisset, superero-
 gare non posset.

Responso
 ad questio-
 nē xDonimi
 de super-
 erogatione
 Pauli.

f 2

B. F. V. L. G. E. N.

TII AD MONIMVM LIBER TER

TIVS, DE VERA EXPOSI

tione illius Dicti Evangelici: Et
verbū erat apud Deum.



Laudes chari
tatis.



VOTIENS, DILE
ctissime Monime, à Christi
famulis uirtus cōsideratur
ac perpēditur charitatis,
non minus inuenitur mira
bilis quàm suavis. Quis
enim eam nō miretur? aut
quis non admodum delectetur?
cuius sarcina cum
portatur, nō fatigatione

animum debilitat, sed alacritate confortat. Ipsa enim
cum onerat, subleuat: & miro modo, quem onerat, non
permittit comprimi: quem subleuat, non sinit extolli.
Hæc, me tibi præteritū debitum cum Domini adiutorio
persoluentem, rursus effiāt debitorem. Iam enim de qua
tuor questionibus, quas mihi miseris pertractādas illo
adiuante, qui sapientiā præstat paruulis, duos libros
absolueram, cupiens tibi reddere quod debebam. Sic
repente cuiusdam assertionis Arrianæ meas aures per
strinxit opinio: quæ tãto magis inutilis est ad inueniōe
genita, quanto magis reperitur ab omni intellectu, non
solum

solum diuinarum scripturarum, sed etiam ipsius humanitatis, externa. Comperi quippe quãdam eos de initio Euangelij secundũ Ioannem insolitam nunc serere quæ-
 sionem, ut illud quod dictum est: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbũ: ita intelligendum atq; exponendum putent, ut id ipsum uerbum apud patrem esse, nõ in patre esse, sed extra patrem esse accipiendum existiment. Ita ut quidam eorum (quantum auditu comperi) dum de his duabus præpositionibus, hoc est, in & apud, inter eos oriretur quodam die conflictus, accepto cuiusdam Birro, et in manibus retento, interrogasset, an in illo esset, cum apud illum esset Birrus ille, quem ipse retineret. Atq; hunc, suam quasi sententiam firmaturus, hac sermonem suum definitione clausisse: cum aliquid in nobis esse diãtur, intra nos intelligendum: dum uerò apud nos esse diãtur, extra nos accipiendum, Et quia Birrus ille, quem ipse retinebat, sic apud illum esset, ut in illo non esset, ac per hoc, ex eo qd apud illum esset, non tamen in illo esset, extra illum, non intra illum esset: eodem modo Verbum quoq; Dei (quod Deus est) credendum quidem apud patrem esse, non in patre esse: et ob hoc nec unius esse cum patre substantiæ. Quoniam quicquid sic apud aliquem est, ut in illo non sit, profecto sic apud illum est, ut unius cum eo substantiæ esse non possit. Hæc est eorum ratioanatio, rationi contraria: hæc legalis disputatio, legi Dei intolerabiliter inimica. Hinc, dominante Christo, aliquid scribere meus exatatus est animus, ne uirulentis sermonibus paruulo

Argumentũ
 tertij libri/
 cõtra Arri-
 anos / super
 hoc dicto :
 Et uerbum
 erat apud
 Deum.

Arriani pu-
 tant / aliud
 esse / apud
 Deum / q̃ in
 Deo.

rū perturbetur auditus. Pertinet enim ad nostræ seruitutis offiãum, aduersus nascentem pestilentiam cuiuslibet opinionis mortifera salubria diuinorū eloquiorum remedia præparare. Itaq; cū sanctus Apostolus solliãte fideles præmoneat, dicens: Videte, ne quis uos deãpiat p̄ philosophiam, & inanem fallaciã, secundum traditionē hominū, secundum elementa mundi, & non secundū Christum. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Isti ecōtrario, non solū præterito tēpore philosophiæ mundialis sectãtes errorē secundū elementa mundi, de deo existimauerūt disputandum, sed ita sunt totius nūc religionis oblitī, ut cū de deo disputant,

Abstrudū ē/
de deo secū
dū corpora
lis disputa
re.

nec ipsa elementa mūdi istius corporalis attendunt. Ac sic, dum oculos intelligentiæ etiã contra ea, quæ uidentur, pertinaciter claudunt, nunquam inuisibilia dei p̄ ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciunt. Quid enī potest absurdius diã quã ut cum de deo quis disputat, non nisi de crassioribus tantum corporibus doamēta disputationis adsumat? Magnum enim quiddã sibi ille uisus est inuenire, cū accepto Birro, & manibus retento, īterrogasset, utrū, sicut apud illum esset, ita in illo esset, Exinde docere uolens, quemadmodū Birrum apud hominem, sic esse filium apud patrem, ut quia Birrus apud hominem esse possit, in homine autem esse non posset, ita filius sit quidem apud patrem, sed non sit in patre.

Ap̄t̄o fuis
set ex plus
de statu na
rū/ quã de
Birro in
manibus.

Rogo si de corporibus istis contrectabilibus aliquid in exemplum disputans delectabatur adsumere (licet illi aduersus ueritatem disputanti, elementa quæ à ueritate facta sunt,

non

non possent ullatenus suffragari, tamen ut tolerabile aliquid dicere uideretur, ut de ceteris tacē) quur Birram, quē manibus tenebat, ostendit, & nō saltem flatū, quem naribus carpebat, attēdit? Quia si Birrus ille posset didi apud illū esse, et nō in illo esse, flatu iste tamē, quē ex aere arripimus, cū cum spirando pāpimus, & apud nos est, & in nobis est: et quicquid eius respirādo reddimus, cū reddiderimus, nec apud nos nec in nobis habemus. An forte dicturus est, aeris istius alimentum, cum spirando accipimus, ī nobis tantū esse, nō etiam apud nos esse? Dicat ergo, quādo apud nos possit esse, an cū cū reddimus, et eum in nobis habemus? Sed hoc puto, quia nec de Birro illo dicere audebit, si tamē cū illi, à quo acceperat, reddidit. Videt enim, quia cum tunc apud se habuit, cū accepit, postq̄ autē reddidit, apud se habere iam desinit. Sicut enim acceptione factū est, ut quod nō habuit, apud se haberet, ita redditiōe factū est, ut quod apud se habuerat, non haberet. Proinde si Birrum dixit, non in se esse, sed apud se esse, hunc tamen flatum, quem de arcumfuso aere uiaſim sumimus & reddimus, mihi uidetur, quia non dicit, non esse apud hominem, cū est in homine, quia tunc eum homo apud se & in se habet, cum eum accipit spirando: cum uerò respirando reddit, sic eum apud se non habet, sicut nec in se habet. Frustra igitur falsum est in illa disputatione, de hoc quod dictum est, Verbum erat apud deum, asserere uoluit, quod in aliquo est, esse semper interius, quod apud aliquem est, esse semper exteriùs, cum flatu receptus in corpus, deo.

f 4 sicin

sic in homine sit, ut apud hominem sit: & rursus e corpore redditus, ita non sit apud hominem, quemadmodum non est in homine. Minus enim attendit in hoc, quod absurdum nitebatur asserere documento, quam grauior eum subsequenter absurditas teneret innexum. Etenim cum dicitur: In primā pio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: si exterius est omne quod apud Deum est, & interius est omne quod in Deo est: quid illi disputatori peritissimo restat, nisi ut nos potiores filio Dei esse contendat? Dicit quippe Apostolus, de Deo: Quia in ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. Et alio loco: Unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso. Nunc iam quisquis ille est, qui sub Christiano noīe non metuit aduersus Christū tam temere disputare, cum audit, uerbum esse apud Deum, & nos in Deo, si audet, dicat, uerbum esse exterius, & nos interius. Quod si dicendum existimat, ipse de suis dictis iudicium ferat. Neque enim in tali sermone iudex querendus est alius, quando ipse, qui hoc dixit, à seipso sit profecto culpandus. Quid iterum respondebit aduersus illā eiusdē beati Pauli sententiā, qua dicit de Deo: Quoniā ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt oīa, ipsi gloria in secula amen? Ecce oīa Paulus ex Deo, & p Deum, & in Deo esse testatur. Verbum uerò apud Deum esse, Ioānis Euangelistae praedicatione dinoscitur. Si autē secundum Arrianorum sensum, omne quod in Deo est, interius est, & omne quod apud Deum est, exterius est, quoniam Arrianis uerbum, quod apud Deum est, non in Deo esse creditur, hoc

Summa ab
surditas /
nos esse in-
teri^o deo /
verbu autē
exterius.

hoc reliquum est, ut omnibus quæ in deo sunt, illud quod apud deum est, inferius prædicatur. Hoc autem recepto, (quia de uerbo scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt) ipsa erit secundum Arrianos rectitudo fidei, ut præponenda sit factura factori. Quis iam non æruit, in quod præcipitum improvidi homines cadunt? qui ueræ fidei resistentes, perfidiam defensare contendunt. Quid enim aliud talibus uerbis agitur, nisi ut huius defensionis sententiæ, conditionis suæ ac redemptionis oblita, semet ipsam filio dei, non solum æquare, sed et præferre audeat creatura? Miror autem, quomodo non considerant, à quibus illud asseritur, quam deterior ex eo fructus nefandæ blasphemie nascatur. Aiunt enim, Quod in deo est, interius esse credendum: quod autem apud deum est, exterius æstimandum. Quo uerba illud quod apud Deum est, et exterius est, non est credendum unius cum deo nature. Consequens est, ut illud quod in deo est, et interius est, unius credatur cum Deo substantiæ. Ad hanc igitur conclusionem ratio animatio ista perduatur: ut sicut uerbum, pro eo quod apud deum est, ab eius natura separatur, ita creatura, pro eo quod est in deo, unius credatur nature cum Deo. Vnde conuincuntur illa sentire, quibus nos et filio audeant præferre, et patri conentur æquare. Sic totum confundunt, qui à ueritate dissentunt. Ex quibus sententijs error infidelis asseritur. Ecce quibus ad inuentionibus fidei ueritas impugnatur. Sed quibuslibet arietibus Ecclesiam sanctam hæreticam quatere nitentur, certi sumus de Domino deo nostro, quoniam ciuitatē

Alia absurditas ut factura præponatur factori.

Major ites absurditas sequitur / ut creatura unius sit nature cum creatore.

supramentem constitutam, subuertere nō ualebunt. Imō se ipsos prorsus subuertunt & exterminant, qui deum uerum dei unicum filium contumeliosis asertionibus exacerbant: nec ab iniuria temperant etiā patris, dum ingratificantiā reddunt gratiæ Saluatoris. Quapropter congruum uidetur, ut ex alijs scripturarum locis uerbi huius intelligentiā requiratur, ut appareat, utrum quicquid apud aliquem esse dicitur, debeamus, secundū illorum sententiā, semper exterius aestimare. In libro sapientiæ legimus dictum de quibusdam: *Dixerunt apud se cogitantes non recte.* Huius loci ab Arrianis exigimus rationem: utrum qui apud se cogitat, intra se an extra se cogitet? cum hominis cogitatio non solum extra corpus hominis nō sit, sed ne corporis actio sit. Enī uero, quia id ipsum, quod cogitatio dicitur, non solum nō extra hominem, sed nec in ipso corpore hominis inuenitur: quis non uideat, cogitationem solius esse animæ, cui per rationalem uirtutem diuinitus datum est cogitare? In homine quippe cogitando dominatur animus, operando autem seruitium exhibet corpus. Ibi est enim homini data cogitatio, ubi est inserta boni maliq; discretio. Interior igitur homo cogitationis officium gerit, qui etiam intelligendi uirtutem ad imaginem dei creatus accepit. Cum ergo apud se homo cogitat, non extra se, sed intra se cogitat, qui non extra se cogitaret, etiam si ad exteriorē hominem cogitatio pertineret: quanto magis intra se cogitat? quandoquidem non exterior homo sed interior cogitat, qui tamē secundū scripturæ testimoniū apud se cogit^a

Dixerūt a:
pud se cogi
tantes non
recte.

cogitare dicitur, quo utiq; non exterioris sed interioris hominis officio reperitur. Ait enim scriptura, sicut supra iam positum est: *Dixerunt apud se cogitantes non recte. Quid est autem, apud se dicere, nisi in corde suo dicere? Propter quod alibi dicitur: Quæ diatis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini.* Hoc est ergo apud se dicere, quod est intra se dicere. Vnde & Pharisæus ille, qui donum poposcerat ad uiscendum, cum ingressa mulier peatrix, lachrymis rigaret & capillis pedes tergeret saluatoris, quia intra se cogitabat, intra se utiq; dicebat, quod cogitando dicebat. Ait enim euangelista: *Videns autem pharisæus, qui uocauerat eum, ait intra se, dicens. Quid est enim, ait intra se, nisi cogitauit intra se? Veruntamen scriptura docente cognoscimus, quia qui cogitat intra se, cogitat apud se. Ideo utiq; dicitur: Dixerunt apud se cogitantes non recte.* Attamen ne hoc, quod dictum est, apud se, non præcedenti sermone, sed subsequenti uelint Arriani coniungere, ut non dicatur, dixerunt apud se, sed dicatur, dixerunt, & postmodum inferatur, apud se cogitantes: audiant etiam hinc diuinarum testimoniarum scripturarum, & cognoscant officium cogitationis humanæ, non ad exteriorem, sed ad interiorē hominem pertinere. Euangelista dicit: *quia cū domino paraliticus offerretur, uidēs dominus fidē illorum, qui cum p̄ tegulas submisserant, dixit: Cōfide fili, remittuntur peccata tua.* Et ecce quidā de scribis dixerunt intra se: *Hic blasphematur.* Et cum uidisset Iesus cogitationes eorū, dixit: *Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quos dixit*

Apud se dicere, & id est quod intra se dicere.

Sicut id est dicere intra se/et cogitare apud se.

EUANG

Euangelista intra se dixisse, ipsos Dominus diāt, in cordibus mala cogitasse. Quid est autem mala in cordibus cogitare, nisi cogitare apud se non recte? Quomodo libet ergo huius loci sensum Arriani distinguant, ibi necesse est, confusionem suæ prauitatis inueniant. Et utinā sic de errore confundantur, ut ad ueritatem conuertantur. Si enim dixerint, sic istum scripturæ uersiculum diuidendum, quod scriptum est, dixerunt apud se, cogitantes non recte, ut ipsum, apud se, præcedenti sermoni iungentes, sic distinguant: Dixerunt apud se, ut postea inferat, cogitantes non recte, Dauidico statim conuincitur eloquio, non aliud esse, apud se dicere, nisi in corde dicere. Ait enim: *Quæ diātis in cordibus uestris. Quod si aliter distinguere uoluerint, ut ipsum, apud se, non præcedenti sermoni, sed subsequenti coniungant, ut præmittentes, dixerunt, interiecto silentio, postmodum inferant illud quod dictum est, apud se cogitantes non recte, etiam hinc increpationem Saluatoris audiant, et cordis esse cogitationes agnoscant: ait enim: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Alio quoque loco idem dominus docet: Quia de corde exeunt cogitationes male. Et denuo diāt: Quia bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Itāne cognoscant, in quanto errore uersentur? qui uerbum apud deum, non interius, sed exterius asserere moliantur. Rursum in eodem libro scriptum de sapientia legimus. Immortalis enim est memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines.*

Quæ

Idē uentus est / apud se cogitare: et cogitare in corde suo.

Quomodo autem apud homines nota est, si non intra homines, sed extra homines est? cum nisi in animā hominis intraverit, nota homini esse non possit. De ipsa qui p se sic dicitur: & permanens in se, omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert. Et ut non aliud agnoscat, in animas se transferre, quā in animas intrare, rursus de illa textus scripturæ sanctæ sic memorat hæc: Populum iustum & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum comprimebant, intrauit in animam serui domini, & stetit cōtra reges horrendos in portentis & signis. Hunc introitum suum, quo in animas intrat, etiam in Apocalypsi Ioannis insinuat, dicens: Ecce sto ad ianuam & pulso, si quis audierit uocem meam, et aperuerit ianuā, introibo ad eū, & cœnabo cum illo, & ipse mecū. Hoc introitu Pater & filius ad dilectorem suum ueniunt, & mansionem apud eū faciunt, sicut ipse filius loquitur: Siquis diligit me, sermonē meū seruabit, et pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eū faciēmus. Quod si uenientes pater & filius ad eū, apud quē mansionem faciūt, nō interius sed exterius sunt: dicatur nobis, ubi ad eum ueniant, & mansionē apud eum faciāt? Interim, quod interius in suis fidelibus inhabitet Christus, Paulo prædicante cognouimus, qui ait: In interiore homine habitare Christū p fidē in cordibus uestris. An forsitan dicturi sunt, aliter in interiore homine nostro habitare Christum p fidem, & aliter eum cum patre uenientem apud dilectorem suum facere mansionē, ut Christus interi solus in interiore homine nostro

Apud deum nota ē et apud homines memoratio eius.

Introibo ad eum.

Ad eum ueniemus, et mansionem apud eum faciēmus.

intra

3o. xliij. B

inhabitare possit, pater autem exterius remanens, apud quem mansionem facit, non solum ipse interius manere nequeat, sed etiam filium communionem aduentus sui, ne in interiore homine habitare possit, impediat? Spiritum quoque sanctum sic filius dei promisit fidelibus suis, ut apud eos maneat, & in ipsis sit. Dicit enim: Si diligatis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobiscum in eternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uideat eum, nec sciat eum, uos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. Ecce apud quos manet, in eis est Spiritus sanctus. Dicitur, quæ hic potest esse diuersitas in eo, quod apud eos manet, & in eis est? Et enim in uno loco utraq; prepositio ponitur, & spiritui sancto utriusque rei possibilitas adsignatur, ut apud quos manet, in eis sit. Ita ne uerò spiritus sanctus sic apud fideles manet, ut in ipsis fidelibus esse possit, uerbum autem deus sic apud deum est, ut in Deo esse non possit? Quid dicam his, qui de scripturis sic disputare desiderant, ut intelligentiæ spiritalis uiam nullatenus querant, & auertentes oculos à ue-

Sic uerbum
et apud de-
um et in
deo est.

Sic idem est in
deum, et a-
pud deum non
est iniquitas

ro lumine, iugiter in tenebris delectentur errare? Hoc idem quippe esse apud deum, quod est esse in deo, sancta scriptura alijs quoque locis ostendit. Dicit enim Moyses: Deus fidelis, in quo non est iniquitas, iustus & sanctus Dominus. David etiam canit: Quoniam iustus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. Paulus autem Apostolicus, apud deum non esse iniquitatem dicit. Sic enim ait: Nunquid iniquitas apud deum? absit. Eligant in hoc

In hoc loco, quod uoluerint Arriani, & ut suam sapien-
tiam euidenter ostendant, de legalibus & prophetiis at-
q; Apostolicis dictis iudicium ferant. Moyses diat: De-
us fidelis, in quo non est iniquitas. Dauid quoq; diat:
Iustus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo.

Paulus uero diat: Nunquid iniquitas apud deū? absit.

Aut igitur fateantur Apostolicum sensum legali prophe-
ticoq; sensui conuenire, aut dicant Apostolum Paulum à
legali & prophetica intelligentia discrepare. Paulus e-
quidem Apostolus eundem se spiritum fidei habere di-
cāt, quem Dauid beatus habuit, quem etiam Moyses san-
ctus accepit, sicut ipse testatur dicens: Habentes autem eū-
dem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter
quod loquutus sum. Et nos credimus, propter quod lo-
quimur. Quomodo autem unum spiritum fidei habue-
runt, si de fideli deo diuersa senserunt? Magna est autē
sentiendi diuersitas, si diuersum est quod diat Paulus,
Nō esse iniquitatem apud deum, ab eo quod Moyses &
Dauid dicūt, Non esse iniquitatem in deo. Et si dicente
Paulo, eundē se habere spiritum fidei, quē & prophete
habuerunt, ī corū fide diuersus est sensus, mēdax (quod
absit) Apostolus pronunāctur, qui in se Christū loqui te-
statur. An experimentum, inquiens, queritis eius, qui ī
me loquitur Christi? Sed quoniā uere Christus in Paulo
loquutus est, Paulus utiq; mendax non est: & quia cum
eundem spiritum fidei se habere diat, non mentitur, uter-
q; sensus consonans inuenitur, ut quod Moyses & Da-
uid dixerūt, Iniquitatē ī deo nō esse, hoc sit, quod etiam

Quo et idē
spiritus in
Moyses/ Da-
uid et Pau-
lo.

Paulus

Apud quem
nō ē trāsmu-
tatio.

Paulus dicit, Iniquitatem apud deum non esse. Quod si eis forsitan uideatur, ut ex aduerso aliud dicant, hoc eis reliquum est, ut aut prophetis aut Apostolo contradicant. Et licet tot tantisque testimonijs confutata hereticorum sententia cognoscatur, nulla ueritate subnixā, respondeant tamen, quid de illo Apostoli Iacobi loco sentiunt, ubi dicit: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec uarietudinis obumbratio. Apud quem autem transmutatio non est, profecto mutabilitas non est: et apud quem mutabilitas non est, immutabilitas est. Hęc igitur immutabilitas, quę apud deum est, dicant utrū exterius an interius ē. Si enī interius est, ecce hoc est, in deo esse, quod apud deum esse. Desinant igitur peruersa sentire, et festinent catholicę rectitudinī consentire. Si autem hęc immutabilitas, quę apud deum est, non interius esse, sed exterius creditur, profecto in deo esse non creditur. Et si in deo immutabilitas esse non creditur, consequenter deus ipse mutabilis prædicatur. Et ne hoc uel in filio assignare audiant, in eodē loco, patrē luminū nominatū. Proinde, cū audimus, quia apud deum non est transmutatio, hoc sentiamus, secundum catholicę fidei ueritatem, quia nulla est in deo mutatio. Et cum dicitur, uerbum erat apud deum, non aliud sentiamus, quā, uerbum erat in deo. Et cum sapientia in Prouerbijs dicit: Eram apud illum componens: non aliud sentiamus, quā, eram in illo componens. Et cum deo dicitur: Apud te est fons uitę: non aliud intelli-

gamus.

gamus, q̄, in te est fons uitæ. Et cum Ioannes diat: Ad-
 nunciāmus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrē,
 Et palam facta est nobis: non aliud intelligamus, q̄, ui-
 tam æternam quæ erat in patre. Vere enim apud deum
 est deus uerbum, quia in deo est deus uerbum: Et uere
 apud deum sapientem est sapientia, quia in sapiente deo
 est sapientia: Et uere apud deum uiuum est uita, quia
 in deo uiuo est deus uita: Et uere apud deum uerum est
 Deus ueritas, quia in deo uero est Deus ueritas: Et ue-
 re apud deum fortem est deus uirtus, quia in deo forti
 est deus uirtus. Sed quid mirum, si hoc est filio eē apud
 patrem, quod est illi esse in patre, quia salicet naturali-
 ter natus de patre, permanet semper in patre? cum eti-
 am de hominibus legamus (quantum ad substantiam atti-
 net, quæ naturaliter homines sunt) non aliud esse, cum di-
 citur aliquid apud illos esse, q̄ in illis esse. Vnde testimo-
 nia manifestissima proferemus. In libro Esaiæ con-
 tinetur Ezechie regis oratio, quam post adiectos sibi ad
 uitam annos quindecim, ad deum effudit, ubi inter cæ-
 tera sic diat: Spiritus meus apud me factus est, sicut lani-
 fica proximus demere telam. Quid autem hic aliud in-
 telligitur, Spiritus meus apud me, nisi, spiritus meus in
 me? An Et hic diatur, spiritum hominis apud hominem
 esse, in homine autem non esse? Cum euidenter Apostolus
 diat: Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi
 spiritus hominis qui in ipso est? Sed Et illud, quod su-
 pra posuimus scriptum, Dixerunt apud se, cogitantes
 non recte: quid est aliud, q̄, dixerunt intra se? Rursus,

Joan. 1. 21

Esaiæ.
xxviii. 6

1. Cor. 11. 6

- Cap. vii. 10** in libro Sapiencie dicitur: Hec cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalitas est in cogitatione sapientie. Quod apud se cogitat, hoc in corde suo commemorat, quod utrunq; dum dicit, illam utiq; cogitationem, & illam commemorationem, non exterius, sed interius sibi inesse monstrauit. Dicitur etiam
- Pro. ii. C.** in Proverbijs: Fili, non te comprehendat cogitatio mala, quæ derelinquit doctrinam adolescentie, & testamenti diuini oblita est. Posuit enim apud mortem domum suam, & apud inferos cum terrigenis axes suos. Si ergo cogitatio mala, quæ apud mortem posuit domum suam, extra mortem, non in morte profecto uiuit, & si apud inferos posita non est, inferno superest, ut illa, quæ nec in morte est, nec in inferno, uitam habere dicatur in celo. Ideo enim Deo dicitur: Quia eripuisti animam meam de morte: quia animæ per fidem uitam donauit, dicens: Iustus autem meus ex fide uiuit: Et rursus idcirco ipsi dicitur: Eripuisti animam meam ex inferno inferiori: quia idcirco animæ ab inferno gratia dei eripiuntur, ut in celis conuersentur. Vnde dicit Apostolus: Nostra autem conuersatio in celis est. Porro anima, quæ per cogitationem malam apud mortem fuit, quomodo de morte liberata est, si in morte non fuit? & quomodo ex inferno erepta est, si apud inferos constituta, in inferno non fuit? cum utiq;, si in morte non esset, mortua non fuisset. Per malam autem uoluntatem, hoc est, per peccatum, quis nesciat animam mori? cum Deus dicit: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Certum est

est igitur, animam male cogitantem, cum apud mortem est, in morte esse, & cum apud inferos est, in inferno esse. Quid quod etiam saluator dicit: *Quae* Matt. xix.
D. et Luc.
xvii. E. *impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum?* Ergo ne sic dicamus, omnia Deo possibilia esse, ut hoc ipsum quidem possibile esse, sic dicamus apud deum esse, ut dicamus in deo non esse? Quid autem posse apud se deus habet, si ipsum posse in se non habet? His atque huiusmodi testimonijs claret, cum dicitur Verbum erat apud deum, non aliud intelligi debere, quam uerbum erat in deo. Nam & ipse filius, qui est uerbum deus, non solum patrem in se, sed etiam se in patre esse testatur, dicens: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Hoc autem filij esse apud patrem, & esse in patre, non uideatur tale, quale, si quis homo sit apud alium, siue iure hospitali, siue charitatis affectu. Nam Non credis/
quia ego in
patre/et pa-
ter in me est. & Apostolus Paulus dicit se apud Apostolum Petrum quindecim diebus mansisse, iure scilicet hospitalitatis, & puritate dilectionis, quorum licet per unitatem fidei & charitatis fuerit anima una, & cor unum, non tamen sic mansit Paulus apud Petrum, sicut uerbum manet apud Deum. Quia nec sic potest esse homo apud hominem, sicut uerbum Deus est apud Deum patrem. Homo enim apud hominem sic est, ut non solum apud eum non esse possit, sed etiam, cum apud eum est, in ipso substantialiter esse non possit. Vere enim qui sic apud alium est, extra illum est, quia cum est apud illum *synœritate dilectionis, loco discernitur, quantumlibet affe-*

Uerbum est
apud deum
sicut in men-
te uerbum.

Et in uiam sibi uterq; iungatur. Sed sic est uerbum apud Deum, sicut est in mente uerbum, sicut in corde consilium. Cum enim mens apud se uerbum habet, utiq; cogitando habet, quia nihil aliud est apud se dicere, q̄ apud se cogitare. Cum ergo mens cogitat, & cogitando uerbum intra se generat, de sua substantia generat uerbum, & sic illud uerbum generat de se, ut genitum habeat apud se. Nec minus aliquid habet uerbum, quod ex mente nascitur, q̄ est mens de qua nascitur, quia quanta ē mens quæ generat uerbum, tantum est etiam ipsum uerbum. Sicut enim de tota mente nascitur uerbum, sic intra totam permanet natum. Et quia cogitante mente, non est eius aliquid, ubi in ea uerbum non sit, ideo uerbum tantum est; quanta est mens ipsa de qua est, & cum apud illam est; in illa est, & quanta illa est, tantum etiam uerbum est, quia de tota & in tota est: tantumq; est ipsum uerbum, quanta simul est & mens ipsa cum uerbo. Neq; enim sic de illa uerbum nascitur, ut ab ea localiter scarnatur. Natiuitas quippe illa, quæ ostendit qd sit, et de qua sit ipsa ostendit, quod extra eam, de qua natum est, esse non possit: nec in aliquo minus sit, sed sic de ipsa sit, ut apud ipsam & in ipsa sit, tantumq; sit de illa, quantum in illa, & tantum in illa, quantum cum illa. Equidem & nos quodammodo dicit scriptura & in deo esse & apud deum esse, sed non quomodo apud deum est & in deo est uerbum deus, qui est unigenitus filius. Dicitur enim & nobis, quia in deo uiuimus & mouemur & sumus: & dicitur ipsi deo: si non peccauerimus, sumus, quia apud te sumus

Et sumus
nos in deo
sicut in deo
est uerbum
deus.

sumus deputati. Veruntamen cum hoc de nobis dicitur, non naturalis unitas nostra cum deo ostenditur, sed aut potentia creatoris intelligitur, aut pietas redemptoris.

Sic enim qui credimus in deo & apud deum sumus, sicut de deo geniti, filij dei sumus. Scriptum est enim: Charissimi, nunc filij dei sumus. Et iterum: Voluntarie genuit

nos uerbo ueritatis. Nos ergo deus uerbo ueritatis genuit, illud autem uerbum ueritatem genuit. Nobis potestatem dedit, filios dei fieri, ille autem non ex potestate filius dei factus, sed de deo naturaliter est dei filius natus.

Nos deus uoluntarie genuit, quia uoluntas generationem præcessit, in unigeniti autem generatione, nulla generantis præcessit uoluntas, ubi sine initio naturali

permanet æterna natiuitas. Sicut ergo geniti sumus, sed non sicut unigenitus deus, & filij dei sumus, sed non sicut unicus & uerus filius, & dii sumus, sed non sicut uerbum,

qui uerus est deus: ita in deo sumus, & apud deum sumus, sed non sicut apud deum est & in deo est uerbum deus, qui de deo naturaliter natus est.

Quamuis enim ille filius dicatur, & nos filij dicamur, & ille deus, & nos dii, & ille genitus, & nos geniti: multum tamen distat in re, quod unum sonare uidetur in homine.

Quoniam ille, quod deus, quod filius, quod unigenitus est, naturaliter est, quia de natura patris natus est: nos autem, quod dii, quod filij, quod geniti sumus, non natura, sed gratia sumus: quia cum in natura non haberemus, ut hoc esse possemus, gratis nobis datum est, ut hoc facti essemus.

Hanc discretionem si hæretici, misericorditer deo donant

aliter nos
de genuit/
aliter uer-
buni.

93 AD MONIMVM LIBER TERTIVS.

blasphemie
hereticorū
in filiū dei.

te, perāpian, lumen uerum uidebunt, & ab unigeniti fi
lij contumelijs temperabunt: cui non solum in eo, quod
apud deum est, detrahunt, sed etiam & animam huma-
nam in illo negare contendunt, quos ipse filius dei uno
psalmi uersiculo designauit, dicens: Hoc opus eorum qui
detrahunt mihi apud deum, & qui loquuntur mala ad-
uersus animam meam. Quis enim deterius Christo apud
deum detrahit, q̄ qui audiens uerbum deum apud deum
esse, diāt idem uerbum in deo non esse? aut quis amplius
mala aduersus Christi animam loquitur, quā qui in
Christo humanā aīam diffittur? cū illud uerbū, quod De
us est, sic apud deū sit, de quo est, ut p unitatē naturæ in
deo sit, et p eandē unitatē naturæ unus cum illo deus
sit: & illa aīa simul cum carne suscepta fuerit ab
unigenito deo, ut simul in Christo & aīa
nostra saluaretur & caro, à quo pro-
culdubio ille sempiternam con-
sequetur salutem, qui in eo
diuine humaneq; natu-
ræ plenam cognoue-
rit ueritatē
tem.

LIBER AR

RIANORVM CONTRA ORTHO

DOXOS, DECEM OBIE

CTIONES COMPLE

CTENS.



ICTVM EST PA
trem de seipso, hoc est, de
eo quod ipse est, ineffabi
liter filium genuisse. Ad
auctum est, q̄ non extrin
secus, sed ex Deo natum
esse. Quid ad hoc di = Prima
citur? Si ex Deo natus obiectio
est, est de intra Deum,
sed si non est de intra, nec

ex ipso est, si modo uocabula diuersa apponuntur.

Quid prodest, si ipsa ueritas non profiteatur? Ista
nunquam nos legisse recolimus, que superius proposita
sunt. Quia scriptum est de eo: Generationem autem
eius quis enarrabit? et quasi nemo, dixit scriptura, qui
enarrat? Aduertēdi sunt hi homines, ut dicant se posse
nosse, quia inenarrabilis est generatio eius, non autem
ignorabilis. Generationem eius ita est recte profi
teri, ut dicit ipse Dominus per scripturas: Dominus

II

III

8 4 creauit

creauit me initium uiarum suarum, ante secula fundauit me. Et sequitur: Et ante omnes colles genuit me. Et iterum: Ego à patre prodij, & ueni in hunc mundum. Et iterum: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et postquam cognitus est in carne, profitetur de eo Euangelista, dicens: Et uidimus gloriam eius, tanquam unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Et Apostolus ait: Qui est primogenitus totius creaturæ, Ecce creatum, fundatum, & genitum profitemur, sine aliqua ambiguitate inrationabili. Sed qui præsumunt inrationabiliter dicere, de patris substantia natum esse filium, doceant per scripturas tamen, quomodo non sit erroris falsa professio, qui cum dicit, inenarrabilem esse generationem eius, asserat eum de patris esse natum substantia.

IIII

V

Perturbationes mentium, quæ sine ratione dicuntur, cum hortantur aduerti, ueritas non uidetur ab eis comprehendi nec profiteri: ob hoc quod absurdum sit dicere uel credere, patrem & filium ingenitos esse. Qui sibi suadet ista excogitare, ipse se uult fraude decipere, quam quidem exigit illis hoc dici, qui patrem & filium æquales asserunt esse. Interea dum de lumine dicitur, non intelligunt, quod scriptum est, quia alius est pater luminis, & alius est qui lumen est appellatus, & lucet in tenebris, & tenebræ eum non comprehendunt. Idcirco debet aduerti, quid lex mandat uel instruat mentes hominum, quia inter illum auctorem luminis, & istud lumen in tenebris lucens, quod inlu-

VI

minas

minat omnem hominem uenientem in hunc mundum, pro quod uita factus est filius, & lux est ostensus hominum, illo, qui ostenditur factus non esse pater, equalis esse non posse. Omisimus superfluas rationes, quæ fastidium non facerent auditoribus, et ad hoc responsum est, ad quod sententia inquirebat expositionem. Et quia in eum patrem & filium distantia est, & quod dicitur, non est, eo quod inter illos differentia non sit. Ipse saluator dicit, qui credendus est: Alius est, qui testimonium perhibet de me pater. Idem ipse filius dicit de spiritu sancto: Et alium paraclitum mita- tam uobis. Alium dixit patrem, & alium dixit paraclitum. Et cum non aduertuntur diuina iura & sacramenta, efficiuntur homines paganitatis professores, qui ante aduentum Saluatoris dixerunt Homouision, quorum & hæretici facti sunt professores, cum asserunt, patrem & filium & spiritum sanctum, unum esse Deum. Scelus & ualde esse blasphemium, aduertant homines, qui salutaria præcepta cupiunt sectari. Nam falsitas professionis nunquam prodesse eis poterit, quam quærent iniuriando Deum per blasphemiam colere uel uenerari. Si ab hominibus non toleratur iniuria, ab ipso Domino, auctore, qualiter poterit tolerari? Ostendit enim circa infideles suam ob- iurgationem, dicendo: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. De generatione autem eius, quod dictum est: Ex utero ante Luciferum genui te: quis dubitet, de carnali natiuitate fuisse

VII

VIII

IX

g s . dictum s

97 OBIECTIONES ARRIANORVM.

dictum? cum ipsa ante scriptio ostendat tibi ad intelligendum, cum dicit Propheta, quod in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus sit. Et splendor sanctorum præconium ostenditur esse Prophetarum, & eorum uaticinatio de eo fuisse adimpleta, cum manifestaret ipsam esse, et Propheta dicendo: Ex utero ante luciferum genui te, & splendidum contigit, & per uirginem nasci cum os Propheticum antea dixit. Quis dubitet hanc natiuitatem ita coniugisse, ut scriptura memorat? Non est nimium dedecus, ut fraudibus proprijs deapiatur, male intellegens animus, ut aliquando duo dicantur esse unus, aliquando tres unus? Nunquid non occurrat beneficij munus, quando unus non est cum duobus designatus? Delubrium est credere, ex tribus partibus Deum unum constare, cum adhuc, quod peius est, dicitur de eis, quod si credendus est unus Deus, cum non sit ipse pater, qui filius, nõ ipse filius, qui spiritus sanctus: De quibus profitentur differentias inter se habere, honorem uerò unusquisque suum non posse habere, nisi malignum peccus eos in uno Deo inueniatur copulare.



B·F·V·L·G·E·N·

TII CONTRA OBJECTIONES AR-
RIANORVM LIBER VNVS, AD

*decem obiectiones, decem respōsiones con-
tinens.*



ICTVM EST, PA-
trē de seipso, hoc ē, quod
ipse est, ineffabiliter filiū
genuisse. Ad auctū ē, quod
nō extrīsecus, sed ex Deo
natū esse. Hęc respōsiōe
nō indigent, quia fidei no-
strę concordāt. **OBJE-**
CTIO. Quid ad hoc di-

atur? Si ex Deo natus est, est de intra deum, sed si nō est
de intra, nec ex ipso est, si modo uocabula diuersa appo-
nuntur. Quid prodest, si ipsa ueritas non profiteatur?

RESPONSIO. Equidem, dum nominantur Pa-
ter & filius, in his duobus nominibus uocabulorum
diuersitas agnosātur. Quin potius per hęc duo di-
uersa uocabula significatur utriusq; natura, quoniam
istorum nominum diuersitas, non naturas diuidit, sed ue-
ritatem generationis ostendit, ut ex uno uero patre, u-
num uerum agnoscamus filium extitisse. Ac sic, dū uera
patris generatio, & uera filij natiuitas prædicatur, ī uno
geni

prima obie-
ctio/de no-
minum pa-
tris et filii
diuersitate

Responso/
quod nomi-
na hęc nō di-
uersas natu-
ras, sed di-
stinctas per-
sonas signi-
ficant.

genitore & uno genito, non solum unitas substantiæ, uerumetiam in unoquoque proprietas possit agnosci personæ, ne aut ipse putetur natus esse qui genuit, aut aliud putetur esse qui natus est, quàm est ille qui genuit. Non enim ipse est pater qui filius, quoniam in utroq; personarũ proprietas reseruatur. Sed quod pater est, hoc est & filius, quia de Deo Deus, de perfecto perfectus, de immenso immensus, de omnipotente omnipotens, de aeterno pater natus est filius coæternus, eadem ueritate dicente: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Pater ergo et filius relatiua sunt nomina, quæ naturam gignētis genitĩq; non separant, sed unam sine dubitatione significant. Relatiuũ uerò illud dicimus, quod ad alium agnoscendum referimus, ut dum unum nominauimus, alium demonstremus. Sicut inter homines, hæc relatiua sæpius nominantur pater & filius, filius & pater, soer & gener, gener & socer. Nam ideo pater dicitur, ut filium genuisse noscatur: & filius ideo dicitur, ut de patre genitus demonstraretur. Nec in hac diuersitate nominum inuenitur diuersitas naturarum, quoniam uterq; similiter homo dicitur, quamuis unus pater, & alius filius nuncupetur. Nō ergo patris & filij posset una cognosci natura, si hæc non essent diuersa uocabula: quoniam si ambo uocarentur patres, essent profecto natura dissimiles: unusquisq; enim ex semetipso constaret, & communem substantiam cum altero nō haberet: nec deitas una esset, quibus una natura non esset. Consequens autem fuit, ut duo patres duos filios gignerent, quoniam nisi

Mat. ii. d.
2. n. x. d.

Siue distāt
uo patres
pater et
filio,

ueta

uera de singulis proles existeret, paterni nominis in nullo ueritas appareret. Iam uero in duobus filiis, de diuersis patribus natis, licet posset non esse diuersitas relatiui nominis, attendatur, si posset esse natura communis. Quis nõ uideat in utroq; filij nomen unum esse, sed utriusq; naturam unam non esse? magis autem unumquenq; filium nõ cum altero filio, cum quo unum relationis habuit nomen, sed cū patre, de quo extiterat, naturam habere communem. Sed quid ulterius de duobus patribus, duobusq; filiis disputetur? cum istius assertionis ueritas personarum diuersitate non cgeat, sed ad documentum sui facilius possit unius hominis consideratione fulciri, qua cognoscatur, relatiua nomina diuersitate sui non naturarum diuersitatem ostendere, sed ad personarum significationem maxime pertinere, ut scilicet, dum unus ostenditur, alterius quoq; persona noscatur: illud autem nomen patri semper esse filioq; commune, non quo relatio personalis ostenditur, sed quo substantialis proprietates demonstratur. Nempe Seth de Adam patre natus, & de non genito genitus, Adam patris dictus est filius. Iste ergo, donec ad uirilẽ perueniret aetatem, ut filium gigneret, pater dici non potuit, et priusquam generaret, filius tantũ fuit, quãdo autem genuit, etiam pater esse iam cœpit. Accedente igitur diuersitate paterni nominis, nulla in eo facta est diuersitas naturalis, et cum unius homo hæc duo cœpisset habere uocabula, nõ est in eo mutata aut diuisa uel duplicata natura: fuit enim filius, quia de patre extitit, fuit

Idē respē
ctu diuersio
rum potest
esse et patē
et filius/ut
Seth.

fuit pater, quia filium genuit. Nec tamen ita naturā filij, in qua natus est, habuit, ut in eo permanens, pater esse nō posset: nec aliā cum noīe patris essentiā acquisiuit, ut filij substantiā, in qua natus fuerat, perdidisset: Sed quod uerum est, sicut homo fuit, quando filius extitit nascēdo, sic permansit homo, quando pater factus est generando: nec aliud fuit quā homo, quod erat Adam, de quo ipse est natus, & quod erat Enos, qui de ipso est genitus. In patre ergo Deo & filio Deo, personarum proprietate seruata, impossibile nō dicitur, quod documento etiā cuiuslibet hominis comprobatur, sed discernamus, quid ad relationem, quid ad substantiā pertinere noscatur. Relationis enim sunt nomina, pater & filius, substantiæ uerò nomen unum est, quod dicitur Deus. Relatiōis ergo nomina singula retinent, substantiæ uerò nomen unū communiter possident: quia licet unus dicitur pater, & alter filius, sic tamen est filius Deus, sicut pater est Deus. Illis nāq; duobus nominibus generatio uera cognoscatur, isto autem uno communi nomine substantialis unitas demonstratur. **OBIECTIO.** Ista nunquam nos

II
Obiectio /
Generatio /
nē ei⁹ quis
enarrabit?

Responso /
quod gene-
ratio ei⁹ est
quidem in-
narrabilis:
non tamen
ignorabilis

legisse recolimus, quæ superius proposita sunt, quia scriptum est de eo: Generationem eius quis enarrabit? Et quasi nemo, dixit scriptura, qui enarret. Aduertendi sunt hi homines, ut dicant se posse nosse, quia inenarrabilis est generatio eius, non autem ignorabilis. **RESPONSIO.** Scriptum est: Credidi, propter quod loquutus sum. Et nos credimus, propter quod loquimur, & fiducialiter profiteamur, quia filij generatio inenarrabilis

enarrabilis est, ignorabilis nō est. Neq; enim consequēs est, ut quod non potest enarrari, non possit sārī: cum ipsum Deum nullus ualeat enarrare, nec impune tamen aliaui licet ignorare. In tantum uerō cognosabilis Deus est, cū sit inenarrabilis, ut quosdā ob hoc inexcusabiles pronunāet beatus Apostolus, quia cum cognouissent Deum, nō sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerūt. Nam si à nobis Dominus nollet agnosā, non dixisset: Sē cognouissetis me, & patrē meum utiq; cognouissetis: nec Philippum dicentē: Domine, ostēde nobis patrē, & suffiāt nobis: hac increpatione corripere, dicens: Tanto tēpore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui me uidit, uidit & patrē. Hoc enim uerbo Dominus uoluit demonstrare, totum in se inueniri quod querebatur. Nec enim fieri potest, ut sempiterno & immenso patre minus aliquid filius habeat, in quo corporaliter oīs plenitudo diuinitatis inhabitat. Nō est ergo ignorabilis Deus, cum sit inenarrabilis, sed à fidelibus cognosatur, ut ametur, quamuis nec humanis linguis nec angelias enarretur. Nam ignorationem Dei non aliud esse, quàm demonum seruitutem, Paulus demonstrat Apostolus, dicens: Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura nō sunt dii, seruibatis. Sicut ergo Christi diuinitatem ignorare non debemus, licet enarrare non possimus, ita natiuitatis eius, quamuis nulli suppetat enarratio, non est tamen fidelibus adempta cognitio. Quis enim natum prediāt, cuius natiuitatem ignoraret? Quis filium dicat, & genitum nesciāt? Quis patrem ualeat credere,

quem

Natiuitas ergo Christi enarrari non potest/ cognoscit tamen a fidelibus.

quem non consideret genuisse? Genuit uere pater, & uere natus est filius. Veram ergo filij natiuitatem datū nobisē cognoscere, licet datū nō sit, qualiter natus fuerit, enarrare. Quoniam & Propheta non dixit: Generationem autem eius quis agnouit, sed, quis enarrauit. Quōdā diuinam generationem, quantum homini factū est, in eo digne cognoscimus, cum & ueram generationē diāmus, & ipsam generationem, quæ uera est, inenarrabilem prædicamus. Filius ergo uere de patris substantia natus agnosatur, dum natiuitas eius, quæ de inenarrabili deo est, inenarrabilis prædicatur. Inenarrabilis enim proculdubio est filij natiuitas uera, quia una est illi cum inenarrabili genitore substantia. **OBIECTIO.** Ge-

III

Obiectio /
quod Sapi-
entia dicit
dominus
creauit me
initiu uiarū
suarum.

nerationem eius ita est recte profiteri, ut diāt ipse dominus per scripturas: Dominus creauit me initium uiarū suarum, ante secula fundauit me. Et sequitur: Et ante omnes colles genuit me. Et iterum: Ego à patre prodij, & ueni in hunc mundum. Et iterum: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et postq̄ cognitus est in carne, profitemur de eo Euangelista dicens: et uidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Et Apostolus ait: Qui est primogenitus totius creaturæ, Ecce creatum, fundatum, & genitum profitemur, sine aliqua ambiguitate inrationabili. **RE-**

Responso/
quod illud
intelligit
de humani-
tate, nō di-
uinitate
Christi

SPONSIO. In utraq; Christi natiuitate non fallitur, qui in Christo, dei & hominis filio, & plenam ex patre diuinitatem, & plenum ex matre hominem profitemur. Atq; ita in illo utraq; substantiam ueram esse cogno-

scimus

scit, dum quid eternitati, uel quid temporalitati congruat, fidei pietate distinxerit. Neq; enim ignorare debemus, ipsum in seculo, secundum carnem, creatum ex homine, qui sine initio secundum diuinitatem creatus est, generatus ex patre. In illa namq; natiuitate, quæ initium non habet, sempiternæ diuinitatis maiestas agnosatur: in hac uerò sempiternæ diuinitatis pietas inuenitur. Qui enim non creatus, sed creator, de creatore progenitus, bonitate sua creauerat hominē, ipse postmodum est pietate sua creatus ex homine, nec suum opus ipse dedignatus est fieri, quo posset per eū status sui opis reparari. Huius igitur creationis uolēs sapientia pronuntiare mysteriū, ut incarnationis suæ futurum ostenderet sacramentum, prophético more, quo solent sub enunāatione præteriti temporis futura narrare, dixit: Dominus creauit me in initium uiarum suarum, in opera sua. Causam creationis ostendit, dum se initium uiarum deum in opera eius creatum esse non tacuit. Nam ut ostenderet, non illius eternæ natiuitatis esse, quod creata dicitur, sed huius temporis, quo carnem suscepisse dei filius inuenitur, quid præmiserit attendatur. Si nūc uero (inquit) uobis, quæ quotidie fiunt, commemorabo, quæ à seculo sunt, enunāare. Ergo cum quotidie ista fierent, à seculo facta præmonet nuntiare, ostendit, quæ dictura est nobis, non eternitatis esse sed temporis. Ob hoc statim addidit: Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Quod ergo sapientia creata est, non ante secula, sed à seculo est. Quod autem initium uiarum domini creatus est filius,

Vera expo-
sitiō illius
dicit, domi-
nū creauit
me initium
uiarum sua-
rum.

h quid

Ad quid fi-
li^o initium
creaturæ fa-
ctus est.

Jacobi. 1. c.

psal. 1. 3.

Ante seculū
fundata suz
et ante oēs
colles genu-
it me.

quid est aliud, nisi q̄ ipse uia nobis est factus, ut eo du-
ce atq; rectore, per adoptionis, quam accepimus, gratiā,
diuino munere ad uirtutum nobis profectum pateret in-
gressus? Quod ut euidentius appareat, debemus atten-
dere ad hoc, filium creaturæ initium factum, non ut no-
uam rursus creaturam cōderet, sed ut uetustatem iam pri-
dem pditam renouaret. Inuenitur enim Apostolos quoq;
huius fecisse creationis initium, quorū offiā reparauit,
quod fuerat ante collapsum, beato Iacobo dicente de Deo
patre: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus
initium aliquod creaturæ eius. Euidētissimis igitur de-
monstratur indicijs, hoc loco creationem, non ad conditi-
onem omnium creaturarū, sed ad reparationem hominū
referendam. Sicut et David sanctus orauit, dum gemini
fuiisset criminis recordatione perterritus, non solum te-
merati connubij, sed mariti etiā in fontis occisi: dū igitur
tanti faānoris neuum lachrymarum flumine meditaretur
abluere, hoc inter gemitus, quos testes habuit doloris,
effudit: Cor mundum crea in me Deus, et spiritum re-
ctum innoua in uisceribus meis. hoc esse significans cor
mundum in se creari, quod erat, spiritum rectum in eius
uisceribus innouari. Ad hoc ergo Christus uoluit creari,
et huius creationis Apostolos suos initium fieri, ut per
eum posset homo, qui uetustate perierat, nouari. Ante
seculum autem sapientiam fundatam se dixit, ut natiui-
tatem suam, qua de patre natus est, immutabilem demon-
straret. Quod enim fundatum dicitur, nulla ratione con-
uellitur: quod autem non conuellit, non mutatur. Ut
autem

autem natiuitas diuinitatis eius sine initio cognoscatur, debet attendi quod sequitur: Priusquam terram factaeret, priusquam abyssos constitueret, priusquam procrederet fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, ante omnes autem colles genuit me. Istud ante, cum dicitur, omne prorsus initium praeuenitur. Quod considerandum est: quia ubicunque illa diuina & aeterna demonstratur filij natiuitas, non dicitur, quando natus sit, sed ante, semper ponitur, ut quicquid homo infinitae aeternitatisque cogitare uoluerit, ante omne quod cogitatione concipitur, filij semper natiuitas cogitetur, ac sic natiuitas filij dei sine initio cognoscatur, in qua non aliud quam ante positum iugiter inuenitur. Vellemus autem nobis responderi, utrum hoc sit genitum, quod creatum? quod si unum putatur utrunque, dicitur ergo à deo genitus mundus, à quo generari non potest, & creatus: dicantur etiam increduli homines filij dei, qui de potestate tenebrarum non fuerint liberati: dicantur haeredes futurae beatitudinis, qui si dem non recipiunt Saluatoris. Si autem, quod uerum est, aliud est creari, aliud generari: discernatur, in qua Christus substantia creatus à deo dicitur, & in qua ex patre genitus praedicatur. Nam et ipse scripturae locus persuaſe quarentibus monstrat, in qua creatus natura dicens est Christus, in ea saluet, in qua dominum nominat, ut ueritate in se formae seruilis ostendat sicut & in Psalmo loquitur, dicens: O domine, ego seruus tuus, ego seruus tuus, et filius ancillae tuae, Ex ancilla ergo

Christus ut
homo et crea-
tus et ser-
uus dicitur.

Psal. cxx

h z natus

Christus ut
deus a pa-
tre/ et non
a domino
prodit.

natus est seruus, qui ex patre generatus est dominus. Propter formam igitur serui dixit: Dominus creauit me: non se à patre diat creatum, sed à domino. Nam ubi secundum diuinitatem genitus diatur, pater continuo nominatur. Sicut uere ipse dixit: Ego à patre prodij, & ueni. Et Beatus Euangelista de eo: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Vides, qui non dixit hic, à domino, sed à patre. Quod autem cum primogenitum totius creature diat Apostolus, creatura utique intelligitur reparata, non condita, creatura filiorum dei, qui ex seruis eius facti sunt fratres eius, qui nos, secundum Apostoli dictum, non confunditur fratres uocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Quonia ergo & pueri communicauerunt sanguini & carni similiter, & ipse participauit hisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus, ut liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semet Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus simulare, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut repropiciaret delicta populi. In eo enim, quo passus est ipse, & tentatus, potens est, his, qui tentantur, auxiliari. Audimus Christum habentem fratres, audimus semen Abraham, audimus per mortem, eum, qui habebat mortis imperium, destruentem, audimus tentatum, audimus passum: & dubitamus Christum primogenitum totius creature,

Hucusque
Apostolus.

creaturæ, secundū incarnationis profiteri mysterium? Cū
 denuo Beatus Apostolus, in quo cum primogenitum de- Ro. viij. 2
 beinus accipere, testimonio suæ prædicationis ostendat:
 Sāmus, inquit, quoniam diligemibus deum omnia co-
 opantur ī bonū, his q̄ secundū propositū uocati sunt. Nā
 quos præseruit, & prædestinauit, conformes fieri imagi
 nis filij eius, ut sit ipse primogenitus ī multis fratribus.
 Qui ergo secundum deitatem semper unigenitus fuit si-
 ne fratribus, factus est secundū hominem primogenitus ī
 multis fratribus. Quod euidentius illo rursus Apostoli
 testimonio perdoctur, ubi primogenitus ex mortuis no- Christ⁹ pri
 mogenitus
 ex mortu-
 is.
 minatur. Quid enī est primogenitus ex mortuis, nisi pri-
 mus ex peccatoribus hominibus homo Christus Iesus in
 dei filium exaltatus? Natus autem est, non sic ex peccā-
 toribus peccator, sicut ex hominibus hō, sed natus est ho-
 mo, susceptus est à deo sine ullo peccato, ut peccatores ho-
 mines reconciliaret deo, liberatos ab omni peccato. Ta-
 lem quippe hominem oportuit à deo suscipi, per quem
 possent homines deo gratuita iustificatione coniungi. Pri-
 mogenitus igitur ē totius creaturæ, illius profecto, de qua Jaco. i. C.
 Beatum Apostolum Iacobum audiuius paulo ante di-
 xisse: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus
 initium aliquod creaturæ eius. De hac creatura diāt etiā II. Corin.
 v. 10.
 Paulus Apostolus: Si qua ergo in Christo noua creatura.
 De qua etiam Dauid prædixerat: Emitte spiritum tuum
 & creabuntur, & renouabis faciē terræ. Alioquin, si
 secundum diuinam natiuitatem Christus primogenitus
 creaturæ totius accipitur, quibus testimonijs ante omnē

Christus unigenitus ex patre/primogenitus ex virgine.

creaturam primogenitus ex mortuis ostenditur? cum di-
 a non possent mortui, qui nec dum fuerant uel creati.
 Unigenitum ergo Christum cognoscimus ex patre, pri-
 mogenitum profiteamur ex uirgine. In illa quippe na-
 tiuitate uere est unigenitus, in qua sine initio de solo deo
 solus natus est deus: in hac autem natiuitate primogeni-
 tus est totius creaturæ, id est, eorum, quos in fratres si-
 bi per fidem dignatus est adoptare. Quotquot autem
 reaperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his
 qui credunt in nomine eius. Hæc generatio in secundo
 quoque psalmo cognoscatur prædicata, ubi Christus ex
 persona suscepti hominis dicit: Dominus dixit ad me,
 filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod ut secundum
 incarnationis futuræ mysterium dictum esse monstraret,
 adiunxit: Postula à me, et dabo tibi gentes heredita-
 tem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Quo-
 modo enim secundum formam dei terminos terræ posi-
 dendos peteret, cum regnum cælorum, quod maius est,
 suis fidelibus promittat et donet? Ille ergo qui perma-
 nens in forma dei, pro salute seruorum factus est ser-
 uus, secundum seruillem formam, ut acciperet gentes hæ-
 reditatem et possessionem, terræ terminos postulauit,
 qui secundum diuinam naturam, sicut uniuersa, quæ in
 celo sunt et in terra, uisibilia et inuisibilia cum patre
 feæt, ita cum patre semper uniuersa possedit. Hanc ge-
 nerationem, quam Psalmus secundus insinuat, ad incar-
 nationis mysterium pertinere Liber actuum Apostolo-

Act. xiii. et rum, Paulo in Synagoga loquente, testatur, cuius uox ad
 Iudæos

Iudeos huiusmodi reperitur: Et nos uobis adnunda-
 mus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est,
 quoniam hanc Deus adimpleuit filijs nostris, resusa-
 tans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est:
 Filius meus estu, ego hodie genui te. Hoc igitur quod
 Psalmus dixit, secundum id Apostolus ostendit adfi-
 lium dictum, secundum quod à mortuis prædicat susci-
 tatum. Attendatur ergo, quæ à mortuis in Christo na-
 tura surrexit, & intelligetur secundum quid Christus ho-
 die genitus, terminos terræ possidendos accepit. A-
 gnoscatur itaque in Christo proprietates utriusque naturæ,
 ut sine errore possit intelligi & creatus, & fundatus
 & genitus. Genitus quippe est & fundatus, secundum
 quod de domino inenarrabiliter natus est Dominus: cre-
 atus autem secundum humanam generationem, quæ de
 analla natus est seruus, ut quem ante omnia solum pa-
 ter genuit ex natura, pro nostra salute generaret ex
 gratia. Quocirca utranque debemus in Christo do-
 mino naturam agnoscere, ut nec aduersus creatorem
 uideamur superbi, nec beneficii nostri saluatoris ex-
 istamus ingrati, ne apud saluatorem ipse sibi dene-
 get quam querit salutem, qui creatoris de Deo pa-
 tre ueram denegat deitatem. **OBIECTIO.**

Christus ut
 homo crea-
 tus, ut De-
 us autem
 genitus
 dicitur.

IIII
 Obiectio /
 quod dicit
 natus de pa-
 tris substan-
 tia.

Sed qui præsumunt irrationabiliter dicere, de pa-
 tris substantia natum esse filium, doceant per scri-
 pturas tamen, quomodo non sit erroris falsa pro-
 fessio, Qui cum diat inenarrabilem esse generati-
 onem eius, asserat eum de patris esse natum substantia.

h 4 RE=

Responſo. **RESPONSIO.** *Aſſertionis defectus agnoſcitur, Adco ſic dicitur, ne diuerſas ſubſtantias tribus perſonis in Deo aſſeramus.*

Aſſertionis defectus agnoſcitur, quando quis ita fidei alterius deſtrucere nititur regulam, ut credulitatis ſuæ formam nolit proferre ſententiam.

Nos idcirco filium Dei de patris ſubſtantia natum, hoc eſt, de id quod pater eſt, credimus & fatemur, quoniam quicquid ſubſtantia Dei non eſt, non poſſumus ut Deum uel adorare uel colere, (præceptum legis ſollicitius obſeruantibus, quo dicitur: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus unus eſt, & Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruias) quem Deum, non patrem ſolum credimus, ſed patrem & filium & ſpiritum ſanctum: fides enim noſtra, qua unum Deum colimus & timemus, nec unione personali contrahitur, nec ſubſtanciali diuerſitate diſiungitur, ne aut Deos geneniter colamus, diuerſas colendo ſubſtantias, aut filium & ſpiritum cum Sabellio denegemus, non ſeruantibus in trinitate perſonas. Huius fidei rectam credulitatem, non ſolum Prophetica, ſed Apoſtolica nobis inſinuat in ueritate doctrina. Nam

Deu. vi. 2 *Eſaiæ, cum Dei uiſione dignus eſſiatur, huius fidei credulitas intimatur, duobus ſeraphin tertio clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & ſemel inferentibus, Dominus Deus Sabaoth. Quid eſt, q̄ tertio ſanctus dicitur, ſi non trina eſt in Diuinitate perſona? cur ſemel Dominus Deus dicitur, ſi nõ una eſt in Diuinitate ſubſtantia? Dominus quoq; per Moysen, uolens benedicere populum, hoc benedicendum tenore mandauit, ſic (inquiens) benedicat populum meum, & ego benedicam eos: Benedicat te Dominus, & aſtodiatur te, inluminet Dominus faciẽm ſuam*

Eſa. vi. 2 *Eſaiæ, cum Dei uiſione dignus eſſiatur, huius fidei credulitas intimatur, duobus ſeraphin tertio clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & ſemel inferentibus, Dominus Deus Sabaoth. Quid eſt, q̄ tertio ſanctus dicitur, ſi non trina eſt in Diuinitate perſona? cur ſemel Dominus Deus dicitur, ſi nõ una eſt in Diuinitate ſubſtantia? Dominus quoq; per Moysen, uolens benedicere populum, hoc benedicendum tenore mandauit, ſic (inquiens) benedicat populum meum, & ego benedicam eos: Benedicat te Dominus, & aſtodiatur te, inluminet Dominus faciẽm ſuam*

Deu. vi. 2 *Eſaiæ, cum Dei uiſione dignus eſſiatur, huius fidei credulitas intimatur, duobus ſeraphin tertio clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & ſemel inferentibus, Dominus Deus Sabaoth. Quid eſt, q̄ tertio ſanctus dicitur, ſi non trina eſt in Diuinitate perſona? cur ſemel Dominus Deus dicitur, ſi nõ una eſt in Diuinitate ſubſtantia? Dominus quoq; per Moysen, uolens benedicere populum, hoc benedicendum tenore mandauit, ſic (inquiens) benedicat populum meum, & ego benedicam eos: Benedicat te Dominus, & aſtodiatur te, inluminet Dominus faciẽm ſuam*

suam super te, & misereatur tui, ac tollat dominus faciem
 suam super te, & det tibi pacem. Ter dominus dicitur, et
 unus semper dominus nominatur, ut in Trinitate, quæ ue-
 rus est deus, nec confundatur proprietates personarum,
 nec substantialis unitas denegetur. Dauid quoque deo per **psal. lxxi.**
 omnia placuit, sub hac credulitate populo fideli diuini-
 tæ benedictionis gratiam his uerbis exoptat infundi: Be-
 nedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & me-
 tuant cum omnes fines terræ. Cui sententiæ Beatus con- **1. Co. vii. B**
 cordat Apostolus, qui cum quodam loco dixisset: Unus
 deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, Et unus domi-
 nus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum:
 de spiritu sancto quoque diceret: Nolite contristare spiritum
 sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis:
 cum se dixisse meminisset, ex patre per filium in spiritu
 sancto, ut hæc Trinitatem, unum deum esse monstraret,
 alio loco ait: Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso **Rom. ii. D.**
 sunt omnia: & quod singulariter intulit: Ipsi gloria in
 sæcula sæculorum. Ex substantia patris natum filium,
 & fides Christiana recte prædicat, & sancta scriptura
 commemorat. Paulus Apostolus de filio dei dicit: **Heb. i. B.**
 qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.
 Dominus de uero dicit ad Hieremiam: Super montes
 accipe planctum, & homines non audierunt uocem sub-
 stantiæ meæ, à uolatilibus cæli usque ad pecora. Filium **Sap. xvi.**
 autem patris esse substantiam, Sapientiæ liber euidenter
 ostendit, dicens: Esca angelorum nutriti es, sine labore,
 præparatum panem de cælo præstitisti eis, sine labore,
 h 5 omne

omne delectamentum in se habentem, & omnem suauitatis saporem. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas. Panem de celo datum, substantiam & dulcedinem dei esse, scriptura testatur: panem uero de celo datum, filium dei esse, ipsius filij uerbis ostenditur, qui ait: Ego sum panis uiuus, qui de celo descendendi. De quo Dauid ait: Panem angelorum manducauit homo. Ecce de substantia patris extitisse filium, non solum rationabiliter credimus, uerum etiam testimonijs approbamus, scriptura dicente: Qui diligit genitorē, diligit eū qui natus est ex eo, quoniā si des uera, quod credit, non nesāt, etiam si nondum potest uidere quod sperat & credit. Hi uero, qui filii de patris substantia natiū denegant, debent utiq; dicere, unde arbitrentur dei filiiū extitisse. Vtrum de nihilo, an ex aliquo. Si de nihilo extitit, creatura dicendus est, nō creator. Si autē de aliquo dicitur, sic etiam id ipsum deus fecit, unde filium genuit. An forte coeternum dicitur aliquid habuisse, unde posset filium generare? Si coeternum aliquid aestimatur, unde genitus filius creditur, Manichæorum error hac assertionem firmatur. Si autem non fuit aliquid, unde generaretur filius, nec tamen de substantia patris deus natus, hoc superest, ut euidenter ex nihilo dei filium extitisse fateantur, qui cum in diuinitate te minorem prædicare contendunt. Sed forsitan dicitur, ex uoluntate patris natum esse filium. Dicitur ergo, utrum ex se an aliunde pater filium genuit. Si enim ex se ipso genuit, non potuit uoluntas generationem præcedere

1. Joā. v. 21.

Ratio inuicta, quod filiū ex substantia patris natus est.

dere, quia nefas est credere, ï deum aliquid, quod nō semper fuit, nouiter accidisse. Vnde cognofatur, quoniã deus omnem quidẽ creaturã de nihilo condidit uoluntate fua, filiũ uerõ substantia genuit uel natura. Si aut aliunde filius diatur natus, aut ex nihilo eius origo afferitur, aut (fi aut fupius dictum est) exãpro deo, femp̃er aliquid fuiſſe contra regulã ueræ fidei prædicatur. Beatus quippe Apoftolus, fact̃s filiũ ex patris eſſẽtia uerũ deũ genitũ, & ob hoc cũ patre unũ dominũ deũ, nec immemor præcepti dominia, quo prohibemur duobus dominis deſeruire, Dominũ Chriſto, ſicut uero deo, præcepit ſeruiendum, quem æqualiter cũ patre nouerat honorandũ, ipſo domino dicente: Vt oẽs honorificent filiũ, ſicut honorificant patrẽ. Quẽ uerum deum Ioannes Apoftolus, ipſo in ſe domino loquente, teſtatur, dicẽs: Vt ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt uerus deus, & uita æterna. Quoãrã ueræ fidei tenenda eſt regula, qua dei filius de patris ſubſtantia, hoc eſt, de id quod ipſe eſt, ineffabiliter ſine initio natus creditur: & uerus deus cum patre colitur & tenetur, quia nec Chriſtianis liatũ eſt, ei, qui natura non eſt deus, ſicut uero deo ſeruire: nec cuiq̃ ſas eſt, Chriſto unigenito dei filio, non ſicut uero deo ſeruire. Nam cum qui ſeruit Chriſto placere deo, beatus Paulus (qui dijs, q̃ natura non ſunt dij, ſeruiendũ interdixerat) euidentiffime manifeſtat, dicẽs: Non eſt dei regnum cœli & potus, ſed iuſtiã & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo. Quoãrã cognofcentes Chriſtum uerũ deũ eſſe, nō audcamus ab æqualitate patris

fili⁹ ex ſubſtantia patris / vn⁹ eſt patre deus et dominus

Ro. xiiii. c

trne

ternæ substantiæ separare. Verus enim deus est, qui natura deus est: natura autem deus est, qui deitatem ex æternitate ueræ natiuitatis habuit, non ex gratia donationis possedit. Quod enim nascitur, connexum est genere, quod uerò adoptatur, sola prouehitur largitate. **OBIECTIO.** Perturbationes mentium, quæ sine ratione dicuntur, cum hortantur aduertere, ueritas non uidetur ab eis comprehendi, nec profiteri: ob hoc quod absurdum sit dicere uel credere, patrem & filium ingenitos esse. Qui si bi sua det ista excogitare, ipse se uult fraude decipere, quæ quidem exegit illis hoc diu, qui patrem & filium æquales asserunt esse. **RESPONSIO.** Perturbant quidem mentes, aut ignaues aut insanas, qui uoluerint patrem & filium ingenitos dicere: sed non hoc faciunt, qui cognoscuntur æquales patrem et filiū prædicare. In duobus enim ingenitis, diuersa diuinitas inuenitur: in uno autem ingenito, ex uno ingenito, naturalis unitas demonstratur. Duo quippe ingeniti, non possunt unam habere naturam, ubi nec unus in uno ueram ex se generationem inuenit, nec unus ex uno uere in se substantiam natiuitatis agnoscat. Nos autem patrem & filium, nec duos ingenitos dicimus, nec duos genitos appellamus, nec personaliter confundimus, nec substantialiter separamus, Et ideo æquales, sine ambiguitate dicimus, quia diuersos à se nullatenus inuenimus. Vnus unum genuit, unus de uno natus est. Et quia de incommutabili patre incommutabilis filius extitit, & pater æternus & perfectus, cœternum perfectumq; filium genuit, propterea filius ueram,

V
Obiectio /
Cōtra equa-
litatem pa-
tris et filij

Responsio/
quod æqua-
les quidem
sunt / nō ta-
men ambo
ingeniti /
nec ambo
geniti.

ueram, quam habet ex uero patre, substantiam, nec minore
 norem habere potuit, nec diuersam. Contumelia est
 quippe diuinæ naturæ, si pater filium generans, non potuit
 esse in filio, quantus permanet in seipso, & genitori
 (quod nefas est) potentia naturalis adimitur, si filio pater
 næ substantiæ æqualitas abnegetur, cum hanc Apostoli-
 ca doctrina non taxat, Euangelista Ioanne dicente: Pro-
 pterea uolebant cum Iudæi interficere, quia non solum
 soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum,
 æqualem se faciens deo. Quam æqualitatem, non maliuo-
 la Iudæorum aduersitas (sicut quibusdam uidetur) obie-
 cit, sed Euangelistæ ueridicæ prorsus auctoritas declara-
 uit: qui sicut uere dixit Iesum soluisse sabbatum, uere
 etiam patrem suum dixisse deum, ita uere dixit per pro-
 fessionem paterni nominis, æqualem se seisse diuinitati
 & omnipotentæ genitoris. Hanc æqualitatem in se ipse
 uerus filius prædicans & demonstrans ait: Ego & pater
 unum sumus. Et alio loco: Omnia quæ pater sciat, eadē
 & filius sciat similiter. Idem ipse dicit: Pater clarificat fi-
 liū tuū, & filius clarificat te. Et alio loco: Ut oēs honori-
 ficiant filiū, sicut honorificant patrē. Et alia multa, quæ,
 prolixitatē uitantes, omisimus. Acquale se itaq; deo per
 professionem paterni nominis facere, unum cum patre
 esse, omnia quæ pater facit eadem similiter facere, clari-
 ficatus & ipse clarificare, æqualitatem sibi paterni ho-
 noris exigere, sicut minori non competunt, sic æqualem,
 remoto scrupulo dubitationis, ostendunt. **OBIE-**
CTIO. Interea dum de lumine dicitur, non intelligunt **VI**
 quod **Obiectio /**

quod aliud
sit pater in
minis/et a-
liud lumen

quod scriptum est, quia alius est pater luminis, & alius est qui lumen est appellatus, & lucet in tenebris, & tenebræ cum non comprehenderunt. Idcirco debet aduerti, quid lex mandat uel instruit mentes hominum, quia inter illum auctorem luminis, & istud lumen in tenebris lucens, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, pro quod uita factus est filius, et lux est ostēsus hoīm, illo q̄ ostēditur factus nō esse pater, æqualis esse nō posse. **RESPONSI O.** Hoc semp̄ patris & filij demōstrat æqualitas, ut quicquid fuerit derogatiōis uel honorificentię, simul sit utriq; commune. Quo fit, ut dum contra

Responso/
quod substā
tialiter vnū
lumē sunt
pater et fili
us.

fidei normam filius a patris æqualitate discernitur, magis patri q̄ filio detrahatur: quod huius loci manifestius demonstrat assertio, qua, dum filius solus lumen appellari creditur, ipsi patri, qui lumen genuit, nomen luminis abnegatur: qui autem non substantialiter possidet nomen luminis, non potest habere substantialiter uocabulum deitatis. Beatus quippe Ioannes Apostolus dicit: Quoniam deus lux est. Si ergo qui deus est, lux est, qui lux non est, deus non est. Quare lumen ex lumine credendus est filius, quia de deo natus est deus: ne dum solus filius lumen dicitur, deus pater intolerabiliter blasphemetur. Ac ne putemus patrē coniectura magis q̄ ueritate lucem dicere, necesse habemus hoc quoq; testimonijs approbare. In sanctis eloquijs de sapientia dicitur: Omnium mobilitatum mobilior est sapientia. Attingit autem ubiq; propter suam mundiciam, uapor est autē uirtutis dei, & manatio quedā charitatis omnipotentis dei synæris.

1. Joen. 1. 8

Sap. vii. 10

Et

Et ideo nihil inquinamenti in illā incurrit, candor est enim lucis æternæ, & speculū sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Candor lucis æternæ sapiētia diatur, quam lucē æternam patrē esse, uniuersa Christi anitas proficitur. Quod si forte aliqui putant, istā lucē æternā, cuius sapiētia cādor est, patrē accipi nō debere, necesse est, ut dum deū patrē lucē æternam denegant, aliā lucē æternam quærant, cuius esse candorē sapiētiā euidenter ostēdant. Sed ipsi nouerint, quomodo possint, aut lucē, quæ Deus non sit, aut alterā lucē, præter sapiētiā, quæ deo cōæterna sit, inuenire. Cognoscatur ergo lux esse pater luminis, ut saltē sic filius patri non dubitetur uel negetur æqualis. Vno iā testimonio deū patrem lucē esse docuimus, melius est, si id ipsum Apostolica quoq; prædicatione monstremus. Beatus Paulus, filios dei nos esse testatur dicens: Quicumq; spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, q̄ simus filij dei. Ioannes etiā Euangelista diat: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Vt igitur B. Paulus deum, cuius filij sumus, lucē esse monstraret, eosdem filios lucis quoq; filios appellauit, ita dicens: Vos autē fratres, non estis in tenebris, ut uos dies ille, tanq̄ fur, cōprehendat, omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei. Et filius ad discipulos: Vt sitis filij patris uestri, q̄ i cælis est. Ipsum uero filiū lucē cē, nullus poterit abnegare, de quo Euangelista

Nos sum⁹
lii lucis, et
go pater no
iter lux est.

Matth. v. 35.

- Joan. i. B** gelista dicit: Erat lux uera, quæ inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et rursus: Et uita erat lux hominum, & lux in tenebris luat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ipse quoq; filius, lucem se esse, propriam uocem testatur: Ego sum (inquiens) lux mundi.
- 1. Joan. i. B** Ut autem agnoscat pater in filio, lumen in lumine esse, in Ioannis testimonio perdoctur, qui ait: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Atq; subiunxit: Si in lumine ambulemus, sicut & ipse est in lumine, societatem habemus adinuicem. Quod ut se de patre dixisse monstraret, adiunxit: Et sanguis Iesu filij eius, mundat nos ab omni peccato. Patrem, quem lucem dixit, in lumine esse asseruit. Quod ergo istud est lumen, in quo pater est lumen, nisi lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum? Osi sum est igitur, patrem esse lumen, sicut est filius lumen.
- Ps. xc. B** Demonstratur etiã filius dies, sicut & pater est dies, Prophetâ dicente: Euangelizate diem ex die salutare eius.
- Jo. xliii. B** Quæ propter agnoscat pater esse in filio lumine, & filius in patre lumine, ipso de se lumine protestante: Ego in patre, & pater in me. Tanq̃ diceret: Ego in lumine, & lumen in me. Et ubi non inuenitur diuersitas luminis, nõ negetur æqualitas deitatis, ne dũ deus lux cẽ Apostolica prædicatione dicitur, ille qui lumen esse non dicitur, Deus etiam esse (quod nefas est) abnegetur. **OBIECTIO.** Omisimus superfluas rationes, quæ fastidium non facerent auditoribus, & ad hoc responsum est, ad quod sententia inquirebat expositionem Et quia inter patrẽ & filium

VII
Obiectio /
Cũ alius sit
pater et ali-
us paracliti-
suo / quod

filium distantia est, & quod dicitur, non est, eo q̄ inter illos differentia non sit. Ipse saluator dicit, qui credendus est: Alius est, qui testimonium perhibet de me pater. Idem ipse filius dicit de spiritu sancto: Et alium paraclitum mittam uobis. Alium dixit patrem, & alium dixit esse paraclitum. Et cum nō aduertuntur diuina iura & sacramenta, efficiuntur homines paganitatis professores, qui ante aduentum Saluatoris dixerunt Homouision, quorum & heretia facti sunt professores, cum asserunt patrē & filium & spiritum sanctum unum esse Deum.

non sit vna
natura in
tribus.

Responso
Est ali⁹ pa-
ter / ali⁹q̄
paraclet⁹ /
solū perso-
nali / nō sub-
stantiali, dif-
ferentia.

RESPONSIO. Vera fides nunquam superficialis, sed rectas semper habet & habuit rationes, nec ex his aliquod fastidium nascitur, si modo absq; contentionis studio ueritas audiatur, quæ ob hoc alium dixit patrem, ut personas discerneret, non, ut substantialem distantiam demonstraret. Nam cum alium dixit, ostēdit, propriam habere personam. Patrem uerò nominans, demonstrauit se unam cum eo habere substantiam, hoc modo: Si enim pater, qui testimoniū perhibet filio, uere alius est, utriusq; persona discernatur. Vere & pater est, ut substantialis unitas demonstratur. Quod si uera est paternitas patris, uera est etiam natiuitas prolis. Et si est filij uera natiuitas, inter patrem filiumq; substantialis nō potest esse diuersitas. Vera enim et æterna substantia, de qua uera natiuitas existit, sicut generando minui diuidiq; non potuit, ita in se tota permanens, totam se cœternæ ueritati natiuitatis indulsit, ut salicet gignentis genitūq; non solum æqualitas absq; diuersitate consisteret,

Uera et
æterna filij
natiuitas /
ex eadē sub-
stantia / i⁹
qua pater ē

i sed

Caroline
dicit pater

sed etiam sine confusione detrimentoq; naturalis unitas permaneret. Diuine quippe natiuitatis & nomen & ueritas, sicut discretam monstrat gignentis genitiq; personam, sic diuersam non sinit putari substantiã. Alius ergo propterea dictus est pater, ut generationis ueritas monstraretur, nõ, ut putaretur aut prior aut potior. Nam si potiozem accipere debemus, quem audimus aliu diã, compellimur etiam paraclitum spiritum, pro eo quod alius dictus est, potiozem filio confiteri. Sicut enim patrem alium filius dixit, ita paraclitum alium nuncupauit. Si placet igitur, et hoc fidei ueritas exigit, ut melior putetur, qui alius dicitur, quoniã pater alius est dictus, & alius paraclitus: ex hoc iam filius subijãatur ambobus, ut saltem sic paraclitus coequetur patri, qui pro eo quod alius nuncupatus est, filio dicitur anteponi, ut huius communionis pronomini, in patre & paraclito demonstraretur communio deitatis. Si autem paraclitus, licet alius dicatur, tamen filio non prefertur, nec pater ideo preferendus est filio, quia alius dicitur. Hoc enim pronomine, personarum ostenditur discretio, non nature. Denique ne fidei ambiguitate, ueritatis regula deserentes, per deuios circumferamus errores, ipse Dominus nobis, & unam se cum patre retinere substantiam, & alteram se demonstrauit habere personam, dicens in Euangelio: Ego & pater unum sumus. Quod dictum, hi qui diuine unitatis in patre et filio significationem tenuare contendunt, non ad substantialem unitatem, sed ad uoluntatis student referre concordia. Quod
si sic

Ego et pater
unum sumus.
Jo. i. x. ff.

si sic dominus uellet intelligi, posset dicere: Ego & pater unum uolumus, non, ego & pater unum sumus. Sed nūc eligat quisq; quod uelit, utrum in deo aliud putet esse, & aliud uelle, an hoc credat esse quod uelle, ut ei possit huius dicti dominia manifestius ueritas apparere. Si enim aliam dixerit in deo uoluntatē, quo uelle dicitur, & aliam essentiam, quæ esse cognoscatur, ad uoluntatem referri non potest, quod secundū essentiam dictum est: Ego & pater unum sumus. Esse enim ab essentia dicitur. Si autē hoc in deo (sicut certū est) putatur, esse quod uelle, dum uoluntatis unitas asseritur, substantialis etiam unitas non negetur: ut & in eo, quod dixit, sumus, agnoscat non aliud esse quā pater est, & in eo, quod dixit, sumus, agnoscat non ipse filius esse qui pater est. Hanc Patres nostri, per omnia Christi sectati doctrinā, unius esse substantiæ patrem filiūque dixerunt, quod græce Homousion dictum est, illa saluat ratione, quoniam in Græcia, noua tunc emerferat hæresis, quæ unigenitum separare nitetur à substantia genitoris, ad hoc, ut quisquis illam doctrinam reaperet, non creatoris cultor, sed creaturæ potius appareret. Mirum autem est, quod in hoc nomine sonus tantū à quibusdā attenditur, nec dicti intelligentia uestigatur, cū pleraq; nō sint antiquitus dicta, et pro tēporū causarūq; oportunitatibus professioni fidei reperiuntur inserta. Sicut ingenitus pater, nusquā in scripturis Canonicis legitur, et tamen secundū fidei ueritatē ingenitus prædicatur: Aduersus Sabellium saluat, qui patrē filiūq; non cōmunionē substantiæ

Homousion
a patribus /
nō ex scrip-
turis / re-
ceptū est.

unum intelligit, sed personali singularitate confundit. Quod si sonus, non sensus, consideratur in uerbis, non ænseatur ecclesia nomine catholico, quod nec in ueteri, nec in nouo reperitur positum testamento. Si uerò hæc omnia, cum in nullo sint canonico uolumine, digne tamen tenentur in fide: quæ nobis in Homouision putetur prohibendum, non sonum dicti considerare, sed sensum? nec attedere nouitatem uerbi, sed uirtutem intelligere sacramenti? Mirum est autem eos, qui pro unius substantiæ credulitate uolunt nos homouisionos dici, quomodo se noluunt triusianos, pro tribus & diuersis substantijs, appellari, quamuis & si tali nomine ænseri fugiant, cum hoc eos tamen esse, qualitas suæ credulitatis ostendat. Digne itaq; patrem & filium & spiritum sanctum, personarum proprietate seruata, unum colimus Deum, quoniam fides uera, nec tres Deos recipit, quod faciunt Pagani multicolæ, nec Deum suum creatum aserit, quod cultores prædicant creaturæ. **O B I E C T I O.** Sælus & ualde blasphemum aduertat homines, qui salutaria præcepta capiunt sectari. Nã falsitas professionis nunquam prodesse eis poterit, quam quærunt iniuriando Deum per blasphemiam colere uel uenerari: si ab hominibus non toleratur iniuria, ab ipso Domino auctore qualiter poterit tolerari? Ostendit enim arca infideles suam obiurgationem, dicendo: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. **R E S P O N S I O.** Apostolica fides Deum non iniuriat, sed honorat, quæ diuinam substantiam nec minorari potuisse aserit, nec mutari. Et ideo
filium

Homouisioni.
 Triusiani.

VIII

Obiectio /
 quod fiat
 deo iniuria
 per cultum
 filij.

Responsio /
 maior effect
 iniuria, si
 lius minor
 patre existi
 maretur.

filium æqualem patri prædicat, quoniam una utriusq; substantia, perfectionis suæ plenitudinem in utroq; conseruat. Tunc ergo Deo infertur iniuria, quando per diuersitatē diuinitatis cum creatore colitur creatura, cum creationis nomen in eo sit tantum accipiendum in filio, quod pro redemptione hominum, ex hominibus factus est homo. Spiritum quoq; sanctum, si creaturam Dominus uellet intelligi, nunquam præaperet sibi & patri in sacramento baptismatis copulari, dicens: *Itē, doceat oēs gētes, baptizate eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.* **OBIECTIO.** De generatione autem eius, quod dictum est: *Ex utero ante luāferum genui te: quis dubitet de carnali natiuitate fuisse dictum? cū ipsa ante scriptio ostendat tibi ad intelligendum, cum diat Propheta, q̄ in splendoribus sanctorum ante luāferum genitus sit. Et splendor sanctorum præconium ostenditur esse Prophetarum, & eorum uatiāratio de eo fuisse adimpleta, ut cum manifestaret ipsam esse, et Propheta dicens: Ex utero ante luāferum genui te, & splendidum contigit, q̄ per uirginem nasā cum os propheticum ante dixit. Quis dubitet hanc natiuitatem ita contigisse, ut scriptura memorat?* **RESPONSIO.** Multum fallitur, qui huius scripturæ locum diuinæ natiuitati non credit conuenire. Et audiens Deum dixisse: *Ex utero ante luāferum genui te: quis in Deo carnalis uterus non potest credi, æstimet huius loci sensum ei tantummodo generationi, quæ secundum carnem est, coaptandum, cum præcedens uersus diuinæ magis intellectum generationis in-*

Neq; spiritus sanctus creatura ē.

IX

Obiectio /
Ex utero
ante luciferum
genuitē

Responsio,
quod id nō
de carnali/
sed diuina
Christi nati
uitate debz
intelligi.

Nomē vte-
ri / hic pro
natura di-
uina poni-
tur

sinuet, quo pater diāt ad filium: Tecum prināpium, ut agnosatur, patrem & filium unū esse prināpium. No-
men uerò uteri translato uocabulo dictum est, quo ipsa diuina significaretur natura, sicut corporalibus nomini-
bus īcorporalis substātia dei aſolet nominari, ut sensus hominum consuetis naturæ suæ uocabulis, ad intelligen-
tiam diuinitatis possit adduā. Dicuntur enim oculi dei omnia uidere, sicut scriptum est: In omni loco oculi dei speculantur bonos et malos. Quis autem dubitet, ita deū per naturā suam totam uidere, sicut eum p̄ naturæ infini-
tatem omnia fatemur implere? Sed & diuersa corpora-
lium membrorum uocabula ob hoc in deo iueyimus (ut dictum est) nominari, ut per harū rerum effiāctias, sub-
stantiæ ipsius īcorporalis proprietates possit intelligi. Sic ergo & hic se dixit, ex utero filium genuisse, ut quē audimus ex utero genitum, à natura patris nullus estli-
met alienū. Quod autē ante luāferum dixit, osten-
dit filij natiuitatem perpetuam initio temporali non esse subiectam. Luāfer enim stelle uocabulum est, et in initio mundi, cum deus luminaria & sydera condidisset, iussit ea esse in dies & menses, & tempora & annos, quibus nominum arca-
lis tempus omne uoluitur. In splendo-
ribus autem sanctorum, non recte intellecta sunt uatiā-
nia prophetarum. Splendor enim sanctorum, non in offi-
cio predicationis, sed in resurrectionis claritate cōsistit. De quo splendore dominus diāt: Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris sui. Hunc splendorem futu-
re resurrectionis, his uerbis etiam Daniel propheta cōmemo-

Ante luci-
ferum.

In splendo-
ribus san-
ctorum.

Da. xij. 8

commemorat. Et multi dormientium in terræ fossura, in operatione exurgent, hi in uitam æternam, et hi in obprobrium & confusionem perpetuam. Et intelligentes splendebunt, ut splendor firmamenti. Et ex iustis multi, sicut stelle in sæcula. Hic autem splendor tunc sanctis à domino tribuetur, quando secundum Apostoli dictum, reformabit corpus humilitatis nostræ, conformæ corpori claritatis suæ. In hoc ergo splendore, tunc integre sancti intelligent, patrem & filium unum principium esse, nec à se inuicē uel substantia uel maiestate distare. Licet ergo confitemur filium secundum carnem ex utero uirginis procreatum, non tamen ambigimus de utero patris, id est, de patris substantia genitum, imò sic confitemur filium de utero dei uerum deum natum esse, sicut de uirginis utero uerum non dubitamus hominem procreasse: ne (quod absit) si de matris substantia uerius homo natus credatur, & uerius deus de patris substantia denegetur, potior æstimetur humana natura (quæ id quod est, procreare potuit) quàm diuina substantia, quæ uerum deum generare non ualuit. **OBIECTIO.**

Non est nimium dedecus, ut fraudibus proprijs decipiatur male intelligens animus, ut aliquando duo dicantur esse unus, aliquando tres unus? Nunquid non occurrat beneficij munus, quando unus non est cum duobus designatus? Ludibrium est credere, ex tribus partibus deum unum constare, cum adhuc, quod peius est, diatur de eis, quod sic credendus est unus deus, cum non sit ipse pater, qui filius, non ipse filius,

Phil. iii. D

X. Obie.
quod nō re
cte duo aut
tres dicant
unus.

qui spiritus sanctus. De quibus profitemur differentias inter se habere, honorem uero unusquisq; suum non posse habere, nisi malignum peccatus eos in uno Deo inueniatur copulare. **RESPONSIO.** Nullis fraudibus aut proprijs aut alienis decipitur, qui Deum unum sic colit, ut in Trinitate nouerit, nec personas confundere, nec substantiã separare: & illã unã naturã unum Deum intelligit, in qua eternitatem ueræ diuinitatis agnoscat.

Responso/
Rectissime
tres perso-
ne dicuntur
vnus Deus

Non solũ pa-
ter deus est /
sed et fili-
us et spiritus
sanctus.

psal. lxxi.

Isa. xlv. d

Diatur enim nobis: Audi Israel, dominus deus tuus, dominus unus est. Itẽ: Dominum deum adorabis, & illi soli seruias. Quod si dominũ deum, solum patrẽ accipere debemus, filio ergo nec ut deo seruiamus, nec cum adoremus. Quicquid enim ad naturã domini dei solius non pertinet, ut deus à nobis adorari non debet. Quid autẽ dicturi sumus de filio, quẽ in cælis omnesq; uirtutes adorant semp̃ & laudant, intantũ, ut etiã in forma serui positũ, & propter passionem mortis paulò minus ab angelis minoratum, adorare angeli iubeantur, Moysẽ dicente: Letamini cæli simul cum eo, & adorent eum omnes angeli Dei. Hominũ quoq; adorationem Dauid, diuinitus inspiratus, adiungens, ait: Adorabunt eum oēs reges terræ. Omnes gentes seruient ei. Quomodo ergo & ab hominibus & ab angelis adoratur, si ab unius dei substantiã separatur? Quomodo illi seruitutem, quæ deo tantũ debetur, audemus exhibere, si una non est illi natura cum patre? Nam quia unus est deus, ita nobis diatur per Prophetã: Ego deus, & non est alius præter me, iustus & saluus non est alius præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis,

eritis, quia ab extremo terræ ego sum deus, & non est alius. Per me ipsum iuro, quoniam exiuit ex ore meo iustitiâ, & uerba mea non auertentur. Mihi enim inclinauit uniuersitas genu, & iurauit omnis lingua per deum. Ecce deus qui in hoc loco se tantum dicens deum, præter se alium non esse testatur. Quod si quisquæ omnem hic noluerit Trinitatem accipere, cogetur hanc uocem soli filio deputare. Quis enim deus, præter quem alius non est, nisi ille, cui Esaias diat: Laborauit Aegyptus, & mercatus ethiopum & Saba uiri ex æli ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur alligati uinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur, quoniam in te est deus, & non est deus præter te. Tu enim es deus, & nesciebamus, deus Israel saluator. Erubescant & pudebunt omnes qui aduersantur ei, & ibunt cum confusione. Ecce in ipso est deus, & præter ipsum non est deus, & ipse est Deus Israel saluator. Superius autem is qui dixit: Ego Deus, & non est alius præter me: adiunxit: Iustus & saluans non est alius præter me. Quis autem iustus est? nisi cui Dauid diat: Dilexisti iustitiâ, & odisti iniquitatem. Quis uero est saluans? nisi de quo angelus in somnis ad Ioseph locutus est dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Cui uerò conuenit dicere: Conuertimini ad me & salui eritis, quia ab extremo terræ ego sum deus, & non est alius: nisi filio? De quo Dauid diat: Reminisc-

Ibidem. C

psal. xliiij. C.

Matt. i. C.

psal. cxi. A

æntur & conuertentur ad dominum uniuerſi fines terræ,
 & adorabunt in conſpectu eius omnes patriæ genium.
 Per me ipſum iuro. Quod ergo ſequitur: Per me ipſum iuro: Quis hoc cre-
 dendus eſt dicere, niſi qui hoc modo inuenitur Abra-
 hæ ante iuraſſe? Hunc autem non patrẽ, ſed filium aſſe-
 runt, qui filium à patre ſecondũ diuinam naturã minorẽ
 prædicare contendunt. Iſte autẽ deus, qui p̄ ſemetipſum iu-
 rat, utrum maiorẽ ſe habeat, Paulus nobis beatus oſtẽ-
 dit, qui ad Hæbreos ſcribẽs, ait: Abraham nanq; promit-
 tens deus, quoniã neminẽ habuit, p̄ quem iuraret, maio-
 rẽ, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicens bene-
 dicam te, & multiplicans multiplicabo te. Iſte ergo deus,
 qui p̄ ſemetipſum iurat, quoniã neminem habet, p̄ quem
 iuraret, maiorẽ, quid ſequitur uideamus. Quoniã exi-
 bit, inquit, ex ore meo iuſtitia, & uerba mea non auertẽ-
 tur. Mihi enim inclinauit uniuerſitas genu, & iurauit
 omnis lingua p̄ deum. De cuius ore ergo exijt iuſtitia: ni-
 ſi eius, de quo dixit Eſaias: Egredietur uirga de radice
 Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper
 eum ſpiritus domini. Et poſt paululum: iudicauit in iu-
 ſtitia paupes, & arguet in equitate pro manſuctis ter-
 ram. Sequitur deinde: Iſte deus præter quẽ non eſt alius:
 & diat: Verba mea nõ auertẽtur. Cuius autẽ hæc uox eſt?
 niſi illius, qui in Euangelio diat: Celum & terra tranſi-
 bunt, uerba autem mea non tranſibunt. Item adiungit de
 us iſte, præter quẽ non eſt alius, & diat: Mihi enim in-
 clinauit uniuerſitas genu, & iurauit omnis lingua per
 deum. Hoc autẽ de quo intellegi debeat, Paulus nobis, ma-
 giſte-

gisterio Christi doctus, ostēdat, qui scribēs ad Rom. sic
 ait: Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur,
 siue enim uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, do-
 mino morimur. siue ergo uiuimus siue morimur, domini
 sumus. Et ut se de Christo dixisse monstraret, adiunxit:
 In hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit, ut et
 mortuorū & uiuorū dominetur. Tu autem quid iudicas
 fratrem tuū, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes
 enim stabimus ante tribunal dei: statimq; hoc propheti-
 cum subijāt testimonium dicens: Scriptum est enim: Vi-
 uo ego, diāt dominus, quoniam mihi flectetur omne genu
 & omnis lingua confitebitur deo. Ante tribunal uerò
 Christi, nos adstaturus ipse denuo testatur, dicens: Oēs
 enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut
 reāpiat unusquisq; propria corporis, prout gessit, si-
 ue bonum siue malum. Ipsi quoq; omne genu flecten-
 dum, idem docēt Apostolus dicens: Vt in nomine Iesu o-
 mne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferno-
 rū, & omnis lingua confiteatur, q̄a dominus Iesus Chri-
 stus in gloria est dei patris. Iam nunc omnia quae supe-
 rius dicta sunt, denuo consideremus. Diāt deus: Ego de-
 us, & non est alius prater me. Et in persona filij diāt
 Esaias: Quoniam in te est deus, & prater te non est de-
 us. Tu enim es deus, & nesciebamus, Deus Israel salua-
 tor. Deus autem Israel deus unus est. Sequitur autē. Cete-
 ra quae testimonijs supr. dictis ad filiū ostendimus perti-
 nere. Ipse enim per semetipsum iurat, neminem habens
 maiorem. Ipse populum suum saluat. Ipse iuste iudicat.

Ro. xliij. B

Esa. xlv. D

Phil. ii. B.

Epilogus
hui⁹ respō-
sionis deci-
me.

Ipsi

Ipsi fleſcitur omne genu caeleſtium, terreſtrium, & infer-
 norum. Ipsi omnis lingua confiteſcitur, à quo eſt retributio
 reddenda factorum. Ipſe ergo, de quo hæc omnia dicuntur,
 per prophetam diat: Ego deus, & non eſt alius præ-
 ter me. Nunquidnam deum iſtum, præter quem alius non
 eſt, ita ſolum filium accipimus, ut ab eo patrem & ſpi-
 ritum ſanctum ſeparemus? Abſit. Hoc enim impoſſibile
 eſt. Nam præter deum patrem deus filius non eſt, quia
 de patre eſt, & in patre eſt. Præter patrem & filium Spi-
 ritus ſanctus non eſt, quia patris & filij ſpiritus eſt, &
 in patre & in filio eſt. Vnde cognoſcitur, quoniam iſta
 Trinitas unus dominus deus eſt, de quo diatur: Audi
 Iſrael, Dominus deus tuus, dominus unus eſt, & dominum
 deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruiſ. Huic domino etiã
 Eſaias propheta diat: Domine præter te alium non no-
 uimus, nomen tuum nominamus. Hoc autem nomen Sal-
 uator noſter oſtendit, dicẽs diſcipulis ſuis: Ite, doceſte omnes
 gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpi-
 ritus ſancti. Iſtud eſt nomen domini, præter quẽ aliũ nõ
 nouimus, & cuius nomine nominato, à morte liberamur,
 de poteſtate tenebrarum eruimur, ut in regnum filij trãſ-
 feramur. In patre ergo & filio & ſpiritu ſancto unitatẽ
 ſubſtantie accipimus, perſonas confundere nõ audemus.
 Beatus enim Ioãnes Apoſtolus teſtatur dicẽs: Tres ſunt,
 qui teſtimonium perhibent in celo, Pater Verbum & Spi-
 ritus. Et tres unum ſunt. Quod etiam Beatiſſimus mar-
 tyr Cyprianus, in Epistoſa de unitate Eccleſie confite-
 tur, dicẽs: Qui pacem Chriſti et cõcordiam rumpit, ad-
 uerſus

Deu. vi. 8.

Matthæi.
xxviii. 19.

Joan. i. 3.

uersus Christum faat: qui alibi præter ecclesiã colligit, Christi ecclesiam spargit. Atq; ut unam ecclesiam unius dei esse monstraret, hæc confestim testimonia de scripturis inseruit: diat dominus: Ego & pater unū sumus. Et iterum: De patre & filio & spiritu sancto scriptum est, & tres unum sunt. Nam & in libro de Oratione dominica, ut ostenderet Trinitatem unius deitatis esse, nec inter se aliquam diuersitatem habere, Danielẽ & tres pueros, ternarum horarum arcaulis reuolutis, oratiõem fundere solitos memorauit: ubi & in trium horarum curriculo, & in unius orationis officio, unum deum esse trinitatem euidenter ostendit. Non ergo ex tribus partibus unum colimus deum, sed Apostolicæ fidei regulam retinentes, perfectum & consempiternum filium, de perfecto & sempiterno patre, sine initio genitum, & potestate non imparẽ, & natura fatemur æqualem: Sanctũ quoq; spiritum nõ aliud fatemur esse q̃ deum, nec à filio nec à patre diuersum, nec in filio nec in patre confusum.

Unus est enim, atq; idem patris & filij spiritus,
 totus de patre proædens, totus in utroq;
 cõsistens, nec est diuisus in singulis,
 quia inseparabiliter est utrisque communis:

B. F. V. L. G. E. N.

TII AD TRASIMVNDVM REGEM
 VANDALORVM, IN AFRICA,
 LIBER PRIMVS, DE MYS-
 TERIO MEDIATORIS
 CHRISTI, DVAS NATV-
 RAS IN VNA PERSO-
 NA RETINENTIS.

∴

Liber a Re-
 gebestinat^r
 Fulgentio.



RIVMPHALIBVS
 tuis sensibus, pijsse Rex,
 nequaq̄ crediderim obliui
 one subtractū, quod nup
 mihi quoddā uolumē, ba
 iulo Felia, præperis de
 sinari, iubēs me illico re-
 spondere. Cuius quia tan-
 ta fuit prolixitas, ut ege-
 ret aliquanto diutius recēseri, & diurni finis aderat, no-
 cte propinquante, curriali, uix eiusdē uoluminis prinā
 pia atate delibās lectiōis excursu, poposcerā, ut ad cun-
 cta plena reānsitionis ordine plegenda, noctis unius no-
 bis spaciū fuisset indultum. Quod uestre mansuetudinis
 uoluntas omnino statuit abnegandum, ita, ut nec saltim
 ad residus plegenda scripturæ nobis præpisses adtri-
 bui.

but. Ego uerò, cū spacio quorundam dierū ordinatio-
nem tui culminis præstolarer, ac deinæps interrogatio-
nis illius tenore subtracto, sola fuisset à nobis flagitata
responsio, pauca, quibus, domino adiuuante, nostri par-
uitas suffiat ingenij, de eadē interrogatione, quā ex prin-
cipio tenuiter cognoui, uestræ reuēsendam mansuetudi-
ni desinaui: Ne forsitan, aut fastidio putarer tumidus,
aut tæturnitatis culpa iudicaretur obstrictus, quē uestra
celsitudo suspicaretur, aut supbia responsionem nō redde-
re, aut ueræ fidei diffidētia tæuisse. Nam ludio uestro,
clementissimè Rex, comptum esse non ambigo, apud eos,
qui Christianæ gratiæ partiāpatione redēpti sunt, penē
id esse, fidē nolle asserere, quod negare. Quippe cū ipse
unigenitus deus, humani generis conditor & redēptor, si
aut se confessurum confitentem, se negaturū negantem, ar-
ta prorsus denūciatione testatur dicens: Qui me confite-
bitur corā hominibus, confitebor & ego eum corā patre
meo qui est in cælis. Qui autē negauerit me corā homini-
bus, negabo & ego eum corā patre meo, qui est in cælis.
Ita denuo erubescētē se suosq; sermones, ipse quoq; in
sua maiestate ueniēs erubescet. Cuius dicti normam, tali
Lucas sententia cognoscatur posuisse, ubi huius cōfusiōis
sic exitiale firmat tæturnus silētiū, ut erubescētē pditiōi
nō sileat manāpandū, inter alia dominū hęc dixisse com-
memorās: Quid enim profiat homini, si lucretur uniuersum
mundū, se autē ipsum perdat, & detrimentū sui faci-
at. Causamq; huius perditionis insinuās, adiecit: Nam
qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius hoīs eru-
bescat,

Responsio
Fulgentis
ex iussu re-
gio.

Fidē nolle
asserere / ē
fidē negare

Luce. ix. C.

Respondendi necessitas etiam ex precepto diuino.

beſæt, cum uenerit in maiestate ſua & patris & ſanctorum angelorum. Nec immerito talis ſeruus & abijatur & punitur, quoniam uno eodemq; ſilentio firmat errorem, qui terrore ſeu tempore poſſeſſus, ſilēdo non adſtruit ueritatem: dominicam quoq; gloriam qui non firmarit, euacuat: & diuinam contumeliam qui non refutarit, adauulat. Plarūq; miles ignauus, regia caſtra, ſomnolēto corpe depreſſus, oppugnātib; tradit, dū cōpetētibus exaubijs nō defendit. Hęc idcirco q̄ maxie præmittēda, ne ſupbæ reſpōſiōis aliquatenus notare tua pietas uelit, cui ipſa reſpōdēdi neceſſitas offiāū libera reſpōſionis imponit. Nam cum de deo res agitur, non leuis reatus eſt, ſi quod ad ſalutem pertinet, tacetur. Ita nanq; nos oportet corde ad iuſticiam credere, ut oris confeſſio fiat pariter ad ſalutem, quoniam uerbum dei non eſt uinctum. Huc accedit, quod illud diuinę præceptiōis oraculum, omnis eccleſiaſtiā prædicatoris perſonam, non tantum fidei, ſed etiam ſeruitij quadaſſam communionē perſtringit, dicente domino: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuam. Quod Eſaię cum dicitur, in uno pluribus imperatur, ipſo unigenito deo diſcipulis loquente: Quod uni ueſtrum dico, omnibus dico. Propterea nos etiam ſ. Pet. iij. c. Beatus Petrus ad reſpondendum paratos eſſe debere, paternę iubet dilectionis inſtinctu: Parati, inquit, ſemper ad reſpondendum omni poſtanti uos rationem de fide & ſpe, quę in uobis eſt. Cum omni poſtanti rationem fidei ſpei q; noſtrę præcipimur reddere, ceſſat proſus uniuerſe tam dignitatis exceptio quàm perſonę. Cui enim

enim ueritatis insinuatio deneganda putabitur, cum se loquutum sine cōfusione coram regibus Propheta testatur, dicens: Loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebat. Quorā cum pro nostra fide, in quantum facultatem diuinitus accepimus, libere respondemus, nulla contumaciā seu contumeliā debemus suspicionē notari, cū nec nostrā humilitatis, nec regis simus dignitatis immemores, sciamusq; Deo timorem, honorē regibus exhibendum, Apostolica ita nos præmonente doctrina. Reddite omnibus debita. et paulò post: Cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Huius timoris honorisq; manifesta nobis beatus Petrus aperuit discretione notitiam, dicens: Sicut serui dei omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum time, regem autem honorificate. Non autem parū clemenciæ tuæ dilectionis exhibet & honoris, quisquis interroganti tibi hoc respondet, quod ad fidem pertinet ueritatis. Competens igitur mansuetudini tuæ deserimus honoris obsequium, cui regalis apicem culminis diuina ærnimus largitate conlatum. Nec tamen quenquam sapientem fugit, quanto sempiternus ille rex regum & dominus dominantium timore debeat suscipi, qui temporales etiam reges præcipit honorari. Hunc si quis parum metuit, ualde contemnit: huius qui non memorat honorificentiā, auget iniuriā: nec ingrati refugit culpam, qui creatoris immensitatem perpetuam & perpetuitatem immensam creaturarum putauerit qualitatibus æstimandā. Hoc benigna mansuetudo tua proculdubio p̄spiciat, hoc ingenij studijq; tui sagacitas

In respōde
do habēda
est ratio re
gie dignita
tis.

Deo plus ti
mēd' et ho
norandus /
s̄ rex tem
poralis.

k recognoscat,

Leno Bar-
bari regis
et studio la-
piencie.

recognoscat, quam uere mirandam, quisquis nouit consi-
derare, pronunat, non quod insolitum sit, hominē scri-
pturarum studijs insistere, sed quod rarum hactenus ha-
beatur, Barbari regis animum, numerosis regni curis iu-
giter occupatum, tam feruente cognoscendę sapientię de-
lectatione flādari, cum huiusmodi semper infatigabi-
les nisus, non nisi uel oiosus quis habere soleat, uel Ro-
manus: per te clementissime rex, per te, inquam, disāpli-
nę studia molūtur iura Barbaricę gentis inuadere, quę
sibi uelut uernacula proprietate solet insatiā uendicā-
re. Inuētus es, qui te ipso potior extitisses, dū sic Aphri-
cano p̄sides moderando regimini, ut magis desideres
animę spaciā dilatare quā regni, hosti uenerabilis rex,
et (ut non ambigo) firma tenes sententiā comprobatur,
quanto melioribus inhereat commodis, qui ueritatem
desiderat nosse, quā qui subactis genibus, temporalis
fines regni cupit latius propagare. Magnum bonum
confert inquisitio ueritatis, quę tamē tūc desiderato nō
frustratur effectu, si rectis ad ueri cognitionē lineis ani-
mus innitatur. Tunc etiā uelociter proderit ingenio au-
currere, si tendentis ad ueritatem gressus, nullo prauitatis
teneatur errore. Qualiter autē salubris est credu-
litas aestimanda, quę putat in eo cultum religionis diuini-
tatis consistere, ut uel naturali ueritate sit priuanda diuini-
tatis, dum negatur in ea, quod nō negatur in hoīe, uel cū
redemptionis nostrę p̄uertitur in acta cōfusione myste-
rium, ut dominū Christum, dei et hominis filiū, uel deū
de patre naturaliter uerū, uel hominē quis audeat negare

re p̄ta

Studii re-
gis errone-
ū in Barri-
na perfidia

re perfectū, aut si subiacuisse diuinitas aestimetur passionibus hoīs, uel non totus homo fuisse credatur in uirtutibus deitatis, ac sic nō dissimili ueritas euacuatur errore, si uel in una persona ueri dei ueriq; hoīs Christi, quod diuersum substantialiter constat esse, confunditur, uel in diuinitate patris & filij & spiritus sancti, substantiāli diuersitate credita, quod unū atq; ī diuisibile Trinitatis est, separatur, cum nec diuina simplicitas particularē sibi diuersitatem adscribi pmittat, unde nō immerito compositioni subiaceat, nec rationalis intelligentia cultu diuersitatis ullatenus egeat, quæ unius tantum simplicitas sempiternæq; naturæ fidē, ad salutis suæ plenitudinem sat esse cognoscat: ut pote, quæ non ignoret, ipsum Deum sibi cælestibus oraculis intonare: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Et Dominū Deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs, & nō crunt tibi dii absq; me. Sed nec illud est humanis mētibus ignorandū, quāto salutis mutetur æternæ dispēdio, quisq; ueri Dei proprio unigenitōq; filio, quantū ad diuinitatis attinet immensam sempiternāq; substantiā, uel localis motionis uel cuiusquam mutabilitatis non metuat impijs mortiferisq; contumeliā cogitationibus uel sermonibus inrogare. Vnde nō immerito Dauidiā carminis illos ita condēnat eloquiū: Dixit insipies in corde suo, nō est Deus: quia reuera, si localis, nō immēsius: si mutabilis, nō est Deus. Certum est aut, penē omnes hæreticæ prauitatis errores hinc quibusdā multipliciter subrepsisse, dum magnū pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne,

Deu. 10. 24.

Errores hæreticos ex malo intellectu circa mysteriū incarnationis.

k 2 spiritu,

spiritu, apparuit angelis, predicatū est gentibus, creditū est in hoc mundo, assumptum est in gloria, nonnulli aut non sicut est credunt, aut omnino non credunt: Et ille lapis, qui ab ædificantibus reprobatus, in caput factus est anguli, qbusdā prauæ credulitatis cæcitate possessis, lapis offensionis & petra scandali effiatur. Vnde non

Lu. ii. 10.

immerito, cum Simeon infantem Christum, templi domi-
num, ad templum suum præcepto suæ legis allatum, gau-
dens ulnis meruisset gestare senilibus, & figuram gerēs
presentis æui, carnali senio iam defecsi, nouum uetulus
hominem sumeret, eum saluaret, qui solus posset ex peccatō-

Ps. cxlii. 3.

toribus (longe uo dicenti: Tu es Deus saluator meus, & te
expectaui toto die) nō solū inolitam uetustatem demere,
quin etiam iuuentutem, sicut aquilæ, renouare, (ut pote

Ephē. iiii. c.

cui etiam Apostolica tuba foret ueraāter canitura: Sicut
est ueritas in Iesu, deponere uos secundum pristinam cō-
uersationem ueterē hominem, qui corrumpitur secundū
desideria erroris, renouamini aut spiritu mentis uestre,
& induite nouum hominem, eum qui secundum Deum
creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.) ille igitur

Johā. iij. 8.

Simeon, mundanæ æternens adesse saluationis ac renoua-
tionis effectum, (non enim misit Deus filium suum ut iu-
dicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum) cum
primū se uite presentis angoribus precaretur absolui,

Lu. ii. 10.

dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundū uer-
bum tuum in pacē. Quia uiderunt oculi mei salutare tuū.
Quod paraisti ante faciē omnium populorum. Lumen
ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel:

paulo

paulò post hoc de ipso testatur: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum. Ibi ergo male credentibus ruinam perfidia generat, ubi recta credulitas fideles exultat: in uno eodémq; Christo, uero Dei ueroq; hominis filio, minus perspicuentium tenebratur hæctenus lippitudo, in quo inluminatis ueri luminis claræ manifesta cognitio. Inde est, q; Iudæus hominem Christum cæcus uidit, & credidit, cui iam pridem Esaias nõ destitit prædicare: *Aure audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis & non uidebitis.* Quid uerò essent non uisuri uidentes, subsequutus ostendit, dum Deum ex uirgine nasaturū euidenti uariatione testatur: Ecce, *Esai. vii. b*

inquiens, uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitis nomen eius Emanuel, quod interpretatur Euāgelista, dicens: Nobiscum Deus. Audiens ergo Iudæus, remansit surdus, & uidēs, magis factus est cæcus, à quo nec ueri patris sempiternus atq; unigenitus filius creditur, & incorruptæ uirginitatis fœcunditas abnegatur:

Hinc etiam Manichæus in Deo uero uerā carnem formidat credere, cum humanam carnem, non uitio culpæ, sed naturali credens proprietate pollutam, nature malignam sibi mendaciter fingit, tantam uirtutem cæcus attribuit, ut si crediderit, uerum Deum uerā carnis assumpsisse naturā, diuinitatem, quam fallacā professione dicit inquinabilem, carnis non credat pollutionis expertem: & ideo in Christo carnis phantasiā credere maluit quàm naturā: & dum infirmitatem humanam, ab illa susceptā, medicinali uirtute, non uidit, semetipsum miser à reme-

Ex libro sapientie refutatur error Manichei. dio salutis exclusit. Sed hæc impure dementia falsitas, sancti spiritus præsciencia resistente, prius est extincta quam genita, incoquinabile sapientiæ statum his uerbis instrumenti ueteris serie commendante: Omnium mobilitatū mobilior est sapientiã, attingit aut ubiq; propter suam munditiã. Vapor est enim uirtutis Dei, et manatio quædã claritatis omnipotētis Dei synæris, et ideo nihil inquinamenti in illam incurrit. Splendor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius, et cum sit una, omnia potest, et permanens in se, omnia innouat. De qua sapientiæ incoquinabilitate, atq; incarnationis ueritate securus ille, qui de pectore ipsius sapientiæ mysteriorum celestium meruit intelligentiã inluminatus haurire, fiducia liter diat: Ois spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est: Omnis spiritus, qui nõ confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo non est. Et hic est Antichristus. Fetulentæ quippe carnis inquinamenta non sensit, qui ad suscipiendam ueram substantiam carnis, et eandẽ mundandam carnis fetulentiam uenit. Quoniam ideo carnem immaculatam dignatus est sumere, ut carnem saluans, omnem possit carnis maculã submouere, memorato

Sap. vii. C.

Cõuincitur itẽ ex epla B. Johãnis I. Johã. iiii

ibidẽ. iiii. a

rursus Ioanne testante: Scimus, quia ille apparuit, ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est. Iterum: In hoc apparuit filius Dei, ut soluat opera diaboli. Nam quia Dei opus uinculo tenebatur diaboliã operis, apparuit filius Dei, ut illud solueret, hoc saluaret. Ignorat etiam Fotinus magnum pietatis, quod Apostolus memorat, sacramentum,

I. Tim. iiii.

eramentum, qui Christi ex uirgine fateatur exordium, ignorans in uno Christo sic esse credendam ueritatem carnis ex tempore, ut neganda non sit naturalis ueritas sempiternæ diuinitatis ex patre. Et propterea non credit sincinitio substācialiter Deum natum ex Deo patre, in quo carnis ueritatem confitetur ex uirgine, non intelligens de patre Deo substācialiter natum illud uerbum, quod in plenitudine temporum caro factum, habitat in nobis, quod secundum diuinam, quam habet ex patre, substāciam, in principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat. Quibus tribus Euangelistæ sententijs, & sempiterna uerbi natiuitas, et personalis incōfusa proprietatis, & indiscreta substācialis unitas patris filijq; monstratur. Ut in uerbo caro factum, & habitante in nobis, quod in principio erat, sempiternitatis agnitio suspicionem cœptæ natiuitatis auferret: quod apud Deum erat, personæ utriusq; inconsusa proprietatis, unionem Sabelliani erroris excluderet: quod autem Deus erat, essentialis nominis ueritatis unitatem substāciæ genitoris genitiq; monstraret. Non enim dixit Ioannes, Deus dictus est uerbum, sed Deus erat uerbum: ut dum in Deo uerbo essentiæ diuinæ ueritas naturalis agnosceretur, consequenter non nuncupatiui, sed naturalis nominis ueritas probaretur. Veritas enim naturæ nunquam priuatur nominis ueritate. Ac sic illa uerbi non prolatiui, sed substācialis uera incarnatio tunc salubriter creditur, si æternum uerbum, quod carnem suscepit ex tempore, non initio existendi

Ex initio
Iohannis
mulet con
futarur et
rores.

Deus erat
uerrū natu
raliter / nō
nuncupati
ue solam.

k 4 subditum,

Erroralis/
negatiuū ve
rū in Chri-
sto deitatem
simul et hu
manitatem

subditum, non persona cum patre confusum, non alium natura credamus esse quā Deum. Sūt etiam quidam in eo q̄ plurimum gratiæ saluatoris ingrati, q̄ in Christo, deo saliat homineq; perfectō, sic se asserūt accipere dei hominisq; naturam, ut unam falsam, alteram semiplenā nō dubitent in dei filio prædicare substantiā. Nam uerā Christi deitatem nolunt credere, cuius ex Deo patre uerā natiuitatem negant substantialiter extitisse, uolētes deo filio naturam ueri nominis adimere, cui nequeūt nomen naturalis ueritatis auferre. Dicunt enim in unigeniti dei nomine non naturalem ex patris generatione substantiā, sed nuncupationem solius esse uocabuli donatione concessam. Humanam quoq; naturam sic in Christo credūt, ut quod est melius hominis adimant, quod est inferius, hoc relinquane. Et minus considerantes magnū pietatis quod Apostolus memorat sacramentū, ab illa mediatoris mirabili susceptione rationalem nituntur animam separare, quā in mediatore Dei & hominum penitus asserūt nō fuisse. Aliud quoq; ab istis adijatur, memorato errori piaculum, quo confusionis admittunt teterrimæ caupontum: Nam in unitate personæ (in qua deus & homo unus Christus, inconfusibilem atq; inseparabilem utriusq; ueritatem nature commendans, uerum se Deum diuinis operibus, uerūmq; hominem humanis passionibus demonstrauit, impassibile habens, per quod homo creatus est sanus, passibile suscipiens, per quod sanaretur infirmus) sic isti nefario qua deceptione falluntur, ut quicquid Dominus, ueram formæ seruilis susceptionem monstrans,

Erroralis/
eorū qui hu
manitatis
opera in de
itatem male
referunt.

monstrans, humiliter gessit aut dixit, totum ad contumeliam diuinitatis deriuare nō metuant, quam passioni mutabilitatis subijciunt, dum utriusq; naturæ ueritatem, tã dictorum q̄ opum manifestatione clarissima resplēdentē nulla consideratione distinguunt, non attendētes, ubi de monstratur infirmitas, ab inuicta & impassibili uirtute suscepta, ubi p̄ infirmitatem resplēdeant inuictæ uirtutis insignia: atq; ita diuini mysterij frustrare conantur effectum. Quia reuera homo saluari non potuit, si uel susceptor hominis naturaliter uerius deus non fuit, uel in dei ueri susceptione aliquid hominis defuit. Et ut omne submoueatur dubitationis ambiguum, in una Mediatoris dei & hominum, hominis Christi persona, perfectio diuine humanæq; substantiæ, propheticus est Apostolicisq; testimonijs demonstranda. Esaias, sicut supra memora uimus, diat: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel, butyrū & mel manducabit, priusquam sciat aut proferat maligna, mutabit bonum, quoniam priusquam sciat puer bonum aut malum, non credit maliæ, ut eligat quod bonum est, & relinquetur terra desolata, quoniam priusq̄ sciat puer uocare patrē aut matrem, accipiet uirtutem Damasci, & spolia Sgmarie. In hoc testimonio tota continetur salutaris mysterij plenitudo. Nam ueritas carnis in uirginali conceptu cognoscatur, & in electione boni anima intellectualis ostenditur, & in Emanuel nomine uera deitatis natura monstratur. Ac sic in uero deo nec falsa fuit hominis, nec semiplena susceptio. Dignum etenim fuit, ut in

Mediatoris duplex natura ex scripturis demonstranda.

Ex uerbis. Esaiæ tria in Christo probantur/ caro/ anima / et diuinitas.

k s sacra

vera in christo
 anima.

sacramento redemptionis humane, nec ueritas defuisset perfectioni, nec perfectio ueritati. Nam si uera caro in Christo non fuit, quid in utero uirgo concepit? Et si anima uel intellectus nature in Christo defuisse creditur humane, quid in infante bonum malumque dicitur ignorasse? An illam diuinam filij dei naturam, ignorantiam boni malique subijcimus, ut humanam in Christo animam denegemus? Ita ne credendus est homo susceptus a deo, quæ dei sunt, aliquatenus potuisse scire, in quo ipsa sapientia cognitione boni malique dicitur caruisse? Anima igitur humana, quæ rationis capax naturaliter facta est, bonum malumque in infante Christo nescisse dicitur, quæ secundum euangelicam ueritatem, in puero Iesu sapientia et gratia profecisse narratur, sicut Lucas ponit et dicit: Puer autem crescebat et confortabatur, plenus sapientia, et gratia dei erat in illo. Et paulo post: Iesus proficiebat sapientia et ætate et gratia, apud deum et homines. Nam sicut carnis est, ætate proficere, sic est anime, sapientia et gratia profecisse: quæ tamen in sapientia nullatenus proficeret, si naturaliter intelligentiam (quæ hominibus rationis causa concessa est) non haberet. Non quia hoc susceptor deus eguit, sed quia hoc pro remedio nostre salutis effectus piæ suspensionis exegit, ut dum caro et anima rationalis a deo suscipitur, utraq; pariter saluaretur. Nam nec caro ipsa fuit a dei filio suscipienda, nisi diuina fuisset suspensione saluanda. Quod si deus carne non eguit, sed ut eam saluaret accepit, ita nec anima rationali deus eguit, sed eam saluandam cum carne suscipit. Cuius anime humane suspensionem pro-

prophético more Dauid sanctus intimat, dicens: Ecce enī
 Deus adiuuat me, & dominus susceptor est anime mee. psal. liii.
 Adiuuit utiq; quam suscepit, quam proculdubio, nisi sus-
 cepit, non iuuisset. Neassarium autem reor, pfectam
 hominis in Christo susceptionem, Euangelicæ quoq; pa- Luc. xv. 8.
 rabolæ reanfitione monstrandam, ouis saliat erraticæ,
 quam proprijs humeris subuectam Dominus reporta-
 uit ad domum, cuius quæredæ Dauid iam pridē flagita-
 bat lachrymabili postulatione subsidium, dicens: Erra-
 ui sicut ouis quæ perierat, require seruum tuum. Cum
 ergo murmurarent Pharisei & scribæ, dicentes: Quis
 hic peccatores reāpit & manducat cum illis: Resert euā
 gelista, quod hanc eis Dominus parabolā dixerit: Quis Luc. ibides
 ex uobis homo, qui habet centum oues, & si pdiderit u-
 nam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouē ī deserto, &
 uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cū
 inuenerit eam, imponet in humeros suos gaudēs, & ue-
 niens domum, conuocat amicos & uianos, dicens illis:
 Cōgratulamini mihi, quia inueni ouē meā quæ perierat.

Hanc ouem, in qua peccatoris hominis natura signa-
 tur, quali errore dicimus errasse? cordis an corporis? er-
 rore pedum an errore morum? Non opinor quenquam
 sic humanæ cogitationis exortem, qui putet hominem
 quomodolibet à deo longinquitate habitationis, & non
 peruersitate cogitationis errare. In uia dei, non gressu
 corporis, sed mentis ambulatur in æsu. Via dei fides Uie domi-
ni, fides, u-
 est recta, quæ intantum uia prorsus ostenditur, ut in sua, misē-
ricordia, et
veritas.
 ea nos Apostolus ambulare testetur: Per fidem, inquit, ambu=

ambulamus, non p̄ spē aē. Viā domini iustitia est, p̄ quā se Beatus Dauid deductum esse commemorat, dicens: Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me sup̄ semitas iustitiæ, propter nomen suum. Viæ etiam domini misericordia & ueritas, p̄ quas utiq; nō corporis gressu, sed animæ magis ambulatur affectu. Hanc nobis ambulandi doctrinam Beatus Ioannes intimat, dicens: Qui dicit se in Christo manere, debet, quē admodum ille ambulauit, & ipse ambulare, quā uia se præcipit Christus ipse sequendum, dicens: Si uis p̄fectus esse, uade, uēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni, sequere me. Nō ergo corporali gressu solo quisq̄ sequitur Christum, aut errat à Christo. Equidē erroris huius qualitatem dominus ipse Saluatorq; noster, dum Saduceos increparet, ostēdit, dicens: Erratis, nesciētes scripturas, neq; uirtutē dei. Propterea utiq; miserabiliter errabāt, quia illum, qui dei uirtus est, nesciebant. Sicut ergo uirtutis dei sciētia tenax est cælestis itineris, sic est insātia mater erroris, quod etiam Beatus Dauid ostēdit, dicens de quibusdam: Nesciētes neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. His atq; huiusmodi testimonijs euidentif sime demonstratur, ouis illius errorē, non solum corpori, sed etiam animæ deputandum, illa scilicet ratione, quoniam & si ab homine corporaliter uideatur aliquod admitti peccatum, ex corde sumit exordium, nec extrinsecus quicq̄ p̄fiatur, nisi hoc intrinsecus cogitationis iudicio porrigatur. Cuius rei ueritatem ueritas nobis ipsa monstrat

Errant/nesciētes scripturas et uirtutē dei

psal. lxxxj.

monstrauit, ita discipulis loquēs: De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie: Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. In hoc igitur unusquisq; errat, in quo semetipsum male cogitationis assensione commaculat.

Mat. xv. C.

Quæ propter cum error iste animæ simul intelligatur & corporis, si Dei filius absq; anima rationali solam accepit hominis carnem, inferiorē partē illius ouis domum retulit, meliorē uerò (quod absit) errori perpetuo dereliquit. Nam manifestum est, quoniam hoc reuocauit, quod proprijs humeris reportauit. Si autem ipse totā se proficitur ouē proprijs humeris impositam reportasse, totus homo cognoscatur in Christo. Quoniā tunc est hominis credēda redēptio, si in filio dei susceptionis humanæ, id est, ouis illius reportatæ, non defuit plenitudo. Hoc enim deus in nobis salua uit, quod pro nobis accepit: & illā Deus dei filius naturā fecit partiāpē salutis æternæ, quam sibi coniunxit in unitate personæ: illam in cæleste palatiū introduxit, cum qua sponsus de thalamo utriusque uirginis exiuit. Ipse enim tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gygas ad currēdam uia. Quis autē moliatur dicere, uerbi dei spōsam carnē fuisse, nō animam? cui animæ iam pridē dictum est ab ipso domino per prophetam: Et desponsabo te mihi in æternum, & desponsabo te mihi ad iustitiam, & in iudicio, & in misericordia, & pietate. Cuius mysterij Esaias quoq; testis fidelis existit, qui ex persona Christi loquētis hæc dicit: Gaudēs gaudebo in domino, & exultauit anima mea in deo, qui induit

Ex parabolā ouis reportate probat totū hō a Christo susceptus

Osee. ij. D.

Esai. lxxj. C

induit me uestimentū salutis, & indumentū iustitię, arcundedit me, quasi sponsum decoratū corona, & quasi spōsam decoratā monilibus suis. Ecce unius est sponsus, est & sponsa, qui se etiā animā habere testatur. Quā ut ostēderet, non sine intellectu susceptam, cor (quod proprium est animę humanę) simul cum carne in deo exultasse, ex persona hominis suscepti monstrauit dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Quia uerō naturę primitias suscipiens dominus, sicut in suo corpore auctorum fidelium corpus, sic in sua anima uniuersorum fidelium animas per naturę unitatem & gratiam iustificationis accepit: per hanc omnem ecclesiam in coniugum sibi perpetuę incorruptibilitatis asauit, cuius de sponsonis mirabile sacramentum sic fidelis sponsi seruus ipsi sponsę commendat, ut mentis intelligatur magis esse q̄ corporis, dicens: Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & exadant à simplicitate, quę est in Christo. Ibi ergo spiritalis adulter corruppe querit castitatem uirginalis matrimonij, ubi ærnit cęlesti sponso fidē connubij debere seruari. Inaniter aut animę charitatem custodiri mandat Apostolus, si huius primitias coniunctiōis in se nō habuit homo à deo susceptus. Pręsertim cū caput & corpus Christi ecclesiamq; doctor idē gentiū prædicare nō cęset, dicēs: Secundū opationē potentię uirtutis eius, quā opatus est in Christo Iesu, susātans illum à mortuis, & constituens ad dextram suam in cęlestibus, supra omnē

Christus/
per animas
suas ecclesię
in coniugium
recepit.

Christus ca:
put / eccle:
sia corp⁹ re
ctedicatur.

omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod noīatur, non solum ī hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiciat sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Alio quoq; loco dicitur: Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie, ipse Saluator corporis. Quomodo ergo anima ecclesie poterit saluari, si defuit anima saluatori? uel qualis effectus liberationis credetur sequuturus in corpore, qui non præcessit in corpore? Nam sicut suis fidelibus dicit: Si uos filius liberauerit, tūc uere liberi eritis: Ita de se quoq; pronūciat: Quia factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Quod ergo caput liberum fecit in se, hoc etiam liberauit in corpore. Quia intrans in domum fortis, atq; alligans fortem, hoc ibi à seruitio liberauit, quod prius in se pro seruo suscepit, nec aliud est in corpore regnatum, quàm quod in capite præcessit ad cælum.

Eph. i. D.

Jo. vii. D.

Cuius rei credulitatē fideliter ac fiduāaliter gerēs Paulus exultat & dicit: Nostra autem conuersatio in cælis est. Ibi itaq; suam animam conuersari non ambigit, ubi humanam animā in Christo regnare confidit. Propter quod etiā Collossenses huiusmodi prædicationis hortantur eloq; dicens: Si cōresurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est, in dextra dei sedēs. Nec illud est aliquatenus omittendum, quod cum magno prædicationis miraculo Petrus cōmendat ī Christo: Quia peccatum non fecit, nec inuenus est dolus in ore eius.

Alia ratio
ex Paulo.Melior ad-
huc rō ex
Petri & a-
nima Chri-
sti.

Sic

Sic enim dicit: Christus pro nobis mortuus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nam si dei filius animam humanam in carnis susceptione non habuit, & hoc Beatus Petrus de eius creditur diuinitate dixisse, quid est, quod pro magno in laudem dicitur Christi? quia diuinitas eius immunis esse potuit à labe peccati, cum dei sit proprium, non solum non peccare, sed etià à peccato saluare: qui propterea solus potest donare indulgentiam, quia solus admittere non potest culpam: ideo solus est uulneratorum medicus, quia diuina natura nunquam in se recipit uulnus. Si autem hoc ad Christi carnem creditur referendum, quomodo ab animabus nostris seruari iustitia poterit? quibus exemplum Apostolicæ memoratæ susceptionis Christi non dedit. Sed ut ostenderet Beatus Petrus, & in anima simul & in carne Christi præfuisse iustitiam, quam nobis imperat imitandam, sequentis, adiunxit: Qui cum malediceretur, non remaledicebat. Quod proprie ad animæ patientiam pertinet. Propter quod & alio loco dicit: Non reddetes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, sed e contrario, benedicetes. Quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditatis possideatis. Cuius benedictionis Saluator noster ex corde prodire cõmẽdat exordiũ, dicens: Homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona. Constat ergo in anima beneuolentiam esse, unde benedictionem possimus maledicentibus redhabere. Vt autem Beatus Petrus, & animæ nobis & carnis in Christo demonstraret exemplum,

cũ

1. Pet. iij C

cum dixisset: Qui cum malediceretur, non remaledicebat: sequutus adiunxit: Cum pateretur non cōminabatur. Commendabat autem iudicanti iuste, qui peccata nostra pertulit in corpore suo, super lignum, ut à peccatis nostris separati, cū iustitia uiuamus, cuius liuore sanati estis, qui sicut oues errabatis. Sed nūc conuertimini ad pastorem & uisitatorem animarum uestrarum. Est igitur dei filius animarum nostrarū uisitator & pastor, quia fieri dignatus est animæ humanæ susceptor. Cui ex persona futuræ susceptionis humanæ dicitur in Psalmo: Suscipe me secundum uerbum tuum & uiuam. Christus ergo pastor noster est, cuius nos oues esse, Apostolica testatur autoritas, qui tamen, ut plene susceptorem se nostræ naturæ dignaretur ostendere, non solum pastorem, sed & ouem se non dedignatus est appellare, ut potè de quo, sancto spiritu actus propheta, testatur: Sicut ouis ad uictimā adductus est, & sicut agnus coram tondente sine uocæ, sic non aperuit os suum. Et ipse per Hieremiā: Ego sicut agnus innocens adductus sum, ut immolarer et nesciui. In me cogitauerunt cogitationem malā, dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius. De quo etiam Ioannes Baptista proclamat: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit peccata mundi. Non dissimilia de Christo Petrus quoq; ponit Apostolus, dicens: Scientes, quod non corruptibilibus argento uel auro redempti estis de uana uestra cōuersatione paternæ traditionis, sed præciōso sanguine, quasi agni incontaminati & imaculati Iesu Christi. Unus igitur idemq; mediator Dei & hominum, homo Christus

I Iesus

Christo re-
cte et pa-
stor et ouis
ac agn^o di-
citur..

Joan. 1. 29

153 AD TRASIMVNDVM RÈGEM.

Iesus ipse pastor & ovis, ipse sponsus & sponsa, ipse sacerdos & uictima, unus idemq; & oblator muneris & munus factus est oblatoris, ut nec oblator à muneris qualitate desisteret, nec munus oblatoris merito discreparet. Qui si minus aliquid habuit humanæ naturæ, nec personam sumere pontificis, nec offerri potuit pro peccatis. In lege enim sacerdotio fungi non poterat, si quis homo minus aliquid habuisset in se: nec uitiosum uel imperfectum pecus ad sacrificium cuiquam licet offerre. Pontificem uero nostrum Iesum Christum esse quis ambigat? Quem sub hac Paulus euidenter appellatione commendat: Habentes autem, inquit, pontificem magnum qui penetravit cælos, Iesum filium dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Adcamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Ut autem humanæ naturæ hoc pontificatus officium demonstraret, adicât: Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his, qui ignorant & errant, quoniam et ipse arundatus est infirmitate. Et propterea debet, quæ admodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis, nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed quæ loquutus est ad

Alio ratio
ex Leuitico
Quia
Christus cuius
esset pontifex
integer
ut esset hō
ex lege te-
nebatur.

Heb. v. 2

est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quē tamē pontificam diāt per omnia pro similitudine absq; peccato tentatum. Per quæ autē omnia tentatus fuerit, superius euidenter ostendit, diāns: Nusquā enī angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus simulare, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad deū, ut repropiciaret delicta populi. In eo enim quo passus est ipse, & tentatus, potens est, his qui tentantur auxiliari. Si ergo in eo q̄ tentatus est, tentatis auxiliū donat, profecto in quo tentatus nō est, tentatis auxiliū nō ministrat. Quo confiat, ut hi qui Christo solā carnē humanā assignant, et aīam denegant, in sola carne querāt auxilium Christi, in anima uerò remaneāt destituti: filius dei nanq; hoc adiuuat in homine, quod suscepit pro homine. Quod si et in anima & in carne promereri Christi delectantur auxiliū, fateantur necesse est (sicut ueritas habet) et in anima pariter & in carne tentatum. Et anima igitur humana et caro simul est in Christo tētata. Quod si simul est in Christo et anima & caro tentata, simul est ab eo utraq; suscepta. Et si utranq; dignatus est suscipere, utranq; dignatus est sine dubitatione saluare. Dignum nanq; fuit, nostræq; salutis cōueniēs, ut deus uerō ex uero patre solus substantia liter natus, uerā hoīs, quam ipse fecit, animā carnemq; susciperet, i utraq; cū tētatore pugnaret, in utraq; uiceret, ac deīaps in utraq; tētatis ministraret auxiliū, cū i utraq; i firmis ac morituris uictoriæ præberet exēplū. Illa quoq; sentētia sacramētū Mediatoris manifesto

Ibid. ij. d

Alia ratio
et Paulo /
quia chri-
stus et in car-
ne et in ani-
ma tentat⁹
est.

l 2 demon

Lu. xij. 3

demonstrat indiciò, quam ipsa ueritas protulit, dicens : Venit enim filius hominis saluū facere & querere quod perierat. Adtendamus igitur, quid perierit terræ in hominis lapsu, & agnoscamus, quid quæsitum fuerit hominis celestis aduentu. Consideremus quid in se peccando uendiderit seruus, & apparebit, quid suscipiendo redemerit Dominus. Adtendamus, quid latro in hominis seductione uulnerauerit, ut clareat, quid medicus in hominis susceptione sanauerit. Nonne ex carne simul animaq; compositus, præceptum Dei homo primus accepit? Quod si in utraq; præceptum Dei cognosatur accepisse, in utraq; debuit obediētiam præcepti seruare. Si autem in utraq; fuit parendum præcepto, ab utraq; anissa est transgressio. Quoniam sicut est inchoatum animæ cupiditate peccatum, sic est carnali comestione perfectum. Et ideo q; totus homo reatum transgressionis admisit, totum sibi diabolus captiuauit. Quod si totus tenebatur captiuitatis uinulo, totus eguit liberatoris auxilio, Si autem totum debuit liberare pietas, totum debuit suscipere diuina maiestas. Totius ergo fuit hominis à Deo suscipienda natura, quoniam in toto fuit captiuitas captiuanda, ut tota simul acquireretur de captiuitate captiuitate uictoria, Et secundum prædicationis Apostolicæ sententiam, captiuam duæns captiuitatem, principatus et potestates traduceret confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

Alia ratio
a diuisione
per quatuor
membris.

Ad extremum dicatur: Cur ab illa ineffabili diuinitate non fuerit animæ natura suscepta cum carne? Vtrum à Deo non fuerit facta? an peccato non fuerit uitiata? an

carne

carne uiliorem uniuersalis mediāna despexit? an peccati uulnere sauciatam, omnipotens curare nequiuit? Sed horum primum postremumq; qui sentiunt, & aduersus uirtutem creatoris, & contra potentiam saluatoris rebelles existunt, si uel aliquam creaturam putant à Deo non factam, uel ad salutem animæ conferendam potestatem dicunt omnipotentis inuolidam. Duobus uerò medijs, nec peccatum considerant rationalis creaturæ, nec meritum, non intelligentes, carne sua uiliorem esse non posse, quæ uitam tribuit carni, & illam grauius uulneratam, quæ per intelligentiam magis potuit resistere tentatori. Illa igitur omnipotens uirtus, & pia sapientia, nec despexit uelut extraneam, quam à se nouerat factam, nec spreuit sanandam, quam sciebat grauius uulneratam, nec eam quam carne potiores fecit, à remedio salutis exclusit: sed sicut totum hominem diabolus deapiendo percussit, ita Deus totum suū sapiendo saluauit, ut agnosceretur idem creaturæ totius conditor & redemptor, qui potuit & quod non erat facere, & quod dilapsum fuerat reparare.

Alia ratio/
ex nomine
mediatoris
ut habeat
in se totam
naturam.

Cunctos præterea qui salutis esse cupiunt eternæ participes, oportet agnoscere pariter & tenere, non in cassum hominem Iesum Christum mediatorem Dei & hominum nuncupatum, nisi quia idem Deus totam in se naturam suscepit hominis, & idem homo totam in se habet substantiam Diuinitatis. Nam quia per peccatum homo fuit separatus à Deo, inter Deum irascentem, hominemq; peccantem, talis utiq;

¶ 3 mediatoris

157 AD TRASIMVNDVM REGEM.

mediatoris debuit interuenire persona, quæ ad propitiandum deum hominẽ, totum uerũmq; in se deum de deo natum haberet, & ad reconciliandum hominem deo totum uerũmq; in se de homine natũ hominem cõtineret. Atq; ita ex utroq; in utroq; unius Christus esset, ut plenitudo deitatis susceptam non consumeret, sed proueheret hominem: & plenitudo humanitatis, nec minoraret immensum, nec mutaret impassibilem deitatem: ac sic hominis natura, quæ mutata fuerat in deterius, per illũ tota redintegraretur, quo nihil est melius. Propterea se Mediator dei & hominum, plenum deũ plenumq; dignatus est hominem demonstrare. Quod si quis ambigit, aut omnino non credit, eligat, utrum sibi nomine an opere uelit, quod asserimus, demonstrari. Neq; enim scriptura sancta in uno eodemq; Christo, aut Dei uocabulum prætermisit, aut hominis, Euangelista dicente: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et paulò post: Verbum caro factum est, & habitabit in nobis. Illud utiq; uerbum carnẽ factum asserit, quod Deũ esse, superius memorauit, ut ostenderet eundem uerum deum ex patre, qui est homo uerus ex homine. Ostendit præterea, in quo naturaliter sempiternum credamus ex deo patre, & in quo temporaliter ex homine factũ hominẽ debeamus accipere: aliud in exordio, aliud in subsequen-
tibus monstrans. Aeternitas igitur filij dei asseritur, dum uerbum deus in principio prædicatur.

Alie quoq;
rõnes / ex
diuersis
scripture
locis.

ibi

Ibi uerbum non dicit factum, quod ex patre nouerat genitum: ibi non est tēporis nomen, ubi sempiternitas nec initium potest habere nec finem. Cum autē uenitur ad carnis uocabulum, tunc uerbum caro dicitur factum, ut agnoscamus, cū, qui factus nō erat, sed natus de patre semper erat, tunc fieri uoluisse, quando quod fecerat, factus opus suum, dignatus est reparare. In hoc facto **Sal. iiii. B**
 Beatus quoque Paulus, sicut ueritatem hominis, sic ueritatem curauit temporis positeri, dicens: Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum factum ex muliere, factū sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionē filiorum reciperemus. Hoc ipsum ubiq; prophetis cōgruens Apostolica seruat auctoritas, ut factum prædicans Christum, et quid factus sit, & unde factus sit, euidenter ostendat, ut agnoscat, rerum omnium dominum, sic formam suscepisse seruilem, ut non aliūde, sed ex homine uerā suscepit carnē. Dicit igitur Dauid: Mater Syō dicit homo et homo factus est in **psa. lxxvii**
 ea, & ipse fundauit eā altissimus. Ecce in uno Christo, sicut una persona indubitāter asseritur, sic ueritas dei atque hominis inconfusa monstratur. Qui enim homo factus est in ea, ipse fundauit eam altissimus. Huic dicto illud Apostolicū prorsus est comparandum, Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Quod Dauid dicit: Et homo factus est in ea: Hoc Paulus firmat dicens: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem. Quod autem Dauid asserit: Ipse fundauit
 l 4 eam

159 AD TRASIMONDVM REGEM

eam altissimus: Hoc Paulus sequitur, dicens: Qui est super omnia benedictus in secula. Testamentum uetus cō-
 ānit nouo, Dauid Ioanni concordat & Paulo. Quem
 uerum hominem dicit Dauid: Quia mater Syon dicit ho-
 mo, & homo factus est in ea: eundem uerum deum cre-
 dit & prędiat: Quia ipse fundauit eā altissimus: Quē
 uerum hominem nouit Ioannes, audiens eum dicentem:
 Queritis me occidere hominem, qui ueritatem loquutus
 sum uobis: Eundem uerum deum monstrat, dicens: Hic
 est uerus deus & uita æterna. Verum hominem Christū
 recognoscat, quia uerbū caro factum est, & habitabit in
 nobis: eundemq; uerbum deum ostendit, quia in prinā-
 pio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus
 erat uerbum. Quem uerum sciebat hominem Paulus,
 quia uoluntaria pietate factus est ex muliere Dominus
 hominis, & factus est sub lege dominus legis: sicut ipse
 testatur: Quia misit deus filiū suum, factum ex muliere,
 factum sub lege: Et, quia factus est ex semine Dauid se-
 cundum carnem: Et, quorum patres, ex quibus Christus
 secundum carnem: eundem uerum deum confiteri nō cō-
 fat dicens: Qui est super omnia Deus benedictus in se-
 cula. Neq; uerò illud ex aduerso nesumus opponi,
 quod cum uerbum caro factum dicitur, & factus est ex
 semine Dauid secundum carnem, & quorum patres ex
 quibus Christus secundum carnem, in supra dictis locis
 ita quorundam carnalis sensus carnis nomine teneatur,
 ut suscepta carne non credatur Christus etiam rationalē
 animam suscepisse. Sed qui sic sentiunt, minus attendūt,
 id esse

Idē sentit
 Paulus.

Roma. 1. 3

Ioh. 1. 3

id esse locutionis humanæ, qua nonnunquam totum significatur à parte. Nouerint igitur in scripturis sanctis, aliquando carnis tantummodo nomine, nonnunquam animæ solius uocabulo, totum hominem demonstrari. Cuius rei ueritatem, non solum ex uetere testamento, uerum etiam ex nouo, facile p̄doxabo. Dauid carnis nomine totum significat hominem, dicens: Exaudi Deus orationem meam, ad te omnis caro ueniet. Quid est autem omnis caro, nisi omnis homo? Similiter ab eodem in alio psalmo dicitur: In Deo sperabo, non timebo, quid faciat mihi caro. Et ut ostenderet, quod carnis nomine totum hominem designaret, paulò post idētidē dicit: In deo laudabo uerbum, in Deo laudabo sermonē, in deo sperabo, nō timebo, quod faciat mihi homo. His dictis Esaiæ quoque dicta cōcordāt, cū Saluatoris nostri aduentū in carne prænunāās, dicit: Erunt praua in directa, et aspera in uias planas, et uidebit omnis caro salutare Dei. Quid est autem omnis caro, nisi omnis homo? An forsitan ex animam sic leuabimus carnem, ut illi non dubitemus diuinam tribuere uisionem? In nouo quoque Testamento, ipse humani generis creator et dominus, carnis nomine totum recipitur hominem nuncupasse, dum tribulationis extremæ prænunāans qualitatem, hæc discipulis loquitur: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua oīs caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Animæ quoque uocabulo totū significari hominem, ueteris ita demonstrat series testamenti, cum dicitur: E-

Caro proto
to homine.
Psal. lxx. C.

Esai. xl. B.

Matthæi.
xxiii. C

Anima pro
toto homine.

l s rant

61 AD TRASIMVNDVM REGEM

rant autem uniuersæ animæ de Iacob quinq; & septuaginta. Rursus in eodem testamento: Anima quæcunq; deliquerit, ante Dominum, nolens in omnibus præceptis domini, quæ non oportet facere, & fecerit unum de his, siquidem prinæps sacerdos qui unctus est deliquerit, nec sic plebs sciat, offerat pro delicto suo, in quo deliquit, uittulum ex bubus immaculatum Domino. Ecce anima dicitur, & sacerdos unctus deicæps nuncupatur, ut cū animam audimus, totum simul hominem cognoscamus.

Nec in nouo testamento huius significationis potuit deesse locutio, siquidem cum sancti spiritus aduentu firmati discipuli, reiecta formidine, publicæ prædicationis auspicietur officium, consummato Petri sermone, Liber Actuum Apostolorum, Luca narrante, sic continet: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ aræter tria milia. Quisquis hic animarum nomine significatos homines nititur denegare, ostendat necesse est, qualiter ab Apostolis sine corpibus animæ credantur sacramentum baptismatis accepisse.

Simile huic loco quiddam Beatus quoq; Petrus sic in sua ponit epistola: In diebus Noë, inquit, cū fabricaretur archa, in qua paua, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Cum sit igitur manifestum, scripturarum more, totum hominem aliquando carnis, aliquando solius animæ uocabulo designari, profecto monstratur, cū Euāgelista dicit: Verbum caro factum est. Propterea utiq;

Mediator dei & hominū homo Christus Iesus ab Apostolo prædicatur. Nā quia deus erat uerbum, in eo quod Deus

totum

Leuitici.
iii. 8.

Act. ii. D.

1. pe. iii. D.

Mediator
igit Christ⁹
totū homi-
nē suscepit.

totum hominem suscepit pro nobis. Verbum caro factum est, & habitabit in nobis. Verbum utiq; caro factum est, in eo quod est una in Christo dei hominisque persona. Habitauit autem in nobis, quia in Christo uera totaq; permanet diuina humanaq; substantia. Verbum enim habitans in homine, non est mutatum in hominē. Vbi aut maxime uerbū potuit habitare? quā in illa substantia, quam ad suam imaginem fecit, hoc est, in anima illius hominis quem suscepit. Quod prophetice per Salomonem spiritali gratia cernimus intimatum, cum dicitur aīa iusti sedes esse sapientie. Nam ut ostēdatur Christus in aīa substātia specialiter habitare, Paulus nobis porrigat suę adtestationis in ueritate subsidium, qui dicit: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias glorię suę uirtute corroborati per spiritum eius in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Ecce & animam nominat & cor appellat, ubi Christum habitare confirmat. Vnde liquido cognoscatur, uerbum deum totum hominem suscepisse, cum probetur habitationē filij dei in anima magis quā in carne monstrari. Huius inseparabilis ueritas sacramenti, quo totum hominem suscipere dignatus est deus, & totus in deo monstratur homo manere susceptus, & id quod de homine naturaliter est, filiū dei, & id quod de deo patre naturaliter est, filiū fecit hoīs appellari, dicente angelo ad Mariā. Spūs sanctus supueniet in

Ephe. iij. C

Propter
duas i Chri
sto natura
et hō filius
dei / et de
filiū homi
nis appel
latur.

tr,

te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascatur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Mara quoque non discordat assertio, tale saluat Euangelio suo ponentis exordium: Euangelium Iesu Christi filij Dei. Nathanael quoque, de quo dixerat: A Nazareth potest aliquid boni esse: non cunctatur Dei filium appellare, Rabbi, inquit, tu es filius dei, tu es rex Israel. Vbi Iesus, ut plenum pietatis suae mysterium demonstraret, non solum id, quod de patre naturaliter semper est libenter audiuit, sed etiam quod ex muliere misericorditer factus est, euidentissime praedicauit dicens: Amen amen dico uobis, uidebitis caelum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Propter hanc in Christo unitatem personae, & inconfusam ueritatem diuinae humanaeque substantiae, unus idemque Christus & puer ab Esaiadiatur, & filius ac deus pariter praedicitur: Sicut, inquit, puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius primum sub humeros eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis. In uno Christo non sunt duae personae, ut alius puer & alius deus fuerit nuncupatus, sed in una persona est deus plenus, & homo perfectus, quia substantialiter aliud puer & aliud Deus, cum tamen personaliter non sit alius puer & alius Deus. Vnus enim filius & puer & Deus, quia puer, qui natus est nobis, & idem filius qui datus est nobis, uocatur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis. Hic tamen puer sicut ueram carnem, sic & ueram habuit animam, ut illa uera diuinitas totam hominis & renouandam suscipet,

Joan. i. 8,

Isai. ix. 8,

In Christo
vera caro
et uera ani-
ma.

sapet,

ſapet, & ſuſceptam poſſet renouare naturam, ſicut ſupe-
 rius eſt, Luca teſtante, monſtratum: Quia puer, id eſt, Ie-
 ſus, proſiſcebat etate & ſapientia & gratia apud deum
 & homines. Propterea in ſe nec carnis nomen nec animæ
 dominus ipſe prætermiſit oſtendere. Carnem quidem ſe
 habere ueriſſimam monſtrans, cum diat: Quod naſcitur Joan. iij. B
 de carne, caro eſt. Cuius plena ueritas operum quoq; ma-
 niſtatione reſplenduit, cum infans natus, non ſolum cu-
 nis inuoluitur et anguſto preſepe concluditur, ſed etiam
 circumaſionem ſuſcipiens, carnem ueram habere monſtra-
 tur, Præterea etiam poſt reſurrectionem diſcipulos con-
 ſtantes inſormat, diens: Palpate & uidete, quia ſpiritus Luce. vii. ¶
 carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Ani-
 mam quoq; ſe ſuſcepitſe cum carne, nec nomine aſſauit
 intimare, nec opere, dum diat: Animam meam po-
 no pro ouibus meis. Et, anima mea turbata eſt. Et cæte-
 ra, quæ inferius oſtēdētur. Hanc animam non ſine intelle-
 ctu rationali ſuſceptam à Chriſto, per Eſaiam ſic diui-
 num demonſtrat oraculum: Ecce intelliget puer meus, &
 exaltabitur & magnificabitur uehementer. Et quanq̃ Joan. x. C.
 multa ſuperſint, quibus noſtra firmetur aſſertio, tamen, Ibid. xij. B
 quoniam ad ſinem libelli ſeries orationis noſtræ feſtinat
 de Actibus quoq; Apoſtolorum euidentiffimum huius ſa-
 cramenti indicē beati ponemus Apoſtoli Petri ſermo-
 nē, quē de illa mirabili muſti ſpiritalis ebrietate ruſta-
 uit. Hinc etenim, cū ex authoritate diuina Iudæos inſormans,
 Dauidis tamen poſuiſſet eloquium, quod diuinitus
 edoſtus, è Chriſti perſona aſſeruat, diens: Provide-
 bant

Ultimo rō/
 exactibus
 Apoſtolorū
 de uera car-
 ne et animā
 Chriſti.

165. AD TRASIMVNDVM REGEM

Psalm. xv.

bam dominum coram me semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Præterea iocundatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Insuper & caro mea requiescat in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi fecisti uias uitæ. Adimplebis me iocunditate cum factus. Quod testimonium Psalmi cum Beatus Petrus commemoraret, ut hoc de Christo manifeste dictum ostēderet, sequutus adiecit: Viri fratres, licet audenter dicere ad uos, de Patriarcha Dauid, quoniam & defunctus est & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret, quia iure iurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens loquutus est de resurrectione Christi: quia neque derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius uidit corruptionem. Hoc equidem testimonium propterea præseni loco duximus inserendum, ut euidens nominum rerumque distinctio carnem simul & animam doceret in Christo. Ceterum oportet ei suus exhibebitur locus, cum de mysterio loquatur dominicæ passionis, ubi etiam illud quod dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et: Nunc anima mea turbata est. Et: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: speramus ita, Domino adiuuante, tractanda, ut appareat, ueram in Christo carnis animæque substantiam, non solum uocabulis, uerum etiam manifestis naturalium officiorum indicijs demonstratam. Proinde, si ueritas nostræ salutis in

Acti. ij. c

Hec latius in tertio libro tractantur.

salua

Saluatore creditur, consequenter in uno eodẽmq; media-
 tore Dei & hominum homine Christo Iesu, diuina hu-
 manaq; substantiæ indiuisa & inconfusa perfectio non
 negetur, quoniam Dei filius, de patris substantia geni-
 tus, nec sempiternitatem diuinæ naturæ perdidit, dum
 hoc, quod erat temporale, pro temporalium æterna sa-
 lute suscepit: nec dominio naturalis ac ueræ diuinitatis
 caruit, qui ueritatem formæ seruilis acceptam intermi-
 nabili & inamissibili dominio sublimauit: nec uera uir-
 tus, cum nostram infirmitatem susceperet, infirmari po-
 tuit, quæ uitium infirmitatis ab infirmo submouit: nec
 imperfectus esse potuit, qui perfectionem imperfecto
 concessit: nec localiter ad infernum diuinitas Christi
 descendit, quæ sine mole sic ubiq; tota consistit, ut licet ea
 carere nullus locus possit, localiter tamen eam locus
 ullus coninere non possit. Est enim illa dei uera ina-
 finitaq; substantia ineffabiliter in singulis creaturis
 tota, & in omnibus tota, non minoratur in minimis,
 nec augetur in magnis, non concluditur tempore, non
 circumscribitur quantitate, non initio cœpta, non ter-
 mino finiendæ, à qua totus homo, & creatus est ad
 iustitiam, & sine peccato susceptus est post ruinam.
 Nunc igitur, quoniam de sacramento Mediatoris (quã-
 tum ipse, qui Verbum patris est, gratiæ suæ dona con-
 cœssit) disputationis ueritas nihil dereliquit ambiguum,
 quo unus idẽmq; Christus totam naturaliter habere
 deitatem ex patre, et totam hominis naturam habere mō
 stra-

Epilog^o pri-
 mi libri de
 diuina et hu-
 mana natu-
 ra Mediatō-
 ris in vna
 persona.

Argumenti
subiequenti:
um duorum
librorum.

straretur in homine: illud est deinceps providendum, & nonnullos carnaliter, quæ diuina sunt, cogitantes, cograuius conceptæ falsitatis error confundit, quo diuinitatem Christi, aut localiter de cælo uenisse, aut ad infernum descendisse localiter fateantur: quiq; etiam Christum in carne passum firmare non dubitant etiam diuinitate compassum. Harum ergo rerum demonstrandæ (quantum sat erit) ueritati, singulos deputaui curare libellos, ut alter immensam filij Dei diuinitatem ostendat, tertius uerò mysterium dominicæ passionis manifestissima rerum claritate contineat. Hunc itaq; primum libellũ, seruatã disputãdi temperies claudat, ut ad ea, quæ sunt deinceps disputãda, Deus nobis ostium sermonis aperiat.

B. F. V. L. G. E. N.

TII AD TRASIMVNDVM REGEM,
LIBER SECVNDVS, DE IMMENSI-
TATE DIVINITATIS FILII DEI.



VOTIENS HVMA
ne conditionis infirmitas,
semetipsam protinus co-
gnitura, fines molitur ali-
quatenus suæ paruitatis
excedere, atq; celestis in-
luminatiõis pregnata con-
ceptu, conditoris sui ac rea-
dēptoris inquisitionem coe-
perit parturire, sola, quan-

tū arbitror, immutabilis illa sempiternitas Trinitatis,
reperietur incomprehensibilitatis digna miraculo, quæ
sic excedit omne quod cogitare uel sapere possumus, si-
cut superat omne quod sumus. Hoc nobis diuinorum
series uoluminum ueridica protestatur, Esaiã dicente:
Nō enim cogitationes meæ, cogitationes uestre, neq; uia
mea, uia uestre, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur
celi à terra, sic exaltate sunt uia meæ à uis uestris, et
cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Quæ ergo
humane disãplinae peritia, quæ uiuacitas animi, quæ cor
dis sagacitas, illius essentia (id est, Trinitatis, quæ unus,
uerus, et solus est Deus) comingeret arcanum? quæ nec
cepit esse nec desinit, in cuius substantia nihil est quod

Incomprehensibilis trinitatis diuinitas.

Esai. lv. c

Essentia infinita

m non

non fuit, nihil potest non esse quod fuit, cuius nihil loco concluditur, quia totum immensum, nihil initio præuenitur, quia totum est sempiternum. Quæ se hoc præsertim indião sempiternam, increatam, immutabilemque; môstrauit, cum ex nihilo, id est, ex eo quod non esset, creature potuit quod fuisset. Quæ; rationalem creaturæ suæ partem, hoc præ cæteris gratiæ priuilegio sublimauit, ut munere sibi æternitatis & rationis indulto, hinc liquido sui creatoris ac reparatoris essentiã, sine initio prorsus esse nõ ambigeret, cum se, quãuis nõ sine initio factã, nunquã tamẽ omnimoda consumendã abolitione deinceps cognouisset. Hinc etiam protinus moneretur, quãto infinitatis atque incõprehensibilitatis culmine, creatrix omnium uirtus & sapiencia, modum creaturæ intellectualis excederet, cum ipsam rationalem creaturam plena suæ cõprehensibilitatis agnitio, creatori quidem comprehensibilis & finita, sibi tamen incõprehensibilis atque infinita, lassaret, ut cum naturæ suæ inuestigationẽ, quæ extra se nõ est, & intimam sibi ærneret & occultã, ita ut tamen supra se nõ sit, atque in se sit, totũ se, sicut est, uestigare nõ possit. Eo magis paucscẽs ammirãsq; superbæ infinitatis magnitudinem, omnes intelligentiæ terminos excedentem, cuius pax (sicut Paulus diãt) superat omnem intellectum, cuius etiam iudiãa abyssus multa, solo se ad cognitionem altissimi humilitatis ascensu respiciãret prouchi, à quo superbe cogitationis casu quondã meruit segregari. Sed hoc nunquã prorsus adgredi possit, si uel exemplo uel auxilio caruisset. Inquirendus

Homo / cui
plene quod
in se est non
cognoscat /
Dei sup: a
semita omni-
bus cogno-
scere põt.

dus ergo fuit unus, cuius esset reformanda munere, infor-
 manda lumine, confirmada uirtute, ut equalitas eterna
 iustificaret impiam, instrueret insciam ueritas, uirtus fir-
 maret iualidam. Sed hoc nūquid posset homo per solum
 hominem, aut in solo quolibet homine reperire? Nullo
 modo. Quis enim homo posset existere medicus humani
 uulneris, cum omnes i radice uniatæ communitio arcum-
 plecteretur uitij naturalis? uel qualiter posset per se so-
 lum medelam uulneratis afferre, cuius ortus teneretur in
 uulnere? quouoc modo beneficentiæ largitor uniuersalis
 existeret, quem alienæ opis indignum natura monstra-
 ret? Vere igitur salutis exhaustus homo diuitijs, per-
 ēni bonorū possessione priuatus, forsā angelico fuit iu-
 uamine subleuandus, ut ille, qui domus lutæ seculentus
 ergastulo, ad facultatē purioris uitæ nequiuisset aliqua-
 tenus aspirare, gratia iuuaretur opitulationis angelicæ,
 qua pristinx offensiois deposuisset inluuiem, & amis-
 se dudum puritatis resumeret dignitatem. Veruntamē
 nec angelico poterat hoc reparationis munus adipisci
 subsidio. Angelica quippe natura tunc homini repa-
 rando aliquatenus esset idonea, si cadendi mobilitate nū-
 quam naturaliter fuisset obstricta. Cum uerò se iuuas-
 minis egenā, consubstantialis ruinæ documento testatur,
 profecto cognoscatur multo minus ad humanæ posse re-
 dintegrationis efficaciam redundare, quæ propriæ ne-
 queat stabilitati sufficere. Suis autē ad custodiam sibi
 sat esse uiribus non incongrue crederetur, si nulla
 pars eius in deterius laberetur. Vnitas enim naturalis

Nō potuis-
 set angeli-
 canatura
 hominē re-
 parare/
 quia et ipsa
 cecidit.

uniuersitatem arcumplexa naturæ angelicæ, tota procul dubio maneret impassibilitatis firmamento subnixæ, si passioni non esse posset obnoxia, nec unquam pateretur in reliquo, quod perpeti non posset in toto. Cum uerò quædam parseius, de cælesti beatitudinis culmine, in imâ perpetuamq; ærniur deuoluta misericordiam, beato Petro dicente: Quia Deus angelis peccantibus nõ peperat, sed aræribus caliginis inferni tradidit, in iudicio puniendos reseruari, profecto cognosatur, uniformi auctos opprimi potuisse ruinæ consortio, nisi, quos uellet, à casu prauitatis uirtus illa defenderet, quæ sola naturaliter mutari deprauariue non posset. Ipsa igitur etiam homini reparando fuit necßaria, quia non alia stantem angelum à ruina potuit custodire, nisi illa, quæ lapsum hominem post ruinam potuit reparare. Vna est in utroq; gratia operata, in hoc, ut surgeret, in illo, ne caderet: in illo, ne uulneretur, in isto, ut sanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non finit: illius esca, istius mediæna. Hunc autem quisquis sanum sapit, filium Dei esse non ambigit, qui est uirtus & sapientia patris: Sapientia, quæ cuncta disposuit: uirtus, quæ omnia creauit: Sapientia, quæ inluminat: uirtus, quæ adiutorium præstat: Sapientia, quia immutabilis: uirtus, quia insuperabilis. Qui omni creaturæ suæ per infinitam potentiam naturalem semper adest, & immensus nunquam deest: qui hoc in se naturaliter habet esse quod pater est, & ideo potuit et angelum in superioribus stabilire, & pro reparatione lapsi hominis ad inferiora descendere

1. Pe. 1. 3.

Christus uirtus et sapientia patris.

dere, sicut ipse testatur, dicens: *Descendi de cælis, non ut facerem uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me patris.* Hunc quidam, cum audiunt descendisse, de ascensionem eius affirmare nituntur localem, quia nesciunt Dei, sicut oportet, considerare uirtutem, nec ualent agnoscere, sic pro homine Deum hominem factum, ut accepta hominis forma maneret immutabilis diuina substantia: nec sic intelligunt temporaliter natum, ut semper fuisse teneant sempiternum. Hi sunt qui etiam considerare contemnunt, qualiter descenderit, cum perseueraret immersus: uel qualiter humiliatus sit, qui maneret altissimus. Si enim eius natura queratur, est essentialiter Deus: Quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Est etiam sempiternus, quia sempiterna Dei uirtus est, atque diuinitas. Est immensus, quia de ipso Hieremias dicit: *Magnus est et non habet finem, exælsus & immensus.* Et paulò post, ut hæc de filio se dixisse demonstraret, adiecit: *Hic Deus noster, & non estimabitur alius ad eum.* Adinuenit omnem uiam disciplinæ, et dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthac in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est. Altissimum uerò quis audeat Dei filium denegare? de quo Dauid dicit: *Mater Sion dicit homo, et homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.* De quo etiam Zacharias, nascante Ioanne, sic prædicat: *Et tu puer Prophetæ altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare uias eius.* Si ergo docetur esse naturaliter Deus, si immensus, si altissimus, si est etiam

Job. 1. 13

Bar. 11: 6

Psal. 113: 5

Lu. 1. 8.

Christus est naturaliter Deus / immensus

m 3 sempiter

173 AD TRASIMVNDVM REGEM

suo/alt. imm.
 mmo/sempr.
 scri. us.

sempiternus, dicitur, quid melius Deo, quid maius immenso, quid superius altissimo, quid antecius sempiterno? Deus igitur non discrepat à patre, immensus non caret patris æqualitate, nec ælitudie priuatur altissimus, nec è origine posterior sempiternus. Nam quia in Deo patre nihil potest esse mutabile, ex Deo natus est Deus: quia nihil locale, ex immenso proæssit immensus: quia in Deo humile aliquid non est, altissimum generauit altissimus: & quia initiatum nihil in Deo poterit reperiri, sempiternus protulit sempiternum. Generatio illa, nõ aliquã separationem patris filijq; monstrauit, sed errorem cõfusionis exclusit, ne cum, quẽ cum patre unum audiremus, natũ minime crederemus. De Deo Deus potuit nasci, sed immensus ab immenso non potuit segregari. Natus enim extitit, non abscessit. Talis est enim illa diuina inenarrabilisq; natiuitas, ut quẽ pater genuit ex se, haberet in se. Hanc fidei regulã, per Esaiam nobis unitas ipsius ueræ diuinitatis ostendit, memorato propheta dicente: Quoniã in te est Deus, & non est Deus præter te.

Esa. plv. C Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Erubescant & pudebunt omnes, qui aduersantur ei, & ibunt cum confusione. Qui autem filio dei aduersantur, nisi qui patrẽ in ipso, et ipsum in patre per unitatem naturalem denegant esse, atq; patrem & filiũ per naturalem diuersitatẽ audent perfidæ infidelitatis uitio separare? Sic est enim pater in filio, sicut est filius in patre. Unitas ibi naturalis sic æqualẽ demonstrat utrumque, ut immensus immensum gigneret, & immensus ex immenso

Sicut filius
 è in patre/
 ita pater in
 filio.

immenso genitus, immensitatis paternæ nihil minus ha-
 beret. Quæso, Regnator inclyte, ne ista, quæ de Deo lo-
 quimur, corporaliter existimes cogitanda, superat qui
 fecit cuncta quæ fecit. Cuius est, substantialiter sine initio
 esse, solius est substantialiter sine initio genuisse: cuius è
 per ineffabilem immensitatem totum implere quod fecit,
 eius est, per unitatem naturæ totum filio inesse, & totū
 filium in se semper habere quem genuit. Si non oīa
 filius cum patre disposuit, non est sapientia, quæ dicit:
 Cum pararet cælum, aderam illi, & cum segregabat se-
 dem suam super uentos. Quando fortes faciēbat sursum
 nubes, & cum stabiles ponebat fontes sub cælo, & infe-
 rius, quando fortia faciēbat fundamenta terræ, eram a-
 pud eum disponens. Quod si sapientia patri cœterna
 non creditur, necesse est, ut etiā Deus in dispositione cœp-
 ta mutabilis prædicatur. Si non cuncta fecit filius, nec uir-
 tus debeat appellari, nec manus. Et ubi est, quod p̄ pro-
 phetam dicitur? Cælum mihi sedes est, terra autem sca-
 bellum pedum meorum, quam domum ædificabitis mihi?
 dicit dominus, aut quis est locus requiectionis meæ? Non-
 ne manus mea fecit hæc omnia? Nam & Euangelista
 dicit: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum
 est nihil. Si alicui deest, filius immensus non est: si non
 cum pater corde ructauit, uerbum non debet dici: si de
 utero patris, hoc est, de substantia patris, non est ge-
 nitus, falso (quod absit) nomine uerus deus dicitur.
 De quo testatur Ioannes, quia hic est uerus deus, & uita
 æterna. In primāp̄io quoque erat uerbum, & uerbum

Pater per
 filiū omnia
 fecit.

Isa. vi. 2

Joan. i. 2

erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hic sempiternitas ostenditur, hic immensitas inuenitur, hic essentialis natura monstratur. Nam quod in principio erat, nunquam non erat, qui semper erat: quod uero apud Deum erat, locale non erat, sed immensum erat: quia cum Deus localis non sit, uerbum, quod apud Deum erat, in loco non erat. Quod autem uerbum Deus erat, in unitate nature & nominis ueritate, hoc utiq; erat quod ille Deus erat, apud quem uerbum Deus erat. An forte, quia in principio erat, audiuius dictum, aliquid filio existendi audebimus assignare principium? Et ideo sine initio natus esse non creditur, quia Ioannes non eum ante principium, sed in principio fuisse testatur? Absit, ut hæc insulsa cogitatio cuiusquam mentem sapientis contingat: absit, ut hæc in quolibet lethalis perfidie contagio puritatem Christiane religionis inficiat. Quis enim non consideret illud digne principium diu, quod nullo potuit principio præueniri? Nam quicquid ante quodlibet principium cogitare uolueris, hoc necesse est uerum principium fatentis. Et quoniam semper cogitando principium, nullus inuenit terminum, propterea illud est dicendum uere principium, quod est essentialiter sempiternum. Hinc est profecto, q; ipse filius, uolens Iudæis immensitatem sempiternitatis sue certâ prorsus manifestatione monstrare, interrogantibus quis esset, respondit: Principium & quod & loquor uobis. Sed forsitan eo, q; est principium dictus, magis putabitur initio existendi subiectus. Quod si ex hoc uocabulo quisquam molitur

obiectio de eo quod dicitur / In principio / et non, ante principium / erat uerbum.

Johã. viii.
& alios, qui

molitur præiudicium struere ueritati, ut quem principij cognoscat uocari nomine, quoddam principium natiuitatis existimet habuisse, dabit profecto etiam patri (quod nephas est) aliquod existendi principium, quem cum filio principium cognosamus nominatum, sicut ipse dicit: Te cum principium in die uirtutis tue, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Quid autem respondet, qui de principij nomine asserit filium natiuitatis habere principium? Quod si quis pro eo quod principium dicitur, natiuitatem filij habere credit initium, consequens esse, ut ipsum filium, pro eo quod finis dicitur, finem quoque asserat habiturum. Nam ipse Dominus, interrogantibus Iudeis, principium se esse firmavit, dicens: Principium quod et loquor uobis: Paulus uero Christum finem nominat, dicens: Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti: Ipse quoque de se Dominus: Ego sum Alpha et Omega, initium et finis. Quod si pro eo quod principium dicitur, asseritur coeptus, etiam pro eo, quod finis dicitur, putetur etiam finitendus. Et ubi erit Iohannis illa ructatio, quam de pectore uiui fontis bibebat? Scimus quia filius dei uenit et dedit nobis intellectum, ut cognosceremus uerum, et simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus, et uita eterna. Quam uitam necesse est neget eternam, quisquis asserit defuturam. At ipse qui est uerus Deus et uita eterna, iustos dicit ituros in uitam eternam: quomodo ergo iustorum uita eterna erit, si uita ipsa eterna quandoque non erit? Aut ut quid hic labor sancte conuersationis, et continui aduersus tentamenta certaminis toleratur, si

m 5 premiū

Christus et
principium
et finis in
scripturis
dicitur

Uita eter-
na Christus

1. Cor. ix. D

premiū uictoribus quandoq; tollitur? Hęc inest laudabilis in sanctis totius cursus intentio, propterea corpus suū castigant, & seruituti subijciunt, ob hoc se non in incertū præsumunt currere, & pugnantes sciunt se nō acere uerberare, ideo sibi nouerunt non esse conuictationem aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus prināpatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,

1. Pet. v. C.

contra spiritalia nequitie in cælestibus, idarco leoni rugienti, & inde sesso arcu quæreni quē deuoret, resistunt fortiter in fide, ut postq̄ hic in tribulatione patientes uixerint, consumpta quandoq; diuinæ promissionis seductoria magis retributione quā uera, aut misere uiuant, aut omnino non uiuant. Vita nāq; Christus dicitur, sicut ait: Ego sum uia ueritas & uita, Initium & finis Christus dicitur, quia similiter ipse dixit: Ego sum Alpha & Omega, initium & finis. Hęc autem uita, si eo quod initium dicitur, initio natiuitatis putatur subdita, consequēs est, ut eo quod finis dicitur, quandoq; putetur finaliter abolēda. Qualiter uerō sine fine uicturi sunt, quibus uita æterna dabitur, si uita ipsius æternitas finietur?

Apo. i. B.

Quod si hęc omnino absurda sunt, consequēter ueritas est Catholicæ atq; Apostolicæ fidei retinenda, quæ sicut Christus Christum propterea finem nominat, quia non solum in illa substantia, quæ natus est naturaliter sempiternus ex patre, sed etiam in ea, quam in tempore sumpsit ex matre, credit sine fine ppetuum, sic cum ideo iuste prædicat, uerā atq; prināpium, quoniam ī diuina, quam habet, substantia genitoris semper asserit cœternum. Non autem

Quod ueritas catholica Christus principii et finē intelligit.

autem ambigitur, uero principio nihil antcrius, uero fine nihil postcrius inueniri. Principium igitur Christus, quia sempiternus, omnia præcedit: Finis Christus, quia perpetuus, uniuersa concludit. Principium Christus, quia ipse inchoauit proficienda: Finis Christus, quia ipse proficit inchoata. Principium Christus, quoniam ab ipso habent, quæ non fuerunt, ut sint: Finis Christus, quoniam ab ipso habent quædam quæ esse cœperunt, ut semper sint. Quid autem hinc dubitationis creditur derelictum, cum in Melchisedech (quia Christi futuri pontificiæ typum gessit) unius eiusdemque dei & hominis Christi personam significatâ demonstraret Apostolus, ostendens eam, & secundum diuinam substantiam sine initio sempiternam, et secundum seruilem formâ, quam in tempore accepit, sine fine perpetuam. Sic idem igitur gentium Doctor loquitur ad Hebræos: Hic etenim Melchisedech, rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abraham regresso à cædere regum, & benedixit ei, cui decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem, qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem uitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Posset utamque in hoc forsitan testimonio quicquam contradictio renitentium, super huius Melchisedech persona, tanto lumini ueritatis opponere, si esset credendum, quamlibet creaturam sine initio naturaliter extitisse. At cum clareat, omnimodis creaturam, ut potest prorsus ex nihilo factam,

in initio

Heb. vii. 3

Obiectio de Melchisedech / quod dicit sine patre et sine matre.

initio non carere, cuius origo sola Creatoris uoluntate & potestate, quādo factādam iudicauit, qui mutabilium operum dispositionem semper immutabilem habuit, substituta cognoscatur ex nihilo, quæ tamen nunquam fuerit, priusquā initio creationis extiterit: nullatenus accipitur, quæ Melchisedech aut ex patre fuerit matremque non genitus (quod est hominis primi) aut initio existendi naturaliter careat, quod solius est Dei. Ille itaque figuræ huius retinet naturaliter ueritatē, quæ in utraque natiuitate mirabilis, nec usquepiam ueritate naturalis caruit originis, & in utroque mirabiliter natus est singularis. Quis enim rex iustitiæ, nisi rex noster Christus? qui factus est pro nobis peccatū, ut nos efficiāremur iustitiā Dei in ipso. Quis est etiā rex pacis? nonne ille, qui ait: Pacem meā do uobis, pacem meā dimitto uobis? Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Ad ipsum Prophetæ clamat: Domine Deus noster pacem tuā da nobis. Omnia enim dedisti nobis. Domine deus noster, posside nos. Domine, præter te alium non nouimus, nomen tuum nominamus. Matrem quoque non habuit Christus dei filius in dei substantia, quam semper habet ex patre. Rursus idem patrem in hominis natura non habuit, quam ex sola matre suscepit. In ueritate namque utriusque natiuitatis singularitatē seruauit, & patris & proliis, ut quis prius de solo patre, postmodum de sola uirgine nasceretur. Unus tamē idemque fuerit, qui & prius de patre, & postmodum sit natus ex uirgine, ut in unius ueri dei uerique hominis Christi, miro atque ineffabili sacramento, nec naturalis genito defuisset ex eggente substantia,

Christus rex
iustitiæ et
rex pacis
recte dicitur.

Christus sine
matre ut
deus / sine
patre / ut
homo.

ita, nec geminaretur i gignēte genitōue psona, licet i uno Christo ueritatē Dei & hoīs naturæ uirtus i confusa ser uaret, unam tamen in Christo psonam utriusq; naturæ indiuisa ueritas exhiberet, ut nec gemina natiuitas uni= us Christi uideretur geminare personā, nec personæ u= nitas, aut Dei in homine, aut hominis in deo, ueram pos set abolere substantiam. Et licet, utraq; uera i uno Chrē slo substantia, naturalem in se testetur & originis natiui tatem, et natiuitatis originem, mysterij tamen pietas mi rabilis permanens, quandam diuinæ illius & ineffabi lis generationis, quæ initium non habet, in hoc quoq; hu mana generatione certam nobis intelligentiæ lineam de monstrauit. Nam qui semper deus ex deo, idem tempo raliter ex homine deus & homo. Et in quo naturalē pa ternæ substantiæ plenitudinem natiuitas sempiterna pos sedit, in eodē plenam hominis naturam ueritas natura lis exhibuit: filius enim dei, ut nostrum ex uisibilibus ad inuisibilia proueheret intellectum, ueritatem in se demō strauit humanæ naturæ, ut consequenter crederetur, ex ueri Dei natura Deus uerus naturaliter existisse, quē ue rum hominem naturaliter natum constaret ex hoīc. Ini tium quoq; natiuitatis in natura hoīs Christus habuit, i qua sine initio non potuit mater eē quæ genuit, ut agno sceretur, naturæ ueritate recognita, nullū diuinæ natiui tatis habuisse, ubi sempiterno patri, sicut initium existēdi nullū fuit, sic nulla natiuitas initiatæ generatiōis accessit. Ita nāq; utriusq; i se Christus Iesus demōstrauit substan tiæ ueritatē, ut sicut in hoīs Christi substātia, sulus præ rogati

In una chri sti persona gemina na tiuitas.

Tēporalis Christi nati uitas ducit in cognitio nē eterne

EST AD TRASIMUNDVM REGEM

rogatus singularis illius dignitatis, hoc substantialiter inuenitur, quod naturaliter constat in homine: sic in eodē Deo Christo, hoc substantialiter esse credatur, quod naturaliter subsistit in patre. Vt cū in homine Christo uideatur ueritas hominis, in eodem deo Christo cognoscatur paternæ ueritatis deitatis: & cum ista natiuitas inuenitur initio subdita, quæ ex temporali homine substantialis temporaliter existit, illa quoq; sine initio credatur esse natiuitas, quæ de sempiterno Deo substantialis ac sempiterna subsistit. Ipse igitur sine matre in diuina substantia, quæ est ex solo patre, naturaliter genitus, ipse sine patre, fructus inuiolatæ uirginis, quam complexus non coningit maritalis, ipse sine genealogia, de quo scriptū est: Generationem eius quis enarrauit? Vt cum in generatione uera filij Dei fides nobis cognitionē præstat, sermonem uerò sempiternitatis superat, in eo, quod fidei constantia credulitatis firmamento nutritur, sermonis uerò audacia, fidei timore comprimitur, Diuinæ generationis uera naturalis sempiternitas agnoscatur. Nam quia diuina, utiq; naturaliter uera est, quia in Deo uero nihil est falsum. Quia uerò nec cœpta est nec creata, sicut oēm cœptæ creatæq; naturæ supat cogitationis indaginem, sic oēm supgreditur eloquij facultatē. An forsitan, q; de dei patris apostolicæ auctoritatis ueritate pæpimus, de eius generatione prorsus accipe dubitamus? cū nobis Paulus Beatisissimus dicat: Pax dei, quæ exuperat oēm intellectū, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras ī Christo Iesu. Cuius ergo Pax, licet oēm supet intellectū, uera tamen, sempiternitatis

Esai. liij. B

Phil. iij. B

Sempiterna, naturalisq; creditur: cur eius generatōis, quæ
 supat oē prorsus eloquiū, naturalis ueritas & infinita
 sempiternitas abnegetur? Vbi ergo sempiterna pax est,
 credatur etiā sempiterna natiuitas: & cuius est credēda
 sempiterna natiuitas, non negetur immensa maiestas. Nul-
 lo quippe naturali fine concluditur, quod natiuitatis ini-
 tio nō tenetur. Et ideo immēsa prorsus agnosatur illi sub
 stātia, cuius est natiuitas nō coępta, sed uera. Nā quod ali-
 quo arcūscribitur fine, necesse est, ut loco teneatur, aut tē-
 pore. Quō autē scāsse tēpus & locū creditur, si loco ipse
 tēpue subdatur? Nā p ipsum oīs factus est locus, qā oīa p
 ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Per ipsum
 quoq; factū tēpus agnosatur. De quo Paulus diāt: Mul-
 tisfarie multisq; modis oī deus loquēs patribus in pro-
 phetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio,
 quē cōstituit hēredē uniuersorum, p quē scāt & secula.
 Nō est ergo localis, p quē factus est locus, nec tēpalis, per
 quē factū est tēpus. Nā si localis ipse, locū scāt, & certū
 est omne locale in loco eē, consequēter intelligitur, q; pri-
 us in loco fuerit, & sic locū creare potuerit. Sed hic lo-
 cus, in quo fuisse Dei filius diātur, quæro, utrū filio ante-
 rior, æquæuūsiue credatur. Sed si aliq; anteriorē filio e-
 xisimat locū, uideāt, in quod Barathrū nefarie asertio-
 nis incurrūt, cū rerū oīm opatori materiā cuiuslibet opis
 anteponūt. Cūq; loēs oīa p ipsum facta cōmemoraret,
 nullā (quod absit) in se habuisse dicēdus est ueritatem, si
 quodlibet opus præsit opificē. Quō enī locū facere po-
 tuit, ante quē eē, uel sine quo eē, si ita est factus, ipse nō
 potuit?

Immensa
Christi ma-
iestas, quæ
sempiterna
natiuitas .

Hebr. 1. 2

Nō fuit lo-
cus ante filii
dei / in quo
nasceretur

potuit? Tunc deinde soliat a consideratione perpendat, quoniam sempiternitatis infinitatem, loco uidentur dare, quam filio dei conantur adimere. Nam si propterea filium dei non sine initio natum asserunt, quia dicit Euangelista: In principio erat uerbum: & non dicit: ante principium erat uerbum: isti, qui locum ante uerbum fuisse asserunt, ante principium quoque fuisse, necesse est fateantur. Quoniam id, quod fuisse putant ante uerbum, hoc existimant non habuisse principium. Si autem principium non habuit locus, ipse est sempiterno patri sine dubio coaeternus. Et quoniam sempiternum distare non potest sempiterno, talis hanc impietatem profecto consequitur absurditas, ut aut localis putetur Deus, aut locus hoc credatur esse quod deus, aut ipsum locum aliquod existiment esse sine Deo principium, quod sempiternitate sui naturaliter perseueret infectum. Sed quoniam haec non sine impietate creduntur, idcirco non solum filio anterior, sed nec aequaeuus dicendus est locus: per quem enim omnia facta sunt, huic facta quaelibet anteferri conferrique non possunt. Quonia, quod omnia in numero & potestate & mensura disposuit, sicut tempore numerari, si loco mensurari non potuit. Proinde Psalmus ueraciter canit: Magnus dominus Deus noster, & magna uirtus eius, & sapientiae eius non est numerus. Atque ut huius ammirabilis sempiternitatis infinita monstraretur immensitas, alio loco dicitur: Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Quia reuera necesse est, naturaliter pronuntietur immensum, quod est naturaliter sempiternum, quia quod semper est,

Nec fuit uel
1^o loc^o uer-
bo coeque-
uus.

Ps. cxliii

est, non capitur numero, & quod ubiq; totum est, non concluditur loco. Idcirco deniq; alio scripturæ testimonio de sapientia dicitur: Attingit autē ubiq; propter suam mundiciam. Et paulò post: Attingit autem à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suaviter. Hic utiq; cum à fine usq; ad finem sapientiā audimus attingere, intelligēdum est, quia cum à fine usq; ad finem attingit, utrunq; finē immensitate suæ infinitatis excedit. Ille enim omnē potest creaturam attingere, quem omnis non potest creatura concludere. Nam sicut implens cælum perscuerat immensus, sic à fine usq; ad finem attingens, permanet infinitus. Tale nanq; est, Attingit à fine usq; ad finem fortiter, quale est et illud, quod per Hieremiam dicitur: Ego Deus Sapientia attingit a fine usq; ad finem. Iste. xxiii. c proximans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in occulto, ego ergo non uidebo eum? Nonne cælum & terram ego impleo? Qui implet omnia, uidet omnia. Et in eo demonstrauit, quid sit, uidebo eum, quod adiunxit, dicens: Cælum & terrā ego impleo. Neq; enim more corporali uidere credendus est Deus, tanquā alibi sit ipse cum uidet, & alibi quod uidet. Quicquid enim uidet, nō extra se uidet, quia ipse implet uniuersa quæ uidet. Nam scriptum est: Quoniam in omni loco oculi Dei speculantur bonos & malos. Et alio loco: Oculi Domini super iustos, et aures eius ad preces eorum, uultus autem Domini super facientes mala. Vbi non præterea unde locus nascitur questionis, in eo, quod Salomon dicit: Iste. xxiii. c Ib. .10 In omni loco oculi Dei speculantur bonos & malos. Et rursus Propheta dicit ad Dominū: Mundus est oculus

185 AD TRASIMVNDVM REGEM

tuus, ne uideat malum. Metuendus est enim ne hic, qui dicitur ea uidere quæ dicitur implere, putetur alicubi non esse, cum dicitur aliquid non uidere, quoniam non ubiq; substantialiter est, si uel in malis non est. Sed in diuinis sermonibus, si teneatur humilitas cordis, nulla reperietur repugnantia ueritatis. Quodammodo ergo uidet omnia Deus, & quodammodo quædam non uidet Deus, sicut quodammodo ubiq; totus est, & quodammodo alicubi nõ est: non quia substantialiter alicubi deest, (de quo scriptum est: Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: quiq; secundum Propheticum dictum, mensus est manu aquam, & cælum palmo, & uniuersam terram clausa manu) sed quia non omnibus equaliter adest. Vbiq; enim adest per potentiam, non ubiq; per gratiam. Per potentiam, qua cuncta Deus implet & continet, per ipsam uidet omnia: per gratiam uerò illud uidere dicitur, quod ipse largitur, & quod in suis fidelibus operatur. Vidit enim Deus omnia quæ sciat, & cæcæ bona ualde. Ac per hoc & ubi quædam non uidet, ut tribuat, uidet, ut retribuatur. Sic etiam uidet malum, & non uidet malum, quia quod non uidet ut probet, uidet ut iudicet: et quod non uidet per gratiã suam donatum, uidet à peccante per iustitiã exigendum. Quoniã & ubi non adest iustificandi largitas, non deest iudicandi seueritas, beato Paulo dicente: Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui cæderunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. Quæ cum ita sint, quomodo potest

substan

Col. 1. C.

Isa. xl. C.

Se. 1. in fine

Ro. 11. C.

substantialiter alicubi deesse? Cum lux etiam in tenebris Job. I. 1. **B**
luat, licet tenebræ eam non comprehendant. Aut quo-
modo potest aliquid substantialiter non uidere? De quo
B. Paulus euidentissime protestatur, dicens: Viuus est enī Heb. III. **C**
Dei scilicet. 10. & efficax, et penetrabilior omni gladio an-
aperti, & pertigens usq; ad diuisionē animæ ac spiritus,
compagum quoq; & medullarum, et discretor cogitatio-
num & intentionum cordis, et non est ulla creatura inui-
sibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta
sunt oculis eius. Nec hic, sicut superius diximus, ulla de-
bet corporeæ uisionis subintrare suspicio, tanq̄ Dei filius
in celo sit, & exinde cuncta uideat, ubi non sit. Hoc est
enim Deo uidere, quod esse, & quantam insinuat uisio-
nem suā, tamā uult credi substantiā suā, ut cū audimus
oīa nuda & apta esse oculis eius, nullū terminū putemus
substantiæ eius. Vt autem unius infinitatis cum patre fi-
lius monstraretur, sancta scriptura curauit de Sapientia Sap. VI. **D**
dicere: Splendor est enī luās eternæ, & speculū sine macu-
la Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. In hoc testi-
monio & naturalis unitas, & psonarum proprietates, &
æqualitatis immēsitas patris filijq; monstratur. Patrem
nanq; lucē, filium uerò splendorē hoc in loco nullus am-
bigit appellari, De quo etiā Apostolica dicit auctoritas: Heb. I. **B.**
Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substātiæ eius, ge-
rens quoq; oīa uerbo uirtutis suæ. Ecce & splendor esse
filius, & oīa gerere phibetur. Si quis ergo patrem putat
immensum, filium uerò quantitate credit aliqua ter-
minatum, demonstrat nobis qualiter lux & splendor
n 2 diuerse

187 AD TRASIMVNDVM. REGEM.

diuerſe poſint eſſe ſubſtantia, cum nec confundantur nomine, nec ſegregentur genere, nec alterum altero differat quantitate. Nam luās et ſplendoris non ſunt conſuſa nomina, ſed luās et ſplendoris non eſt diſcreta natura. Rurſus luā ſplendor ſic indiuiduus unitur, ut ab ea nulatenus ſeparretur, tantūmq; lux in ſe habet ſplendorē, quantam in ſe ſplēdor continet luām: nec lux, ut luā, ſplendore poteſt priuari, nec ſplēdor, ut ſplendeat, luā poteſt aliquando deſtitui: ſed quæcunq; lux complet, æqualis in ſplendore permanens, eadem et ſplēdor complet, in luā pariter æqualis exiſtens. Quocirca, ſi etiam lux illa æterna, nec ſine ſuo potuit ſplēdore eſſe, nec eodem poteſt carere, conſequenter aut patri filioq; unus dabitur qualitatis quantitat iſq; terminus, aut æqualiter, uterq; neceſſe eſt prædicatur immēſus. Quantum eſt enim ſplendor illius luās, tantam neceſſe eſt luām ſplendoris illius fatearis: quoniam luām ſic æquat ſuus in omnibus ſplendor, ut nec maior ibi poſſit eſſe nec minor. Multū uerò miramur iſtos, qui in contumeliam filij Dei conſpiciant, æſtimantes eum ſecundum deitatis ſubſtantiam, aut ad locum de loco motu locali tranſire, aut non poſſe ſimul omnia deitatis ſuæ immenſitate complere, intantū, ut cum eum audiunt ad terram deſcendere, credant eum in cælo uel apud inferos non fuiſſe, et ad infernum ſecundum deitatis ſubſtantiam ita deſcendiſſe confirment, ut eum cælo deſuiſſe tunc et terris exiſtiment. Quomodo non conſiderant ſecundum ſcripturarum morem, quo paruulorum intellectu cæleſtia ſolent eloquia adaptari;

Non deſcendit filius de celo locali-ter.

aptari, nonnunquam in persona quoq; patris similia reperiri? Vt enim illa legalium uoluminum loca præteream, quibus dicitur: Et descendit Dominus uidere ciuitatem & turrim: tanquam si nõ descenderet, non uideret, cum superius demonstraerimus scripturam dixisse: In omni loco oculi Dei speculantur bonos et malos. Et ipse Dominus ad Prophetam: Ego sum Dominus Deus uniuerse carnis: nunquid à me absconditur aliquid? Sed & illud, quod paulò post dicitur: Venite, descendamus & cõfundamus in illis linguas eorum. Vt ergo hæc silentio nunc interim deputentur, quoniam solent hæc aliquanti non totius Trinitatis, sed solius filij deputare personæ. Quid de illo loco Euangelij dicturi sunt, in quo filius ipse discipulos, priusquam pateretur, informans, ait: **Joh. i. xlii.** Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Cùmq; Iudas discipulus, non traditor, respondisset, dicens: Domine, quid factum est, quia nobis manifestaturus es tuis, & non mundo? ut ostenderet manifestationis gratiam aduentus nomine demonstrari, respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum uenimus, & mansionem apud eum faciemus. Simul diligunt, simul ueniunt, & apud suum dilectorem simul unam faciunt mansionem, simul se manifestant, quia uno aduentus sui lumine cor dilectoris inluminant. Et quoniam reuelando se manifestant, non se sine sancto spiritu reuelant, quia non se

n 3 sine

Pater quod
in scripturis
descendere et ve-
nire dicit /
sed nõ loca
liter.

Sen. ii. 3

Joh. i. xlii.

sine sancto spiritu manifestāt. Sic enim sine sancto spiritu cognoscā nō possunt, sicut sine suo spiritu esse nō possunt. Et ob hoc, sicut una est manifestatio, sic una est reuelatio Trinitatis: et ubi unum est diuinę reuelationis munus, ibi unus est indiuiduę Trinitatis aduenus. Nā sicut pater reuelare mōstratur, ipso filio dicēte: Beatus es Simō Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis: ita filius patrē reuelare suo sermone mōstratur. Dicit enim: Nemo nouit filiū, nisi pater, neq; patrē quis nouit, nisi filius, & qui uoluerit filius reuelare. Nō est etiā sancti spiritus dissimilis estimāda reuelatio, in quo est ipsius Dei naturalis agnitio, dicente Apostolo: Quis enim scit hominū quę sunt hominis nisi spiritus hoīs qui in ipso est? Ita & quę Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei. De ipso dicit idē gēnū doctor: Nobis enim reuelauit Deus p̄ spiritū suū. De hoc denuo ad Ephesios ita scribit: Ut Deus domini nostri Iesu Christi pater glorię, det nobis spiritū sapiētię & reuelationis. Et ut ostēderet agnitioē Dei in nobis reuelationē spiritus op̄ari, cum dixisset: Det uobis spiritū sapiētię & reuelationis: adicāt: in agnitione eius. Sola uerō se potest Trinitas reuelare, quia sola se plene potest ipsa Trinitas nosse. Et quantum se dederit agnosandā, tamum se condonat reuelandam. Ibi autē est plena sui cognitio, ubi non est naturalis ulla discretio. Immensus nanq; ab immenso plene cognoscatur, & sciētię infinitas manet, ubi substantia finem non habet, nec sciētię terminus ab aliqua creatura conigitur, ubi quod immēsum est, nullatenus

Mat. xvi.

Mat. ii. 8

1. Cor. ii. 9

Ibidē pan. solupra.

tetus terminatur. Sola est ergo una Trinitas, quæ cum se
 manifestat, ineffabiliter uenit: & cum se indignis ocula-
 tat, ineffabiliter omnino discedit. Veniunt atq; abeunt
 proprio atq; incōprehensibili modo pater & filius &
 spiritus sanctus, nec tamen localiter aut pater aut filius
 mouetur aut spiritus. Nouerunt sic uenire atq; abire, ut
 nec ad locū localiter ueniant, nec localiter de loco disce-
 dant. Hic aduentus patris & filij & spiritus sancti non
 mobilitatē, sed pietatē Dei uenientis ostēdit. Vna enim
 Deitas Trinitatis, quæ oīa implet, oīa continet, illi ue-
 nire dicitur, cui se manifestare dignatur: & ab illo disce-
 dit, à quo lumē suæ dilectionis abscondit. Nec tamē loca-
 liter absens effiatur, cū iuste relinquit indignū: nec loco
 præsens effiatur, cum misericorditer uisitat quem fecerit
 dignū. Propterea, licet Deus dicat: Cælum & terram ego
 impleo, tamen de quodā dicitur: Nō est Deus in conspectu
 eius. Et licet totum impleat pater, dicitur tamen in libro
 Sapientiæ: Peruerse enim cogitantes separant à Deo. Et
 cū de filio, id est, de Sapientia Dei dicitur: Attingit à fi-
 ne usq; ad finē fortiter, & disponit oīa suauiter: eadē ta-
 men de se dicit: Querunt me mali, & non inueniunt. Et
 rursus dicitur: In maliuolā animā non introibit sapien-
 tia, nec inhabitat in corpore subdito peccatis. Spiritus
 quoq; sanctus, cū immēsus omnimodis prædicatur, quia
 spiritus Domini repleuit orbē terrarū: de eodē tamen di-
 citur: Sanctus enim spiritus effugiet fictum, & aufe-
 ret se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Quan-
 tum ergo ad substantiam & potentiam suam, ubique est

Deus adue-
 nit homini-
 b^o/nō mobi-
 litate vel lo-
 co / sed pie-
 tate.

psal. lx. 2

Sa. viij. 2

Sap. i. 2.

Ibidē pau-
 lo post.

Trinitas, unus Deus, totus, totum complens uirtute, non mole, totus in singulis, totus simul in omnibus creaturis. Quantū uerò ad cogitationes attinet nostras, descendere ad nos Deus dicitur, cum sermonem suum ita nobis diuinitas tēperat, ut humano nobiscum more loquēs, agnitionem & dilectionem suam nobis intimare dignetur. Ascendit autem in nobis, quando nos ascendimus per charitatem & scientiam deitatis, ut discamus, nec in immenso quicq̄ locale sapere, nec de altissimo humile aliquid aestimare, nec aliquid in Deo credere mutabile, nec in sempiterno temporale aliquid cogitare. Talis est patris & filij et spiritus sancti credendus aduentus, quoniam sicut mundana operatione primordialiter consummata, requie cuius dicitur Deus, qui tamen non laborauit in ope, quia cuncta sola opatus est uoluntate. Huic enī dicitur: Subest enim tibi cum uoles, posse. Sicut & in Psalmo audimus: Oīa quęcunq; uoluit fecit, in cælo & in terra, et in mari & in omnibus abyssis. Cuius uoluntatis omnipotentiā Euāgelicus ille leprosus diuina inluminatiōe cognoscēs, hanc ad suę mundationis sufficere testatur effectum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Cū dicit, si uis potes, ostendit diuinā uoluntatē ipsam esse plenissimā potestātē. Deniq; etiā Dominus hoc misericorditer effectus curationis ostēdit, quod crediderat fideliter q̄ poposāt. Ait enī, uolo mūdare. Et cōfestim mūdata est lepra eius. Sicut faciēs ergo mundū, nō cuiusq̄ sensit laboris incōmodum, ut uires labore opationis exhaustas, quietis posset instaurare successu, sed cum se requie cuius dicit, nos post
 bona

Quōd deo re
 quieuit et
 et operat
 est uolunta
 te, et non la
 bore.

Mat. viij. 8

bona opera requieturos ostēdit: ita cum uenisse uel descendisse dicitur, diuinæ reuelationis erga nos gratia commendatur, & cum non descendere, sed ascendere dicitur, profectus nostræ inluminacionis agnitionisq; monstratur. Talē Dominus Iesus ascensum significauit, quando tangendi se facultatem Mariæ Magdalene prohibuit. Post resurrectionem nanq; , cum flēti misericorditer appareret, Ioannes cum dixisse commemorat. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrē meum. Hic tectus, de quo dominus loquitur, credulitatis probatur eē, non corporis: alioquin repugnās euangelistarum repietur assertio. Nam cum Ioannes tangendi dominum Mariæ facultatem præceptam, ipsius domini testetur imperio, dicentis: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrē meum: & Dominum in cælum scandum hominem ascendisse quadragesimo resurrectionis die scriptura confirmet, quod non solum Ecclesiæ sanctæ Catholicæ fides intemerata retinet, sed etiā uariarum hæresum, earū dūtaxat, quæ ueræ carnis in Dei filio nō abnuunt sacramētū, diuersa multiformisq; credulitas, uniuoco prorsus cōalebret assēsu: si, priusq̄ Dominus ascendisset ad patrē, noluit corpali ascēsu Mariæ contingi, quō Matthæus, ipso resurrectionis die, Mariā Magdalene, & aliā Mariā, pedes Iesu memorat tenuisse? Quod ut manifestius agnoscat, totū eiusdē loā capitulū, si ut Matthæus posuit, huic opi duximus inserēdum. Ait igitur: Vespe aut Sabathi, quæ luāsat in prima sabathi, uenit Maria Magdalene, & altera Maria, uidere sepulchrum. Et ecce,

Noli me tangere/ nō enim ascendi ad patri

Actu. 1. 8.

Matthæi. xxv. 8.

terra motus factus est magnus. Angelus autem Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidē, et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos, scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, queritis, non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, uidete locum, ubi positus erat Dominus, & ito euntes, diate discipulis eius, quia surrexit, & eae præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis. Eae dixi uobis. Et exierunt ito de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Aucte. Illæ autē accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Quomodo ergo se, eo quod nondum ascendisset ad patrem, à Maria Magdalena tangi ueluit, à qua sibi eodē die pedes teneri permisit? An ita quisquam puerſo sensu raptatur, ut momentaneis putet Christi sententias motibus uariatas? tanquā qui postmodum melius recogitans Mariæ tribuerit, quod antea denegarit? Sed tali cogitationi protinus uas electionis obsistit, qui in dei filio, secundum immutabilitatem diuinitatis æternæ, nulla nos mutabilitatis suspitione permittit errare, Corinthijs ita scribens: Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est, per me & Syllanum & Timotheum, non fuit in illo, est & non, sed, est, in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est. Ideo & per ipsum diamus: Amē Deo ad gloriā uestrā. Non ergo hic Euangelistarum discre-

Dissolutio/
que uidet
Euāgelio-
rum.

11. Cor. 1. D

pat

pat intellectus, nec Christus aut inaniter se tangi, nondū ascendēs ad patrē prohibuit, aut incaſum sibi pedes teneri pmisit. In uno enim demonstraui ueritatem carnis, in altero insinuaui gloriam deitatis. Illic permisit manum, hic amouit intellectum, ut in homine Christo resuscitatæ carnis tangeretur ueritas, & in eodem Deo Christo paternæ diuinitatis crederetur equalitas. Ideo igitur dicit: Noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrē meum, quia Maria Magdalena nondum patri equalē credebat, quæ uelut extinctum scemine a pietate plangebat. Quid est enim, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrē meum? nisi, noli hoc in me tantum credere quod putas, noli hoc in corde firmare quod æstimas, quia quādiu in me illa tantum quæ sunt carnis attendis, equalitatem meam cum patre non sentis. Et reuera nondum illis Christus ascendit ad patrē, qui patri filium nō confitentur equalē. Festinandum itaq; est, ut unusquisq; perfectionem & ueritatem humanæ naturæ in Deo filio credens, tanquam pedes Christi teneat, eiusdemq; filij de patre natam substantiam fateatur, ut illi Christus ad patrē per equalitatem naturalis diuinitatis ascendat. Quid est enim, Nondum ascendi ad patrē meum, nisi, infra patrē existimas, quem mortuum ploras? Et quid est, Noli me tangere, noli in eo fidei tuæ motum statuere? Quotiens unq; enim uolumus quolibet membro aliquid tangere, nisi eiusdem membri finierimus motum, non dicimus tactum: tamdiu autem membrum illud necesse est moueamus, donec ad rem, quam uolumus tangere, ue-

Noli me tangere.

niamus: ulterius autem motum membri nō porrigimus, postq̄ ad tactū integrum uenerimus. Sic & animi nostri motū illic statuimus, quod in corde nostro credulitate firmamus. Proinde, si quæ digna & cōgrua sunt credamus de Christo, tunc tangimus Christum: quisquis autem dei filium, secundum diuinam naturam, æqualem patri non credit, nondum illi ad patrē Christus ascendit: Et cui filius non ascendit ad patrē, tangendi Christum non accipit facultatem. Illi autem uere filius ascendit ad patrē, qui filium patri æquale, sempiternitatis & immensitatis parilitate nō ambigit, ut filium Deum de deo patre naturaliter genitum, nec posteriorē æstimet, nec minorē, quia nō æqualis, si minor immēso, nec coæternus, si posterior sempiterno. Vterq; autem sensus à Christi tactu separat, quæ nō exæquat patri filiū, sed minorat. Huiusmodi autem digne audit à Christo: Noli me tangere, nondū enī ascendit ad patrē meum. Quisquis enī tangere Christum nō sinitur, ab eius utiq; corpore separatur. Quod est autē corpus Christi, nisi ecclesia Christi? Vnde intelligitur, quia donec aliquis filium Dei secundū diuinā substantiā æquale non credit patri, membris Christi p̄ tactum fidei non potest copulari. Ille autē Dominia corporis tenet profecto compagem, cui filius ascendit ad patrē: illi autē filius ascendit ad patrem, qui Deitatem filij Deo patri fatetur æqualem. Manifeste itaq; claret, per illum ad patrē ascensum filij, nostræ potius profectum fidei demonstrari: nos enī eū quodāmodo in nostris cordibus exaltamus, quādo sic in eius intelligentia crescimus, ut de illo, tanquam

de

de Deo uero, quæ diuinæ æstidini digna sunt, cogite-
 mus. Ad hanc nos Dei exaltationem Dauid sanctus
 hortatur, dicens: Exaltate dominum Deum nostrum,
 & adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum
 est. Et paulò post: Exaltate Dominum Deum no-
 strum, & adorare in monte sancto eius, quoniam san- Exaltate
dominũ de
um nostrus
 ctus dominus Deus noster. Quid est autem, Exal-
 tare dominum, nisi quæ altissima sunt de altissimo cre-
 dere? Hoc est utiq; in monte adorare, ut cum de Deo
 cogitamus, nihil de illo humile sapiamus. Sic in no-
 bis uere exaltatur, quando eum exaltamus, cum sit
 ipse semper altissimus, sicut in nobis sanctificatur, quan-
 do eum sanctificamus, cū semper ipse maneat sanctus.
 Nam Beatus Petrus ammonet nos, dicēs: Dominum ue- i. p̄. iij. c̄
 rò Christū sanctificate in cordibus uestris. Quid est autē
 Christū sanctificare, nisi de Christo quæ sancta sunt cogi-
 tare? quæ cogitatio non illū, sed nos sanctificat, & sancti-
 ficando cōseruat. Sicut Salomon diat: Cogitatio sancta
 seruat te. Ipse quoq; dominus iubet, ut in oratiōe di- S̄ctificet
nomē tuũ
 camus: S̄ctificetur nomē tuū. Et tamē hūc oratiōis locū
 sic beatus intellexisse cognosatur Cyprianus, ut in hac di-
 uini noīs sanctificatiōe, nō Deū diceret sanctificari, sed no-
 bis donū sanctificatiōis diuinæ conferri. In Epistola nã-
 q; de dominica oratiōe, quibusdā præmissis, ita loquitur:
 Post hoc dicimus: S̄ctificetur nomē tuum, nō q̄ optemus
 Deo, ut sanctificetur oratiōibus nostris, sed q̄ petimus ab
 eo, ut nomē eius sanctificetur in nobis. Ceterū à quo De-
 us sanctificatur, q̄ ipse sanctificat? Sed q̄ ipse dixit: Sati-
 facti

Et estote, quia & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod cœcipimus, perseueremus, & hoc quotidie deprecamur. Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, ut quod quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgenus. Si ergo sanctificantes Christum nos sanctificamur, & nomen Dei sanctificari poscentes, nos donum sanctificationis accipimus: cur exaltantes Deum, non potius nos per intelligentiæ profectum exaltari credamus? Quod si Deū exaltātes, nos potius exaltamus: similiter cū nobis uenire dicitur, nostrū profectū debemus credere, in eo quod se diuina maiestas nostris dignatur cordibus reuelare. Nā si filius Dei ad nos locali motu descendit, localiter de illo uirtus exiuit. Cū enī quædā mulier, in profluuio sanguinis constituta, facultatibus uiribusq; consumptis, omnia quæ habuit propter infirmitatē finiret, & solā infirmitatē, quā habere nollet, finire nō posset, atq; à cœlesti medico gratis curari desiderās, occulte simbriā tangēs, fideli raptu sanitatis sibi suraretur effectū, ille credulitatis cōsāus, & salutis, ait: Tetigit me aliquis. Nā ego noui, uirtutē de me exisse. Quid igitur hæc uirtus, quæ de domino exiuit? Nūquid exēdo discessit? An ad sanandam sic exiēs potuit puenire, ut à saluatore localiter nō posset exire? Quod si localiter ab eo, quod uirtus dicitur, uirtus exiuit, dicitur: qualiter uirtus à uirtute discessit? Si uerò talis credulitas fidei Christianæ uideatur incongruus, nō aliū putemus illū de Christo uirtutis exitū, nisi diuinæ curatiōis effectū. Tūc enī ad mulierem

uirtus

Quomodo a
Christo uir-
tus exiit/
mulierem
habet ex
gēte.

uirtus saluatoris exiuit, quādo ī se uirtutē diuinæ curat-
 onis agnouit. Sic ergo dei filius, q̄ est uirtus & sapiētia
 dei, locorū creator & tēporū, quē admodū tēpus oē sem-
 piternus præcedit, sic oēm locū immēsus excedit, qui no-
 bis tunc uenire dicitur, cum nos inluminare dignatur. De
 ipso nanq; dicit Euāgelista: In mundo erat, & mundus p
 ipsum factus est, et mūdus eū nō cognouit. In propria ue-
 nit, & sui eū nō recipunt. Quomodo igitur & in mundo
 fuisse dicitur, & in mundū uenisse firmatur? An illud est
 potentiæ, istud gratiæ deputandū? ita planē. Secundū di-
 uinit. atē nanq; suā nec cælo unq̄ defuit, nec inferno, nec
 mūdo. Oīa enim p ipsum & in ipso creat a sunt, & ipse
 est ante omnes, & omnia in ipso constat: secundū gratiā
 uerò tunc in mundū uenit, quando peunti mūdo mira pie-
 tate subuenit. Quod etiā ipse testatur dicens: Nō enim mi-
 sit Deus filiū suū, ut iudicet mundū, sed ut saluetur mun-
 dus p ipsum. Est igitur immensus Dei filius, sicut pater &
 spiritus. Quoniā de ipso dictū est: Magnus est & nō ha-
 bet finē, exælsus & immēsus. De quo paulò post dicitur:
 Post hæc in terris uisus est, & cū hoībus cōuersatus est.
 Immensus est etiā spiritus sanctus. Quod sciens prophe-
 ta, dicebat ad Deum: Quò ibo à spiritu tuo, & à faciē tua
 quò fugiā? Quē spiritū Dei, ut ipsum sanctum spiritum
 propheta memoratus ostenderet, dicit Deo: Ne proijdas
 me à faciē tua, & spiritū sanctū tuū ne auferas à me. Quē
 spiritū Dei ipsum esse spiritū sanctum Apostolus quoq;
 hac attestatiōe significat: Nolite cōtristare spūm sanctū
 dei, in quo signati estis, in die redemptiōis. Et alio loco:

Quò Chri-
 stus nobis
 uenire dici-
 tur / aut in
 propria.

Joan. iij. B

Spūs s. m.
 cū quoq;
 immēsus e.

Eph. iij. D

Q. i

Qui autem hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, q̄ etiã dedit spiritum suum sanctum in nobis. Hunc spiritum Dei sanctum sic immensum David pronunãat, ut deo, sicut sup̄ius memorauimus dixit: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es, & si descendero in infernum, ades. Et si assumpsero p̄nas meas in directione, siue (sicut alia translatio habet) ante lucem, & habitauero in nouissimo maris.

Etenim illuc manus tua deducet me, & continebit me dextera tua. Manum patris filium nullus ambigit nominari, de quo ipse Deus diãt: Nõnne manus mea fecit hæc omnia?

Attamen propheta, ut Trinitatem equaliter predicaret immensam, & patrẽ significauit, cui dixit: Quò ibo à spiritu tuo: & ipsum spiritũ, à quo se ire uel fugere nullo modo posse testatur: & filium demonstrauit, ubi se à dei manu etiã in nouissimo maris predicat deducendum, ut agnoscat̄ patris & filij & spiritus sancti una eẽ immensitas, & una præsentia in omnibus creaturis. Hæc est Trinitas unus Deus, qui sicut potuit solus uniuersa condere, sic potest omnia solus implere. Nec localis in loco, nec temporalis in tempore, nec terminabilis termino creaturæ.

Nam immensitatem diuinitatis filij Dei, manifesta prædicatione, & eloquiorum diuinorum attestatione, beatus martyr Cyprianus affirmat in epistola de oratione dominicã, diãens: Deniq; magisterio suo dominus secreto nos orare præcepit, in abditis & secretis locis, i cubitalis ipsis, quod magis conuenit fidei, ut sciamus, Deum ubiq; esse præsentem, audire omnes et

uide

Pl. cxxviii

Tota trinitas immensa

Deo ubiq; ideo et in secreto prececo audit.

uidere, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoq; & occulta penetrare, sicut scriptũ est: Ego Deus approxi-
mans, & nõ deus de longinquo. Si absconditus fuerit ho- Pie. xlii. E.
mo in absconditis, ego ergo non uidebo eum? Nõne cæ- Pro. xv. B.
lum & terram ego impleo? Et iterum: In omni loco oculi
Dei speculantur bonos & malos. Et quando in unum cū
fratribus conuenimus, et sacrificia diuina cum dei sacræ
dote celebramus, uerecundiæ & disciplina memores esse
debemus, nõ passim uenilare preces nostras inconditis
uoabus, nec petitionem cõmendandam Deo cum uultuo-
sa loquaçitate iactare, quia Deus nõ uocis, sed cordis au-
ditor est, nec ammonendus est clamoribus, qui cogitatio-
nes uidet, probãte domino et dicẽte: Quid cogitatis ne-
quam in cordibus uestris? Et alio loco: Sãent omnes ecc-
lesiæ, quia ego sum scrutator renis et cordis. Beatus ar- Ex dictis
quorũ b. Cy-
priani fili-
us est.
te Cyprianus, Deum, quẽ dixit ubiq; esse præsentem, au-
dire omnes & uidere, & maiestatis suæ plenitudine ab-
dita quoq; & occulta penetrare, ipsum quoq; non uocis
sed cordis asserit auditorem, nec ammonẽdũ clamoribus
qui cogitationes uidet, ipsum quoq; ponit dictẽ: Quid
cogitatis nequam in cordibus uestris? Et alio loco: Sãent
oẽs ecclesiæ, q̃a ego sum scrutator renis et cordis. Hec
autẽ quis nesciat à filio dei dicta? sicut Apocalypsis Euã-
geliũmq; testatur. Filius igitur (sicut sanctus asserit Cy-
prianus) ubiq; præsens est, idem omnes audit et uidet,
& maiestatis suæ plenitudine in abdita quoq; & occulta
penetrat, nec clamoribus ammonẽdus est qui cogitatioẽs
uidet. Huic sensui, Ioãnis Euangelistæ dicta cõcordant,
o qui

Johā. ii.
in fine.

qui dicit de quibusdam: Quia Iesus non credebat se-
metipsum illis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei
non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine.
Ipse enim sciebat, quid esset in homine. Simile quiddam
beatus Cyprianus etiam ad Tyberitanos scribens, de filij

Christi nun-
quam suos de-
relinquit so-
los / quia eis
ubi presens est:

Dei immensitate testatur his uerbis: Solus non est, cui Chri-
stus in fuga comes est, solus non est, qui templum Dei
seruans, ubique fuerit, sine domino non est. Et si fugientem
in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuase-
rit, fames aut sitis aut frigus afflixerit, uel per maria
precipiti nauigatione properantem tempestas aut procella
submerserit, spectat militem suum Christus ubique pugnantem.
In epistola quoque de lapsis, quisquis uolet, haec inserta
repiet: Videt ille corda et pectora singulorum, et iudica-
turus non tantum de factis, sed et uerbis et cogitationibus no-
stris, omnium mentes uoluntatesque; conceptas intra ipsas adhuc
clausi pectoris latebras intuetur. Filius ergo Dei tanta au-
thoritate diuina quam sanctorum patrum fideli ueritateque sententia
secundum diuinam naturam infinitus immensusque; probatur,
ubique praesens, omnia replet, testis nunc cogitationum et ope-
rum, futurus iudex retributorque; auctorum. Quia uero idem
filius Dei uerus Deus natus de Deo patre, uerus homo
factus est pro nobis ex homine: factus est enim ex semine Da-
uid secundum carnem, Diuinae humanaeque; naturae in se conti-
nens ueritatem, quae fuerunt uerae Diuinitatis non amisit, et
quae sunt uerae humanitatis accepit, unius idemque; secundum
carnem de matre temporaliter natus, qui secundum Diuinitatem de
patre permanet sempiternus, unus idemque; homo localis

cx

ex hoīe, qui est Deus immensus ex patre, unus idēmq; secundū humanā substantiā, absens cælo, cū esset in terra, & derelinquēs terrā, cum ascēdisset in cælū: secundū diuinā uerò immēsāmq; substantiā, nec cælum dimittens, cum de cælo descendit, nec terrā deserens, cum ad cælum ascendit. Quod ipsius Domini certissimo potest cognoscā sermone, qui ut localem ostenderet humanitatem suam, **Johā. ix. 10** diāt discipulis suis: Ascendo ad patrem meum & ad patrē uestrum, Deum meum & Deum uestrū. De Lazaro quoq; cum dixisset: Lazarus mortuus est: adiunxit, diācens: Et gaudeo propter uos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Immensitatem uerò sue diuinitatis ostendens **Mat. viii.** discipulis, diāt: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Quomodo autē ascendit in cælū, nisi quia localis & uerus est homo? Aut quomodo adest fidelibus suis, nisi quia idē immensus & uerus est Deus? De ipso rursum diāt scriptura: Quia uere habitauit Deus cum hoībus in terra: de quo Euāgelista diāt: **ii. Para. vi.** Verbū caro factū est, et habitauit in nobis. Quod uerbū, ut agnosceretur etiā, cum caro factū est, & habitauit in nobis, nunquā discessisse de cælo, propterea Dauid diāt: In æternū Domine pmanet uerbū tuum in cælo. De ipso **prophetia Baruch de Christo uerbasunt que remic.** uno eodēmq; Dei sempiterno filio, & futuro tunc hoīs filio, in quo pmanisset uera & immensa Diuinitas, & à quo suscipienda esset uera localisq; humanitas, Prophe-ticæ inspirationis agnitione repletus, dixerat Hieremiās: Hic Deus noster, & non estimabitur alius ad eum. Adinuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit eam Iacob

puero suo, & Iſrahel dilecto ſuo. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et quoniam de ipſo ſuperius dixerat, Magnus eſt, & nõ habet finẽ, Exælſus & immenſus: ne iſta Dei in terra uiſio, & cum hominibus cõuerſatio, deũ immenſum putarẽt alienaſſe de cælo, propter hoc ipſe filius, ut immenſitatẽ diuinitatis ſuæ in terra poſitus demonſtraret, & ſecundũ hominem, quẽ ſuſæperat in terra poſitus, ſecundũ deũ, quod ſemper erat, præſentem ſe etiã cælo doceret, ait: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit filius hoĩs qui eſt in cælo. Non quia humana Chriſti ſubſtantia fu-iſſet ubiq; diffuſa, ſed quoniã unus idẽq; dei filius atq; hoĩs filius, uerus deus ex patre, ſicut homo uerus ex homine, licet ſecundũ uerã humanitatẽ ſuam localiter tunc eſſet in terra, ſecundum diuinitatẽ tẽmẽ (quæ loco nullatenus continetur) cælum totus impleret & terrã. Iſtam Chriſti ueram humanitatẽ, quæ localis eſt, ut uerã diuinitatem (quæ immenſa ſemper eſt) Apoſtolica quoq; doctrina ærnimus intimari. Nam ut Chriſti ueri hominis corpus localiter cõtineri Paulus monſtraret Apoſtolus, ait ad Theſſalonianſes: Quõ conuerſi eſtis ad deũ à ſimulacris, ſeruire deo uiuo & uero, & expectare filiũ eius de cælis, quẽ ſuſcitauit à mortuis Ieſum, ipſum utiq; monſtrãs corporaliter de cælo uenturũ, quem corporaliter à mortuis nouerat ſuſcitatuũ. Propterea ruruſus ait: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum, qui reſformauit corpus humilitatis noſtræ; conforme corpori claritatis

Joan. iij. C

Ex uerbis
ap̄ti Chriſti
et immenſi
et localis
probarur.

Phi. iij. D.

claritatis suæ, secundum operationem, quæ potest etiam subijcere sibi oïa. Interi quoniã loã oportunitas non est prætereunda silentio, attendatur hic locus, in quo Apostolus filium diat, omnia sibi posse subijcere, nec pater existimetur cuncta tanq̃ inualido subicasse, diat etiã corpus humilitatis nostræ reformaturum conforme corpori claritatis suæ. Quod si uerũ est corpus Christi, loco potest utiq; contineri. Hanc ueritatẽ corporis Christi de cælo uenturi, Ioannes quoq; confirmat dicens: Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eũ omnis oculus, & qui eum cõpuxerunt. In libro quoq; Actuum Apostolorũ, sic eius corporalis intimatur ascensus, Et cum hæc dixisset, uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Cũq; intuerentur in cælũ eũtem illũ: ecce duo uiri asliterunt iuxta eos in uestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilei, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus, quem uidistis euntẽ in cælum, sic ueniet, quẽ admodũ uidistis eum, euntẽ in cælum. Cum ergo caro Christi localis absq; dubitatione monstraretur, diuinitas tamen eius ubiq; semper esse, Paulo testante, cognosatur, qui fidelibus diat: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur, Christi? Quõ autem in eo loqui potuit, si in illo non fuit? Vel quomodo corporaliter ascendit in cælum, & in suis fidelibus esse prædicatur in terra, si nõ est in illo diuinitatis immensitas, quæ cælũ implere possit & terrã? Nam Corinthijs Paulus diat: An nõ cognosatis uos ipsos? quia Iesus Christus in uobis est. Et ad Ephesios ait: In interiore homine habitare Christũ per

Corporalis
Christi ascẽ
sus.

Habitat in
nobis Chri
stus.

Eph. iij. D

fructum in cordibus uestris. Est itaq; filius in celo, & habitat in nobis i terra, salicet illa suae imensitatis praesentia, qua in nobis pater spiritusq; sanctus habitat. Na deus pater suam in nobis habitationem sic, Propheta loquente, monstrauit: Quonia inhabitabo in illis, et in ambulatione, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini diat Dominus. Et immudum ne tetigeritis, et ego recipiam uos, et ero uobis in patre, et uos eritis mihi i filios & filias, diat Dominus omnipotens. Spiritum quoq; sanctum in nobis pariter habitare Paulus ostendit, ita Corinthijs scribens: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Ac ne quis eorum, qui spiritum sanctum minorem patre filioq; constituant, hic ubi dictum est: Spiritus Dei habitat in uobis: ad personam sancti spiritus de neget pertinere, quid in illo replicaturus est locus? Vbi Apostolus Timotheum sollicitudine paterni amoris informat: Bonum depositum, inquiens, custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Hec utiq; patris & filij & spiritus sancti in nobis habitatio, non localis est, sed imensa: non comprehensibilis cogitatione, sed uenerabilis fide. Inhabitat enim Trinitas in suis fidelibus, sicut tota in singulis, sic tota in cunctis, quae nec caeli terraeq; spacio distenditur, nec uniuersae creaturae termino terminatur, nec per separatos homines & separata loca particulariter separatur, nec inferno deest, cum terra non desit & celo. Qui enim potuit omnia facere, solus potest uniuersa replere. Quisquis autem localem filij & spiritus sancti aduentum habitationem uoc

Habitat in nobis deus pater.

Habitat in nobis spiritus sanctus.

Huiusmodi habitatio non localis est, sed imensa.

habitationemue considerat, prius est, ut patrem in nobis localiter, nō solum habitare, uerumetiam ambulare confirmet, quem beatus Paulus dixisse asserit per Prophetam: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo. Explicetur ergo, qualiter in nobis filius uel spiritus sanctus inhabitat. Nam si hæc humano more credimus metienda, maioris est quantitatis qui habitare tātummodo dicitur, quàm ille qui etiam in nobis ambulare monstratur. Potest enim qui habitat, totū implere quod habitat: qui autem inambulare dicitur, minor utiq; spacio, in quo ambulat, absq; dubitatione monstratur. Sed hanc cogitationis ineptiam deterior consequetur absurditas. Proculdubio enim cordis nostri spacia uidebuntur ipsa Trinitate maiora, in qbus sit locus, quē filius atq; spiritus sanctus inhabitando implere possint, & locus quē inambulando pater implere non possit. Quod si hæc non conueniunt ueritati, credamus habitationem Trinitatis secundū immensitatis illius incomprehensibile maiestatem ineffabiliter designari. Et cum Deum in nobis habitare atq; inambulare audimus, ita spiritualiter cognoscamus, ut non credamus, qd Deus localiter moueatur in corde nostro, sed quod cor nostrū dilatetur in Deo. De qua cordis latitudine Apostolus loquebatur dicens: Os nostrū patet ad uos o Corinthij, cor nostrū dilatatum est. Eandē autē habentes remunerationem tanq̄ filijs dico, dilatamini & uos. Vbi paulò post testimonium Prophetæ posuit superius memoratum, dicens: Vos enim eslis templum Dei uiui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in

o 4 illis

Cor nostrū dilatatur in Deo in-
habita-
tan-
te.

Immēſitas
Trinitatis
et forma o-
ſtenditur.

illis & inambulabo. Sed nec illud eſt aliquatenus omi-
tendum, quo manifeſtiſſima Trinitatis immenſitas, & p-
oīa non localis, ſed diuina mirabilisq; præſentia demō-
ſtratur, dum in noīe patris et filij et ſpūs ſancti, ſeandū
ipſius domini præceptū credentes, ubi cognoſcimus bap-
tari. Si enim oīs Trinitas in Baptiſmate ſanctificare cre-
ditur, oīs utiq; Trinitas adeſſe mōſtratur. Cum aut ubiq;
uno tempore p totum orbē Baptiſma celebratur in noīe
Trinitatis, ſi tota Trinitas adeſt ad ſignificandū, eae u-
biq; mirabiliter exhibet præſentiā maiestatis imenſæ,
quoniā ſolius eſt Dei, ſimul uniuerſa cōplere. Si aut nō
tota Trinitas ubiq; pariter adeſt, ſi filius aut Spūs ſan-
ctus putatur deeſſe, nominādus utiq; in baptiſmate nō ē,
q ad ſanctificandū adeſſe nō poteſt. Quiſquis ergo putat,
æqualitatē immēſitatis paternæ denegandā filio uel ſpūi
ſctō, nomen eorū prius auferat de baptiſmatis ſacramē-
to. In hoc igitur qmaxie fidei catholicæ ueritas agnoſcā-
tur, q recte in noīe patris & filij & ſpūs ſcti baptizare
cōſueuit, quoniā oēm Trinitatē ubiq; pariter adeē cōſti-
dit. Poſſet adhuc imēſitas diuinitatis filij Dei testimoni-
is inūerabilibus demōſtrari, ſed nos maluimus pauca de
pluribus ponere, uolētes etiā ſecūdū librū æleriꝝ termi-
nare, qmaxie proſpiāentes, ut in his, q ueſtræ clemētiae
deſtinamus, animū regalibus curis ſœliāter occupatū, nō
lectōis prolixitas oneret, ſed manifeſtatio ueritatis iſor-
met. Proinde q de imēſitate diuinitatis filij dei diſputata
ſunt, iſto cōcludamꝝ termino, ut ea q de Sacramēto dicē-
da ſunt Dominice paſſiōis, alio rursꝝ iāpiamꝝ exordio.

Concluſio
ſecūdi libri
de inuēſſi-
tate.

B·F·V·L·G·E·N·

208

TII AD TRASIMVNDVM REGEM,
LIBER TERTIVS, DE SACRA-
MENTO DOMINICAE PAS-
SIONIS.



VANQVAM SE-
cundo libro, *supni mune-*
ris opitulatione subnixi,
diuinitatem filij Dei pro-
bauerimus immēsam, nec
tpe saliat nec loco cōclu-
sam, ut pote quæ omnia re-
plet, oīa cōtinet, oīa sem-
piternitate præcedit, oīa
pariter immensitate cōclu-

dit, quod idarco q̄ maxime curauimus demōstrandū, ut siq̄
nūc usq; spiritualiter de Deo nequeunt cogitare, localis in
Dei filio suspiāōis absoluerētur errore: nō minor nobis
est solitudo residua, tertij quoq; huius uoluminis absol-
uēdi, quo de Sacramento dominicæ passionis, quod ipse,
qui pro nobis passus est, donauerit, sumus utiq; tracta-
turi. Vbi non minimo timore concutimur, nec leui formidi-
ne perurgemur. Sumus enim prorsus (quantum ad nos
attinet) explanationi tantæ profunditatis iualidi. Sed il-
le, qui aperuit os mutum, & linguas infantium faat di-

difficultas
tercij libri
de passione
Domini.

o s fertas

fertas, ipse (sicut confidimus) dabit sermonem directum
 & bene sonantem in os nostrū, tantāq; huic opi (quod
 per nos dignatur misericorditer operari) demonstrāda
 ueritatis gratiam largietur, ut manifestis scripturarum
 clareat documentis, & rectitudo Catholici dogmatis, &
 tortuosus error ac multiplex hæreticæ prauitatis. Sūt
 enim quidam, qui de sacramento dominicæ passiōis ali-
 ter, q̄ se pietas habet, cogitantes, dū salutem quæ-
 runt, dispendium salutis incurrunt: & dū in Deo id accipiūt,
 quod in hominibus ærunt, quadā uelut lancea puerse
 loquutionis latus patiunt saluatoris: & cum increduli
 milites detrabere ausi non fuerint morienti, quidā nūc
 sub Christiani noīs fūco nō metuunt derogare regnan-
 ti. Hi sunt, qui cum ī uno Christo Deo uero homine q; p-
 fecto humanam diuināq; forsitan nequeunt, aut arte
 negligūt, scaudum naturalē ueritatem considerare sub-
 stantiā, in id erroris incurrunt, ut non humanam in
 dei filio naturā, manente diuinæ uirtutis immutabilitate
 considerēt, sed ut diuinam substantiā diuinæ infirmita-
 tis passibilitate dedecorēt. Quod utiq; diuino spiritu
 præuidēs, diēbat Apostolus: Verbum enim cruās, peun-
 tibus quidē stultitia est. His autem, qui salui fiunt, uir-
 tus dei est. Pereunt in uerbo cruās, non solū, qui putāt
 Dei filiū quæ humana sunt in carne pati nō potuisse, ue-
 rumetiā, qui credunt diuinitatem filij Dei, dolores uel
 passionem substantialiter in cruā sensisse. Quomodo au-
 tem uerbū cruās uirtus est Dei, si in cruā diuina substā-
 tia potuit infirmari: uel qualiter nos ad immutabilitatis
 atq;

Impietas
 erroris cir-
 ca hianita-
 tē Christi.

Verba cru-
 cis pereūti
 b^o stultitia
 est.

atq; i corruptionis gratiã p ducturus est Christus, si ipse secundum diuinam naturam probatur in deterius com-
 nutatus: Cum diuinæ nature sit propriũ nec defectũ a-
 pere nec profectum. Igitur qd in Christo semp impassi-
 bile, quidue ante mortẽ carnis passibile fuerit, tractatu-
 ri, primitus libello huic inferenda duximus, quæ de uno
 Christo Deo homineq; credimus & tenemus. Nequis, cũ
 in uno Christo cœperimus ea, quæ ad proprietatẽ diui-
 næ hũanæq; nature p tinent, demonstrare, aut duos Chri-
 stos nos existimet credere, secundum utranq; naturam,
 aut quartam à nobis i seri putet Trinitati psonam. Nos
 enim fidẽ retinentes Euangelicæ ueritatis, sic in Mediato-
 re Dei & hominum homine Christo Iesu, propria unius
 cuiusq; nature cognosãmus, ut unitatem personæ nullate-
 nus diuidamus: scientes, q; sic utriusq; in Christo substã-
 tiæ manserit unita proprietas, ut in carne paties impassi-
 bilis Deus, & uerã passionem (quia uoluit) in uera car-
 ne sentiret, & in diuinitate prorsus impassibiliter pma-
 neret: nec alius in carne passus fuerit, nisi ille, qui in ue-
 ra carnis passiõẽ, impassibilis omnino p mansit: nec alius
 semetipsum morti dignatus sit tradere, q; ille qui sic po-
 tuit moriendo mortem uincere, ut mortem non posset in
 morte sentire. Sed hæc qualiter in unitate psonæ, substan-
 tiarũ in Christo proprietate seruata, dicamus, professio-
 nis nostræ series subiecta monstrabit. Credimus igitur
 Dei filiũ, ante omne prorsus initium, hoc est, sine aliquo
 sue natiuitatis initio, de patris substantia genitũ, Deum
 de Deo, Dominum de domino, non ex nihilo, quia de pa-
 tre,

Caute de
 Christo tra-
 ctandũ, pro-
 pter duas
 naturas in
 vna perso-
 na.

Rectafides
 de diuinita-
 te filij dei.

tre, non nuncupatum, quia nomen habet ex ueritate natura, non ex aliqua natura, quia non aliquid fuit coeternum Deo, unde origo filio praestaretur, nec posteriore filium eo qui genuit nec minorem, sed (sicut etiam in secundo libro bello diximus) patri prorsus et sempiternitate immensitatis, et immensitate sempiternitatis aequalem, immutabilem mutabilium conditorem, intemporalcm temporalium factorem et temporum, quem nullus conuincit locus, quo nullus caret locus, quia cuncta replet Creator immensus, qui non propterea non est Deus, quia dicitur genitus, sed ideo uerus digne creditur, quia de patre substantialiter genitus praedicatur. Quod enim dicitur genitus, non hoc est nomen diuinitatis in filio, sed nomen est natiuitatis in Deo, ut quem constat de patre naturaliter genitum, constet non aliud esse quam Deum. Hic itaque de patre sempiternus existens, unam tenuit cum Deo patre naturam, sed propriam sumpsit ex genitore personam, quia diuina natiuitas, non diuisionem naturalis unitatis habuit, sed personam filii subsistentis a patre distinxit, et ex uocabulo patris alium quod natus est monstrat, ut errorem Sabellianae confusionis excludat, sicut ipse filius protestatur, dicens: Alius est, qui testimonium prohibet de me. Et scio, quia uerum est testimonium, quod perhibet de me. Et ut ostenderet, quem alium diceret, post pauca subiecit: Qui misit me pater, ipse testimonium prohibet de me. Alio loco similiter suam personam patrisque discernens: Non sum, inquit, solus, quia pater mecum est. Ad hanc distinctionem geminae personae et professionem unius substantiae in patre et filio perdo-

Alia persona patris/
alia filii/in
una natura

Joan. v. 17.

Ibi. viii. 18

perdoandam, ipse filius dicit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eū q̄ misit me, & q̄ uidet me, uidet eū q̄ me misit. Unus est igitur filius ex patris natura genitus, qui ideo unigenitus dicitur, ut ex proprietate paterne nature unus & genitus demonstretur. Sed hic, qui unigenitus ex patre naturaliter dicitur, sicut inseparabilis est unitate nature, sic inconfusibilis p̄manet proprietate personae. Ob hoc se tamummodo Dei filius unigenitū nominat, dicens: Sic enim dilexit Deus mundū, ut filiū suū unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternā. Et paulō post: Qui credit in eum, non iudicabitur, qui autem non credit, iā iudicatus est, quia nō credit in nomine unigeniti filij Dei. De solo Ioannes quoq; protestatur, & dicit: Verbū caro factū est, & habitauit in nobis, et uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à patre, plenū gratiae & ueritatis. Verbū caro factū, plenū est gratiae susceptiōis humane, quia Christus nihil in se minus hoīs habet: idēmq; unigenitus à patre, plenus est ueritatis paterne substantiae, quia omnem in se diuinitatis paterne plenitudinē naturaliter habet. Plenū igitur gratiae & ueritatis Euangelista cognouit, quē unū eundēmq; uerū hominem gratia ueræ incarnationis ostēderet, & uerum Deum unigenitū à patre natiuitatis aeternae ueritas declararet. Quid autem filio prodest, ut nuncupetur unigeniti nomine, si priuatur uocabuli ueritate? Frustra nanq; unigenitus dicitur, si in eius generatione nō naturalis de Deo generāte ueritas, sed creatiōis ex donātē largitas praedicatur. Et alijs enim, quot

Ibid. xi. A

Christ⁹ unigenit⁹ Dei

Plenus gratiae et ueritatis.

quot

quot receperunt cum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quod si etiam unigenitus filius factus dicitur ex gratia, non uere genitus ex natura, proculdubio nomen et ueritatem unigeniti perdidit, postquam fratres habere iam cepit. Priuatur enim huius ueritate nominis, si in unigenito non est de patre ueritas naturalis. Etenim in filiis Dei, quod non de Dei patris natura subsistunt, adoptiue communi dignitatis diuersitate munerum potest habere, non nomen. Et adoptantis gratia, cunctis ex Deo nascentibus, quamuis diuersae retributionis munus pro laboris merito repromittat, unum tamen cunctis filiorum nomen accommodat, et una per fidem ueram renatis uita caelestis regni promittitur, quamuis differens regnaturis gloria tribuatur, Paulo Beato dicente: *Alia claritas solis, et alia claritas lunae, et alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum, et his tamen omnibus pro illa potestate, quam eis dedit, filios dei fieri, simul dicitur dextris: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod paratum est uobis ab origine mundi: simul etiam de omnibus dicitur: Iusti autem ibunt in uitam aeternam. Aequaliter igitur tenebit cunctos Dei filios unigenitas adoptiui nominis, licet meritorum qualitatem monstratura sit differentia claritatis. Nec in eo, quod spiritualis esse coepimus natiuitatis exortu, discernimur nomine, quousque ex profectu simus discernendi mercede. In eo namque, quod uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis, pariter filios nuncupauit gratia genitoris. Quod si diuina illa filij sempiternaque natiuitas, non de natura dei patris, sed*

Filii Dei
adoptiui in
eodem regno
diuersa in-
ter se clari-
tate.

Mat. xxv. c

Ibid. in fi.

cx

ex gratia creditur substituisse, nõ debet unigenitus uocari, sed tantũmodo genitus. Quoniã sicut ei nomen geniti largitas adoptionis paternæ contribuit, sic cũ ab unigeniti nomine, nobis quoq; tributa communitio paternæ adoptionis exclusit. Unigenitus enim non uocatur, quĩs genitus possit uocari cum genitis. Quod si ita est, deleatur, quod Ioannes ausus est nomen unigeniti scribere, ut probetur falsum, quod meruit de pectore ueritatis hauirire. Si uerò proprietates unigeniti manifeste demonstranda est significationis indião, sic multi filij dei dicantur ex gratia, ut cognoscatur unus genitus ex natura. Quis enim natus est deus uerus de Deo uero, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris? Quem ideo solum à cæteris Dei filijs exceptio segregat incommunicabilis nominis, quia in solo permanet de patre ueritas naturalis. Hic uerus Deus & uita aeterna, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus eẽ se equalẽ Deo, semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, equalitatẽ enim Dei ueri deus uerus nõ rapuit, quã unitate naturali sempiternus cũ genitore possedit. Idarco unigenitus dei filius, etiam quãdo formã serui accipiẽs, semetipsum exinaniuit, plenus gratiæ ueritatisq; pmanens. Vidimus, inq; Ioẽs, gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis. Hoc eẽ utiq; qd̃ i uno eodẽq; semetipsum exinaniuit, & pleno gratiæ & ueritatis, accepta serui forma, ueritatẽ uolũtariã prorsus exinaniuitõis ostẽdit, i cœterna pmanẽs dei forma, plenitudinẽ gratiæ ueritatisq; mōstrauit. Quæ eẽ igitur illa unigeniti exinaniuitio, nisi acc-

Christus e-
xinaniuit se
ipsum/ ple-
n° gratiæ et
ueritatis .

pt.4

pta passibilis & mortalis humanitas Christi? Quae autē
 est unigeniti plenitudo, nisi pmanens impassibilis atque
 immortalis diuinitas Christi? in quo pfectus homo ple-
 nus est gratiae, & in quo perfectus deus plenus est ueri-
 tatis. Quod proculdubio plenitudinis nomen, ut diuini-
 tatis esse monstratur, Apostolū de Christo loquētem pa-
 riter audiamus: q̄a in ipso inhabitat oīs plenitudo diui-
 nitatis corporaliter, & estis in illa repleti. Quae aut sit,
 quae in Christo inhabitat, plenitudo diuinitatis, Ioannes
 ostēdat: Verbū, inquit, caro factū est, & habitauit in no-
 bis. De ista plenitudine Baptista Ioānes nos asserit acce-
 pisse, dicēs: Et de plenitudine eius nos oēs accepimus, &
 gratiam pro gratia. Unus igitur idēq; Christus Dei &
 hoīs filius, qui & semetipsum exinaniuit, et plenus gra-
 tiae ueritatisq; pmanens, uere mutabilis factus, immuta-
 bilis manens, uere passus, passioni non subiacens, uere
 mortuus, mortem non sentiēs, sed extinguens. Haec autem
 euncta unus Christus & gessit & pertulit, quia ī uno eo-
 demq; Christo uera diuinitatis ueraq; humanitatis na-
 tura permansit, dum Deus non confusus homini, sed uni-
 tus, sic in una persona utriusq; naturae permanentis in-
 diāa demonstrauit, ut uerus Deus & plenus ueris diui-
 nisq; uirtutibus in hoīe clareret assumpto, & ueritas in-
 firmitatis humanae uerum plenumq; hoīem monstraret
 in Deo. Propter quod Beatus Apostolus unū eundēq;
 Christum & crucifixum praedicit, & dei uirtutem sapi-
 entiaq; pronundat, dicens: Nos autem praediamus Chri-
 stum crucifixum, ludaeis quidem scandalum, Gentibus au-

Colo. ii. 8.

Joan. i. 8.

In uno chei
 stodie na-
 ture nō con-
 fuse / s; uni-
 te.

1: Colo. i. 10.

tem stultitiã, ipsis autẽ uocatis iudais atq; Græcis Chri-
 stum Dei uirtutem & Dei sapientiam, Et ut infirmitate
 susceptionis humane magnitudinem diuine uirtutis mō-
 straret, adiecit: Quod enim stultum est Dei, sapientius
 est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est ho-
 minibus. Ille igitur Dei filius, Dei uirtus, & Dei sapien-
 tia, in exordio redemptionis nostræ, diuersam quidem
 peregit in homine, quàm quod semp habebat in patre.
 Quia uidelicet aliud ibi maiestatis natiuitas habuit,
 aliud hic pietas redemptionis exegit. In illo enim sem-
 piternæ natiuitatis archano, sempiternus atq; incommu-
 tabilis pater, alterum genuit non diuersum, & quantum
 generando protulit, tantus ipse permansit, personaliter
 distinxit à se, quem naturaliter totum habet in se. Hoc
 ipsius filij nobis manifestatur eloquio, dicentis: Ego in
 patre, & pater in me. Inconfusibiliter ergo unit utrun-
 que natura, quamuis inseparabiliter discernat utrunq;
 persona, Ideo filius ipse testatur: Ego & pater unū su-
 mus. Per hoc quod unum diat, non separatur à Deo di-
 uinitas: per hoc, quod diat sumus, non confunditur in
 genitore natiuitas. Hic autẽ dum nostræ redemptio-
 nis commercium gereretur, pleno ueròq; homini plenum
 uerùmq; Deum decebat uniri, sic tamen, ut in unitate p-
 sonæ, nec in homine Deus, nec homo posset in Deo cōsun-
 di. Nunquã enim quisquã hominum, ad uincendũ huma-
 ni generis inimicum, fuisset idoneus, si in Mediatore dei
 & hominum homine Christo Iesu, aut aliquid fuisset ho-
 minis minus, aut homo à deo susceptus, diuina fuisset su-
 p̄ s̄ceptione

Ego in pa-
 tre / et pa-
 ter in me.

Ego et pa-
 ter unū su-
 mus.

Mediator
 christ⁹ du-
 as ueras
 habuit na-
 turas.

ſæptione conſumptus. Non aut̄ humana natura poterat
 in reparatione cōſumī, cuius pars damnata nō cōſumetur
 æternitate ſupplicij. Cum autem pœnæ ſit cōſumere, gra-
 tiæ reparare, redēptor humani generis, plenus conſitē-
 dus eſt Deus, plenū ſuſcipiēs hoīem, plenus gratiæ, qua
 homo fieri dignatus eſt Deus, & plenus ueritatis, qua
 Deus ipſe, q̄ homo factus, permanet immutatus. Sicut p̄
 Prophetā antē iam dixerat: Videte, quia ego ſum, & nō
 ſum mutatus. De quo etiā Paulus Beatum Dauid cō-
 niſſe cōmemorat: Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem
 idem ipſe es. Vnus ergo idēmq; Chriſtus, in eo q̄ plenus
 gratiæ, nihil minus habens humanæ naturæ, plenus ho-
 mo natus ex homine, & in eo q̄ plenus ueritatis, nihil
 minus paternæ diuinitatis habens, Deus plenus genera-
 tur ex patre. Nam non erat plenus gratiæ unigenitus à
 patre, ſi in dei filio minus fuit aliquid hominis: nec erat
 plenus ueritatis, ſi in eodem hoīs filio, minus fuit aliqd
 Deitatis. Ille igitur ineffabilis Deus de patre naturaliter
 ſine initio genitus, poſtquā uenit plenitudo temporis, ut
 miſſus à patre fieret ex muliere, fieret ſub lege, ut eos q̄
 ſub lege erant, redimeret, ut adoptionē filiorum reapē-
 renus, totus regnans in ſinu patris, totus ſemeti ipſum for-
 mans in utero uirginis. Neq; enim pars eius remāſit
 in patre, & pars eius deſcendit in uirginē, cum totus in
 patre maneret quod erat, & totus ī uirgine fieret, quod
 nō erat: totus cū patre, totum implens et cōtinens mūdū,
 totus ſibi in utero uirginis ædificans domum. Scriptum
 eſt enim: Sapientia ædificauit ſibi domum. Totus in pa-
 tre

Deº homo
 factº abſq̄
 ſui mutati-
 one.

Chriſtº to-
 tus in patre/
 totº in utero
 matris.

tre sempiterno, totus in homine suscepto: totus in celo, totus in mundo, totus etiam in inferno, sic in se totum hominem uerus Deus & summus accepit, & sic plenitudo diuinitatis ueritate diuinæ humaneq; substantiæ inconsu- sibiliter permanente, semetipsum pleno coniunxit homini, ut unitate deinceps in æternū manente psonæ, nec homo Christus à sua diuinitate, nec idem Deus Christus à sua posset humanitate disiungi. Hoc enim infirmitatis nostræ medela poscebat, ut sicut naturalis unitas in patre manet & filio, sic personalis unitas maneret in Christo: et sicut personalis duas non facit in patre et filio substantias, sic naturalis discretio duas non faceret in Christo personas. Rursus, sicut unitas naturalis patrem non confundit & filium, sic unitas personalis hominem non confundisset & uerbum: & quemadmodum à genitore Deo per unitatem naturæ nunquã segregari potest unigenitus filius, sic à susceptore Deo per unitatem personæ nunquã posset homo separari susceptus. Sic tamẽ, ut quæuis Christus nec confundi posset aliquãdo nec diuidi, unus tamen atq; idẽ Christus & ex ueritate passionis humane, quæ nostra fuerant, redderet, & ex ueritate impassibilitatis diuinæ, quæ sua fuerant, tribuisset. Christus
in se diues/
factus est pro-
pter nos e-
genus. Ut dum ille pauper efficeretur, in suis diuitijs manens, nos ex pauperibus diuites faceret, quibus suæ paupertatis infinitas diuitias cõtulisset. Quod uas electiõis manifestum uidetur denunciare sermone, dicens: Satis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quia propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius paupertate uos

p 2 diuites

219 AD TRASIMVNDVM REGEM

diuites essetis. Hoc igitur p̄sonæ inseparabilis unitas, in qua Deus et homo unus ē Christus, sc̄at, ut et homo Christus p̄ gratiā nasceretur ex Deo, salus ueritate ac plenitudine humane nature: & idē Deus Christus uolūtariē p̄tereretur in carne, salus impassibili plenitudine diuinæ substantiæ. Quoniā sicut unus est, (De quo Apostolus dicit: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est sup̄ omnia Deus Benedictus in sæcula.) sic unus est, de quo idem dicit Apostolus: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Unus est igitur Christus, in quo crucifixo uera fuit infirmitas carnis, & in quo uiuente uirtus ueræ claruit deitatis: quod humanum est, habens Deus in ueritate humane, et quod diuinū est, habens homo in ueritate diuinæ substantiæ. Hinc incomprehensibilis in cruce, inuiolabilis in uulnere, impassibilis in passione, immortalis prædicatur in morte. Hæc dum quidam minus attendunt, diuinitatem Christi non dubitant subijcere passioni, & audientes Christum in carne passum, putant Deum carni fuisse compassum, Minus attendentes diuinam illam atq; immutabilem filij Dei substantiam, & in carne passibili passionem suscepisse, et cū carne passionem sentire non potuisse. Quod utiq; Beatus Petrus in ueritate diuinæ inspirationis confirmat, & dicit: Christo igitur in carne passo, & uos eadem scientia armamini. Qui si sc̄ret Christi diuinitatem fuisse passibilem, sufficisset, ut diceret: Christo igitur passo: nec addidisset, in carne. Sed quoniā nouerat, in uno eodemq; Christo, & passibilem ante mortem fuisse humanam na-

Ro. ix. 2

Christo passum non est deus compassus.

1. Pe. iiii. 2

ture

turam, & impassibilem semper diuinam manere substantiam, propterea Christum passum fatetur in carne, cuius diuinitatem nouerat prorsus impassibilem permanere. Sed forsitan dicitur, Christum ideo in carne passum prædicari, quia diuinitas, quæ ante carnem pati non potuit, passibilem suscipiens carnem, passionem quoque cum carne persensit, quia pro susceptione passibilis carnis, ipsa impassibilis in passione permanere non potuit. Quod si ita est, primum mutabilis asseritur diuinitas Christi, & Apostolo contrahitur, qui filium Dei Iesum Christum immutabilem prædicans, euidenter Corinthijs dicit: Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, nõ fuit Est & non, sed est in illo fuit. Quod ut ipsum, est, prorsus immutabile demonstraret, denuo sic ad Hebræos loquitur, ubi euidenter de filio memorat dictum: Tu in principio Domine terram fundasti, & opa manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut uelut stimentum ueterascent. Et uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem es. Quid autem est idem esse, nisi immutabile esse? Sicut de se ipse testatur dicens: Ego sum, qui sum. Et dicit filius Israel, qui est, misit me ad uos. Quod si quis inter patrem filiumque diuinitatis cupiens differentiam demonstrare, locum istum, quod dictum est: Ego sum, qui sum: personæ solius patris asserat conuenire, primum meminerit, quia patrem Moysi apparuisse fatebitur: deinde, quia sibi in propria substantia pater apparuit: Ergo pater inuisibilis fuit.

Diuinitas
Christi pas-
sionē cū car-
ne non sens-
it.

In Christo
nõ fuit Est
et non / sed
semper idē
est.

Ego. iij. C

221 AD TRASIMVNDVM REGEM.

Quod si etiam nunc uisibilis permanet, iam non est corporis oculis inuisibilis Deus. Si autem tunc quidem substantialiter uisus, postmodum inuisibilis putatur effectus, ergo Deus ante mutabilitati subiactus, imperfectus utiq; fuit, & postmodum perfectum, immutabilis factus, statum plenae perfectionis accepit. Quod si ex imperfecto perfectus est factus, querendus est alius, qui semper fuisse perfectus credatur, à quo iste, qui imperfectus fuit, donum perfectionis accepit. Si uero haec Christianae mentes aurēsque non tolerant, credatur Deus nunquam per propriam uisibiliter hominibus apparuisse substantiam, sed per subiectam (sicut ipse uoluit) creaturam, & pariter inuisibilis, sicut pater, credatur & filius, qui sicut intemporalis permanens, potuit temporalia cōdere, sic inuisibilis permanens, potuit in his, quae uisibilia condidit, uisibiliter apparere, tametsi personae patris à quolibet adsignetur hic locus, quo dicitur: Ego sum qui sum: nec sic filius ab aequalitate immutabilitatis paternae creditur scarnēdus, Quoniam sicut pater dicit: Ego sum qui sum: sic de filio dicit Apostolus, sicut supra posuimus: Nō fuit est & non, sed Est in illo fuit. Et rursum: Tu autem idem es. Cum itaq; illud singulare Est, sicut inuenitur in patre, sic reperiatur in filio, aut uterq; immutabilis creditur, aut uterq; mutabilitati subditur.

Sed quoniam ualde impium est, ut patrem mutabilem dicamus, hoc sine dubio pium est, ut sicut immutabilem patrem, sic immutabilem filium praedicemus. Et si immutabilis est diuinitas filij, nihil ei utiq; accessit aut decessit

in

Deus inuisibilis / per subiectam creationem uisibiliter apparuit.

Sicut pater immutabilis, ita et filius.

in tempore, quoniam nihil mutabilitatis recipit, quod immutabile naturali ueritate subsistit. Restat igitur, ut diuinitatem Christi, quam immutabilem sancta scriptura commendat, sic passam fateamur in carne, ut eam tamen credamus compassam non fuisse cum carne. Ideo enim Deus in carne passus est, quia passibilem carnem deus accepit: ideo autem carni compassus non est, quia in carne patiens impassibilis natura diuina permansit, communem passionem diuinitatis et carnis, unitasq; personæ sciat in Christo, non diuinæ humaneq; nature confusio. Per hanc unitatem personæ dominus gloriæ asseritur crucifixus, dicente beato Paulo: Si enim cognouisset, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Propter hanc unitatem personæ Auctor uitæ dicitur interemptus, sicut in Actibus Apostolorum Petrus Iudæos increpat, dicens: Et petistis uirum hominadam donari uobis, Auctorem uerò uitæ interemistis. Quis autem quemlibet hominem uitæ auctorem diceret, nisi pro nobis Deus hominem suscepisset? Ex quo igitur Deus, uitæ Auctor, hominem in unitate personæ suscipit, ex eo ille homo nomen uitæ auctoris obtinuit: sicut ex eo, quod Dei filius hominem suscepit in utero uirginali, ex eo simul Deus et homo unus coepit Dei filius nominari, Angelo dicente ad Mariam: Spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obubrabit tibi, ideoq; quod nascatur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. De quo etiam paulo superius eidem uirgini dicit: Ecce concipies in utero, et paries filium, et uocabis nomen eius Iesum.

Domínus
glie cruci-
fixus / auctor
uitæ inter-
emptus.

Act. iij, C.

Lu. i. D.

223 AD TRASIMVNDVM REGEM

Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Nō solum uerò filius Dei, secundū id quod natus est de homine, dictus est Christus, uerum etiā homo ille Deus dicitur, pro eo quod est à Deo susceptus. Quod nobis indubitanter

psal. xliiij.

Unxit te deus tuus oleo exultationis præ partibus tuis.

Psalmorum liber ostendit, in quo dicitur : Thronus tuus Deus in seculū seculi, uirga equitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus deus tuus oleo exultationis præ partibus tuis. Hanc autem unctionem ad hominem potius referendam beatus Petrus ostendit, dicens : Iesum à Nazareth, quem unxit Deus spiritu sancto & uirtute. Quæ igitur à Nazareth, nisi humana in Christo natura potuit predicari ? Nam intantum à Nazareth non diuinitas Christi, sed humanitas predicatur, ut etiam Philippus, quæ à Nazareth dicit, Ioseph filium estimaret, sicut ad

Johā. 1. 6.

Nathanael loquens : quem scripsit Moyses, inquit, & Propheta, inuenimus Iesum, filiū Ioseph à Nazareth. Hic igitur qui spiritu sancto unctus dicitur, Deus Dauidico armine nominatur. Qualiter autē homo ille habere potuit Dei nomen, nisi quoniā à Deo susceptus, unā cum eo possedit nominis dignitatem ? Sed si in eo quod dicitur :

psal. xliiij.

Unxit te Deus deus tuus : diuina creditur accipienda natura, in qua putatur filius à Deo unctus, egiit profecto Deus uerus sanctificationis munere, priusquam homo

Nihil mediū inter patrem et filium, per quod filius et deus uergeretur.

uerus idem nasceretur in carne. Dicitur ergo, quid potuit esse Dei filio sanctius, cuius unctione sanctificatio illi, aut daretur antè non habita, aut persisteretur quæ inerat imperfecta ? Et si aliquid dicitur Dei filio melius,

lius, (cui solum præferendum existimant patrem) sine dubio, quicquid illud est, patri fatebuntur æquale. Sed siue cœquetur, siue etiã postponatur patri, filio interi, quicquid aliud est, præferatur. Iniusc ergo in Baptismate patri & filio spiritus sanctus iungitur, cum potius illud debuerit patri filioq; coniungi, quod potioris merito sanctificationis filio debuit anteponi. Qualis uerò uir tus illa credetur, quæ diuinitatem filij Dei unctiõne sanctificauit, & eius carnem sanctificare non potuit? Nam utiq; si posset Christum hominem plene sanctificare, non opus erat, ut ungeretur sancto spiritu & uirtute. Attendatur ergo, ne forsitan & ipso Dei filio, & illo, quæ unctus uirtute dicitur, potior atq; sanctior credendus sit spiritus sanctus. Iesum enim à Nazareth, hoc est, filiũ Dei secundũ carnem, sicut Beati Petri manifestat assertio, unxit Deus spũ sancto & uirtute. Quod si homo Christus, sine sancti spiritus gratia, plene sanctificari non potuit, superflua dicitur collatio illius unctiõnis. Si autem sine sancto spiritu plene sanctificari non potuit, & plenã sanctificationis gratiam sine spiritu sancto Christus homo nõ habuit, ut pote, quæ pater sanctificauit & misit in mundum, & qui de se ipso dixit: Et ego sanctifico me ipsum. Joan. 1. 8. & in quo sancti spiritus sanctificatio similiter agnosatur, quoniam unxit cum Deo spiritu sancto & uirtute: quomodo quis sanctum spiritum minorẽ patre uel filio audeat dicere, sine quo sanctificationis perfectionem uidet constare non posse? Quid autem dubitatur olei nomine spiritũ sanctum demonstratũ, cũ Dauid & Petrus, tam

p s olei

Christi se-
cundū car-
nē unxit de-
us.

olei quod sancti spiritus uocabulo, unum predicet unctiois do-
minice sacramentū? David enim dicit: Unxit te Deus
deus tuus oleo exultationis, pro parte apibus tuis. Et uti-
que; hominem significat, cum parte pes nominat. Nam illa
diuinitas filij Dei, nullius creature habet partem, quia
cum creatura non habet naturale consortium. Deus ergo in
carne unctus est, ut in illo homine Christo, quem sine pec-
cato mater et concepit et peperit, plena diuine sanctifica-
tionis agnosceretur gratia, que nomine Trinitatis esset si-
delibus conferenda. Propterea beatus Petrus dicit: Iesum ad

Actu. x. ff.

Nazareth, quem unxit Deus spiritu sancto et uirtute. Et
tamen ille Iesus a Nazareth Deus in psalmo dicitur. Unde
quiso, nisi quoniam Deus et homo unus est Christus?
Et ideo manente in unitate persone naturali hominis et
Dei inconfusa et inseparabili ueritate, sicut Deus Chri-
stus in homine nomen hominis sumpsit, sic idem homo Chri-

Christus non
celestis, sed
humanus cor-
pus assump-
sit.

stus in Deo uocabulum deitatis accepit. Nam si non ex
coniunctione naturali, nomen dei et hominis unitas perso-
nalis habet in Christo, consequenter secundus homo, quem
de celo celestem predicat Paulus, nihil habere naturaliter
putetur ex uirgine, et secundum celestem naturam, celestis
carnis dicitur habere substantiam. Presertim, quoniam
in ipse quoque; de se Dominus proficitur: Nemo ascendit in ce-
lum, nisi qui de celo descendit, filius hominis qui est in
celo. Quod si celeste corpus, et non humanum suscepisse
credendum est Christus, quomodo ueritate Davidiam Psal-
mi uationatio fulcitur? ubi scriptum est: Ut inhabitet glo-
ria in terra nostra, ueritas de terra orta est. Christum

Ps. lxxviii

autem

autem quis negare audeat ueritatem, cū ipse se hoc nomine nuncuparit, dicens: Ego sum uia ueritas & uita. Si ueritas igitur de terra orta est, quomodo secundus homo de cælo cælestis, nisi quoniā à Dei filio suscepta materies terreni corporis, in cæleste nomē trāsijt p̄ consortiū Dei tatis? Et quomodo rursus filius hominis descendit de cælo, nisi quia filius Dei non locali motu, sed pietatis descendit affectu? Qui sicut in carne suscepta, ex homine dignatus est nasci, sic pro una Dei suscipiētis & hominis suscepti p̄sona, qui Dei filius erat, dignatus est hominis filius nuncupari. Ad hanc unitatem p̄sonæ, sine ulla confusione utriusq; substātiæ cognoscēdā, Christus discipulos interrogat, dicens: *Quem me dicunt homines esse? filium hominis?* Cūq; illi opinionem uulgū protinus indicarent, tunc propriæ ab eis qualitas ueræ fidei expetitur, ut erroris humani falsitas auferatur. Hæc igitur est Domini interrogatio cōsecuta. Vos autē quē me esse dicitis, me utiq; filiū hoīs? Ibi iā Petrus Apostolus reuelationis diuinæ firmamento subnixus, generalis salutis cōfessus est sacramentū: *Tu es, inq̄t, Christus filius Dei uiui.* Quid est hoc? Quamū ad ignaros cōgruit interrogatiōi respōsio. Petrus enī de filio hoīs iterrogatur, & ipse Dei filiū cōfiteatur. Nunquid interrogantē Iesum minus audiuit, aut ipse ueritatē ī confessione nō tenuit? Absit. Quomō error hoīs ore laudari poterat ueritatis: Sed quid uere Christus fuit, hoc interrogās dixit. Et quod uere Christus fuit, hoc ex ore Petri confitētis audiuit. Filius enī hoīs Christus Dei uiui filius fuit. Nec īmerito diuī

3oā. xiiii. a

Mat. xvi. C

Tu es chri
stus fili⁹ dei
uiui

diuina uoce promeruit beatitudinem, qui propria uoce sibi dei protulit ueritatem. Propter hoc audit: Beatus es Simon Bariona, qui a caro & sanguis nõ reuclauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Etiam ipse Christus Dei se utiq; iam cõfessus est filium, cum à patre suo, qui est in cælis, Petro asseruit reuclatum.

Unº idem
Christus et
filius homi-
nis et filius
dei est.

Nec hoc tamen oõse prætereundum existimo, quod Christo primum se filium hominis nuncupato, Petrus diat: Tu es Christus filius Dei uiui. Etenim Dei filius carnis humilitate suscepta, debuit in se sacramentum magnæ pietatis ostendere, homo uero redemptus, debuit in hominis filio, ueram diuinæ natiuitatis substantiam prædicare, ut dum à redemptore benesiciũ gratuitæ misericordie ostenditur, à redempto diuinæ confessionis obsequium redderetur. Et nemo uerũ Deum de natura patris ambigeret, quem ex hominis natura uerum hominem cognouisset. Ac per hoc, quæ hominem uerum constaret esse passionibus hominis, eundem uerum deum crederemus operibus deitatis, ipso filio dicente: Si mihi non uultis credere, uel operibus credite.

Joan. 1. 5.

Vnus ergo atq; idem Christus, qui infirmitate humana passionem pertulit, & miracula beneficiarum omnipotentia uirtutis diuinæ perfeat. Ab ipso namq; conæptionis uirginalis exordio, sic in Christo personalis unitas mansit, & sic utriusq; naturæ inconfusa ueritas perdurauit, ut nec homo à Deo diuelli, nec Deus à suscepto posset homine separari, nec tamen Deus hominem consumeret, nec homo deum in aliquo pmutaret. Et licet in Christi morte carnem morientem fuisset anima desertura, diuinitas

Quõ in christo due nature sine cõfusione et mixtione.

hitas tamen Christi, nec ab anima nec à carne posset separari suscepta. Igitur quia totum hominem Deus ille suscepit, ideo totius hoīs in se passiones in ueritate monstrauit. Et animam quidē rationalē habēs, quicquid fuit infirmitatis animæ, sine peccato & suscepit & protulit, ut dum humane animæ passiones, in anima, quam accepit, uinceret, nostras quoq; animas ab infirmitatibus liberaret. Carnem quoq; humanam accipiēs, in eiusdē ueritate carnis, ueritatem uoluntariæ habuit passionis, ut in carne mortuus, totam in se hominis occideret mortem, & in æternam uitam immortalis resurgēs, æternæ nobis uitæ gratiam condonaret. Verus ergo in anima humana Christus Lazarum suscitaturus (sicut Euangelista dicit) fremuit spiritu, & turbauit seipsum, idēmq; uerus in carne humana Christus, cum dixisset: Vbi posuistis eum? Dicant ei: Domine ueni & uide. Et lachrymatuſ est Iesus, idem quoq; uerus in diuina natura Christus, nec animam suā, dum semetipsum turbaret, deseruit, quia ipse semetipsum turbauit: nec à carne sua, cum fletet, abscessit, quia Iesus lachrymas sudat, & tamen ipsa in anima carnēq; diuinitas, immutabilis atq; impassibilis manens secundum diuinam naturam, nec lachrymas proferre, nec turbationem potuit in animi morte sentire. Sic etiam passione propinquante, Christus secundum animā turbatur, ipso dicente: Nunc anima mea turbata est. Item in cruce Christus secundum carnem moritur, Apostolo dicente: Tradidi enim uobis in primis, quod et accipi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.

In Christo totus hō ex uera anima et carne.

Ex resuscitatione Lazari probat in Christo anima caro et diuinitas

Diuinitas nec ab anima perturbata / nec a carne moriente discessit.

pturas. Et quæ sepultus est, & quæ resurrexit tertia die secundum scripturas. Cùm igitur euidenter fuerit manifestatione discretum, quod in Christo proprium fuerit anime, quod carnis, quod etiam deitatis, cum unus idemque Christus fuerit & turbatus & mortuus, sic tamen est utrobique ueritas Dei hominibusque seruata, ut licet Christus secundum animam turbaretur, propinquantem passionem, & idem Christus secundum corpus moreretur in cruce, in perturbabilis manens immortalisque Christi diuinitas, nec ab anima perturbata, nec à corpore moriente discederet, non tamen, aut turbaretur in anime turbatione, aut moreretur in corporis morte. Unus namque Christus, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, sicut uere mortuus mori non potuit, sic in uera passione impassibilis mansit. Qui ad demonstrandum in se & ueram mortalitatem hominis, & ueram immortalitatem deitatis, Iudeis dicentibus: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus exatabo illud. Quod autem fuerit illud templum, sanctus Euangelista monstrauit dicens: Ipse autem dicebat de templo corporis sui. Ostensa est igitur & ueritas humane substantiæ, quam Iudei possent in Christo, ipso uolente, soluere, & ueritas diuine nature, quia Christus templum sui corporis poterat suscitare. Quando enim mortuo Christo, anima desceuit carnem, tunc solutum est illud templum, quod fuit ex anima carneque constructum, & cùm anima reuerteretur ad carnem, tunc est illud templum diuinitatis suscitatum: & tamen, propter unam Christi dei hominibusque

Soluitetē-
plūhoc / et
in tribus
dieb⁹ exci-
tato illud

nisq; psonam, idē mortuus est in corpore suo, qui suscita
 uit templum corporis sui. Sic etiā, tamen secundū Esaię Esaię. l. C.
 uatiāntis oraculū, dorsum suum posuit ad flagella, ma-
 xillas suas ad palmas, faciē autē suam non auertit à con-
 fusione sputorum. Hęc oīa deus ī carne passus, nō est car-
 ni compassus, quia deus passionem in carne sensit, cū car-
 ne non sensit. Vna enim persona est dei & hominis Chri-
 sti, quā etiā Paulus commendat dicens: Nā & ego quod 1. Cor. 15. C
 donauī, siquid donauī propter uos in psona Christi. Et
 quis una sit in Christo persona, non una tamen in Chri-
 sto substantia, quia sic uerus deus uerum suscepit homi-
 nem, ut in ueritate humanae susceptionis, ueritatem non
 amitteret deitatis: & sic dignatus est fieri quod antē nō
 erat, ut non desisteret esse quod semper erat. Sic etiā uo-
 luit unā cum homine personam deus habere, ut licet non
 alius esset Christus deus, & alius Christus homo, uerus
 tamen deus permaneret in homine, & uerus homo per-
 maneret in deo: atq; ita, in uno Christo diuinę huma-
 nęq; naturę esset inconfusa pariter & indiuisa perse-
 ctio. Non tunc nata est Christi diuinitas in se, cum nata
 est pro nobis in carne. Fuit infans uerbū secundū carnē,
 & fandi non habuit facultatē, sed idē uerbū deus, nullo
 unq; potuit coereri silētio, quia ipse est patris sempiter-
 na loquutio. Crescēbat puer etatis accēssu, sed quia in
 deo nulla est etas, in puero crescēte nō crescēbat diuina
 maiestas. Sapiētia quoq; nouimus Christū secundū aīam
 profecisse, sed sapiētia Christus non potuit cū anima pro-
 ficiente proficere. Ac per hoc idem Christus, & in
In Christo
que carnis
erant aut
anime non
sunt deitati
ascribenda
carne

carne sua creuit, & in anima sua proficāt, qui tamē & ē carne sua crescens, & in anima sua proficiens, nec cū anima sua proficere, nec cum carne sua potuit ætatis incrementa sentire. Item secundum susceptam animam Deus tristis fuit, sed in aīa tristitiā sensit, cū aīa tristitiā sentire nō potuit. In sua Deus aīa suā uoluit esse tristitiā, & in sua carne suam Deus esse uoluit passionē, quia totus in toto homine pmanens inseparabilis Deus, nec aīa trīstanti defuit, nec carnem suam in passione deseruit. Sed in Christo trīsti & passo licet deitate separare nō posset paties & tristis humanitas, in toto tamē hoīe tristis, non est diuinitas tristata, & in hoīe toto paties, nō est diuina natura cōpassa: sicut moriente carne, non solū deitas, sed nec anima Christi potest ostēdi commortua. Aliud est enī in carne passum Deū dicere, aliud carni prædicare compassum: aliud in anima contristatū, & aliud cum anima contristatū. Passus est Deus in homine, quia una est Dei hominisq; persona: non est compassus Deus homini, quia in uno Christo non est cōfusa dei hominisq; substātia.

Quod euidentibus scripturarum potest testimonijs comprobari, ut cognoscatur ita tristitiā passionēq; toto deputādā christo, ut offiāorū naturalīū ueritate mōstrata, nō sit aliqua Dei hominisq; confusio. Matthæus narrat, Dominum, propinquante tpe passiōis, dixisse discipulis: Sedete hic, donec uadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & moestus esse. Marcus uerō sic posuisse cognoscatur: Et ueniūt in prædiū, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis:

Sedete

Nō ē diuinitas
passa uel cō
tristata.

Cœpit iesus
contristari
et mest⁹ cœ/
pauere et
tedere

Sedete hic, donec orem. Et assumpsit Petrum & Iacobū & Ioannem secū, & cœpit pauere & tædere. Nō ignoro, quā maxime nunc nostræ congruet responsionis offiāo, ut non solum uocabulis, sed etiam effectibus, sit in Dei filiō carnis animæq; monstranda proprietās. Tunc enim diuinæ impassibilitatis natura splendebit, cum quid animæ, quidue carnis sit proprium, non solum ratione, sed etiam diuinarum scripturarum auctoritate claruerit. Matthæus itaq; diāt, Iesum contristari & mœstum esse: Marcus pauere tædereq; commemorat. Dicant igitur, quibus in Christo displicet animæ humanæ susceptio, utrum tristitiam, mœrorem, tædium, & pauorem diuinitati an carni existiment deputanda? Et siquidē carnis hæc fuisse responderint, ab omnibus passionū generibus erit excepta diuinitas, quæ participat passionū generibus carnis nō fuit, licet susceptæ carni nec in passione defuerit. Si autem deitatē Christi asserunt tristitia, mœrore, tædio, et pauore concussam, passibilem dicentes deitatē, animabus nostris fatebuntur æqualem. Restat autem, ut angelorum imparē dicant, quam passioni subiacere pronūant. Hoc enim nostris sunt animabus angeli quā maxime potiores, quia sicut à peccatis, ita sunt à passionibus alieni. Quod etiam recte se colentibus, & sancte conuersantibus in retributione Dominus repromittit, diāns: Erunt sicut angeli Dei in cælo. Tunc utiq; cum (secundum beati Pauli testimoniu) corruptibile (hoc est, mortale) ita induetur incorruptione & immortalitate, ut corruptio incorruptionem possidere non possit. Que

Liquet ex his verbis verū fuisse in Christo animam.

In retributione erunt iusti sicut angeli Dei

non solum in peccato consistit, sed etiam in infirmitate, que prauaricatori ex pœna cognoscatur accidisse peccanti. Nā peccato nos & infirmitate tunc omnimodis carituros Apostolus testatur et diat: Tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. Absorpta ergo morte in uictoria, nulla erit anime carnisue corruptio. Quoniam cum à nobis amota fuerit omnis iniquitas, nulla remanebit infirmitas.

Esa. xxxv. d

De talibus utiq; diat Esaias: Gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet ab eis dolor & gemitus. De his etiam

Apoc. vii. d

Ioannes in Apocalypsi loquitur: Non esurient, neq; sitient, neq; cadet super eos sol, neq; ullus aestus. Et ut ostendat, hanc eos Christi dono gratiam adepturos, sequutus adiunxit: Qui a agnus, q in medio throni est, reget eos & deducet eos ad uitæ fontes aquarum, & absterget dominus omnem lachrymam ab oculis eorum. Cum ergo talis hodie sit angelorum beata securitas & letitia, passionum prorsus ignara, ut nullo peccati casu, nullo infirmitatis quatiantur incurfu, tandem resipiscant, in quod blasphemie barathrum deuoluuntur, qui diuinitatem Christi passionibus subijacentes humanis, dominum angelorum conantur in substantia, quam habet ex patre, inferiorem angelis demonstrare. Falsum igitur est, quod ipse diat: non est seruus maior domino suo? An illud abijendum putant, quod Dauid diat de filio hominis:

Minorasti
cum paulo

Domine quid est homo, nisi q memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitasti eum? Minorasti eum paulo

minus

minus ab angelis. Sed aduertant Paulum Apostolum, hunc locum ad mortis humanæ intelligentiã referencẽ, ita, ut istam minorationem non solum naturæ humanitatis assignet, quin etiam diuinitatem Christi à consortio passionis & mortis exæptet. Ita nanq; ad Hebræos loquitur: Eum autem, qui modico quàm angeli minoratus est, uidimus Iesum, propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem. Non autem hic Christum diuisit Apostolus, sed ostendit, in uno Christo, quæ substantia passibilis & mortalis fuerit, quæ autem impassibilis immortalisq; permanserit. Sine Deo igitur homo ille gustauit mortẽ, quantum ad conditionem attinet carnis, non autem sine Deo, quantum ad susceptionem pertinet deitatis: quia impassibilis atq; immortalis illa diuinitas, cum in ueritate formæ seruilis, & pati uoluntarie pro nobis dignaretur & mori, sicut in morte solius carnis immortalis fuit, sic in passionibus totius hominis, impassibilis omnino permansit. Sed nunc ostendendum à nobis est, passionem tristitiæ, incertitudinis, & timoris, ad animæ substantiam proprie pertinere, ut in eo, quod ingrati gratiæ Christi, diuinitatem eius cupiunt subdere passioni, appareat, quid cuiusq; naturæ sit proprium: et in eo magis agnosatur domini mirabilis inuictaq; clementia, cū probauerimus animæ carnisq; substantiam ob hoc cum suis passionibus à deo susceptam, ut sicut saluo diuinæ impassibilitatis statu, uoluntaria susceptione mortis in carne sua, mortem nostrã cognosatur occidisse. sic uoluntaria

min⁹ ab an-
gc. 18.

Heb. 11. 2

Tristitia
et filia affe-
ctus nõ car-
ni/ nec dei-
tati/ sed an-
me Christi
tribuuntur

taria susceptione tristitiæ ad hoc cognoscatur animam rãtionalem cum suis passionibus suscepisse, ut animas nostras ab omnibus dignaretur passionibus liberare. Ostendamus igitur tristitiam Christi non ad diuinitatis, nec ad carnis, sed ad animæ pertinuisse substantiam. Atq; ut hoc integra possit manifestatione cognoscã, attendamus, quid discipulis penè sub ipso dixerit tempore passiõis, ut se ueram animæ substantiam non minus officio quàm nomine demonstraret: Tristis est, inquit, anima mea usq; ad mortem. Quis autè ambigat, nec in diuinitatem posse tristitiã cadere, nec ad carnis officium pertinere? Animæ nanq; est propriũ metuere, desiderare, tristari, gaudere. Sicut etiam carminis Dauidiã textus ostendit, dicentis: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Añã tristatur, ipsa turbatur.* Ideo & ipse Saluator, ut ostenderet perturbationem istam non carni, sed animæ deputandã, sic discipulos suos consolatur, cum de futuro eius contristarentur abscessu: Non turbetur cor uestrum, neq; formidet. Ad eosdem denuo sic loquitur: Nunc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrũ. Quis carni uel diuinitati audeat assignare, quod ad officium cordis Dominus diãt proprie pertinere? Nam cum supius dixerit: Non turbetur cor uestrũ, neq; formidet, ubi proprie cordis nomine humanam demonstrauit animã, ac deinde dixerit: Tristitia impleuit cor uestrum, ut euidentius ostenderet, & tristitiam & gaudium ad animam pertinere. Rursus Apostolis diãt:

Amen

Tristis est
anima mea
usq; ad mor-
tem.

Non cõtur-
betur cor
uestrum

Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit, uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem pepererit puerū, iam nō meminit pressuræ, propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et uos igitur nūc quidē tristitiā habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Ecce proprie in homine tristitia, formido, & gaudium cordi (id est, animæ) deputantur. Propterea & Apostolus diat: Ipse autem dominus Iesus Christus, et Deus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem eternā, & spem bonā in gratia, consoletur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. Vbi autē potest adhiberi consolatio, nisi ubi potest inreperere mœsistitudo? Quæ quia proprie ad animā ptinent, propterea de Christo scriptum est: Quia cœpit contristari & mœsus esse, & cœpit pauere & tedere. Et ipse diat: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et nunc anima mea turbata est. Gaudium quoq; in sua Saluator anima monstrauit, cum discipulis de Lazaro diæret: Lazarus amicus noster mortuus est, & gaudeo, ut credatis, quia non eram ibi. Substantia hominis utiq; gaudebat in Christo, quæ pro naturali consortio gaudium iam habuit de Lazaro suscitando, simul ut & discipuli uerum Deum intelligerent in homine, quem cognouissent etiam longe posita non latere. Atq; ut omnia in se Christus animæ officia demonstraret, etiam desiderium à sua anima fieri no

Et gaudeo
bit cor ue-
strum.

Gaudeo ut
credatis/
quia nō erā
ibi.

337. AD TRASIMVNDVM REGEM

Desiderio
desideravi
hoc pascha
etc.

luit alienum, dicens discipulis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare uobiscum, anteq̄ patiar. Nemo potest hæc oīa uel naturæ deputare carnis, uel substatiæ Deitatis, quoniã caro nec uiuere potest p̄ semetipsam, nec sentire, nec tristari, nec desiderare, nec metuerē nec, mœreare. Deitas nihil metuit, quoniã oīm dominator: in nullo tristatur, quoniã ei nihil passiōis infertur: ī nullo metuit, quia nulla est illi naturalis infirmitas: nihil desiderat, quia

Infirmi-
tas Christi
accepit / ut
in nobis
tutē perficeret.

omnia potest, et omnia possidet. Hæc ergo cuncta in anima, quã suscepit, protulit Christus, ut uerã totãmq; in se cū suis infirmitatibus hoīs demonstraret accepti substatiã, & infirmitatibus, quas pro infirmis accepit, uirtutem perficeret, quam infirmis attribuit. Qui et hominis carnem propterea mortale habuit, ut mortalibus plenã conferret immortalitatis gratiam. Et hominis animã cū infirmitatibus suis sine peccato suscepit, ut nostris animabus impenderet medianam, quia sicut, Esaiã teste, uulneratus est propter iniquitates nostras (quod propriũ carnis fuit, quippe cū iam defuncti latus læca p̄citeret miles) ita infirmatus est propter peccata nostra, quod est anima

In Christo
potestatis
ponende et
resumende
nunc.

me, cuius pro nobis infirmitatem suscepit. Huius animæ ponendæ ac resumendæ habens plenissimam potestatem, dicebat: Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, & iterũ sumam eã, nemo tollit eam à me, sed ego pono eã, à meipso potestatem habeo ponendi eã & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Hoc præceptũ accipi à patre meo. Quæro ī hoc loco ab his, qui in Christo humanam animam dicunt omnimodis nõ fuisse, quam
hic

hic substantiam credant animæ uocabulo nuncupatam? utrum diuinitatis, an carnis? uel quæ in Christo substātia ponendæ animæ sibi uindictæ potestatem? Quod si diuinæ substantiæ hanc potestatē tribuunt, ut carnē dicāt animæ uocabulo nūcupatam, quā in passione fuerat positura diuinitas, ut secundū eorum uoluntatem nunc interim disputemus. Si diuinitas de carne dicat: Potestatem habeo ponendi animam meam: dum carnem, uocabulo animæ nūcupat, carni sine dubio cunctas etiam infirmitates assignat, dum dicat: anima mea turbata est. Dum dicat: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Cum ergo nō dixerit Christus: Tristis sum usq; ad mortem: sed dixerit: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Nec dixerit: Turbatus sum, sed aīa mea turbata est: has utiq; passionēs carnis esse monstrauit: diuinitatē uerò suam impassibilem omnino perdoct. Quod si forte substantiæ carnis hāc tribuunt potestatem, tanquā caro de diuinitate dixerit: Potestatem habeo ponendi animā meam: tantū ne eos diuinam Christi delectat minorare substantiā, ut eā carnis suæ potestati subjiciant? ut ipsa obedierit carni, cum ei caro debuierit famulari. Illa ergo uox, qua dictum est: Potestatem habeo ponendi animam meam: totius hominis esse credenda est. Sicut enim totus semetipsum tradidit, & totus homo semetipsum obtulit (De quo dicat Apostolus: Ambulate ī dilectione, sicut & Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā Deo, in odorem suauitatis) ita totus homo animā suam posuit, cum aīa in cruce carne moriētē discessit.

Potest hęc
ponēdi ani
mā meā.

q 4 Quā

Quã tamen carnem nec in morte diuinitas deseruit, sicut nec in inferno aĩam dereliquit. De qua etiam Propheta dixerat: Non derelinques aĩam meã in inferno. Cum ergo homo Christus tantã accepit potestãtẽ, ut cũ uellet, aĩam poneret, & cum uellet, denuo resumeret: quantã potuit habere Christi diuinitas potestãtẽ, cui hoc est semper uelle quod posse? Nã in hoc loco uere impassibilis atq; inuicta diuinitas, uniuersa prorsus hæreticæ falsitatis cõmentã destruxit. Si enim integra fuit diuinitatis potestas, uoluntaria fuit patientis infirmitas. Voluntas aut, quæ ex potestate uenit, naturalẽ utiq; ueritatẽ diuinitatis humanitatisq; seruaui. Nam potestas naturalis proculdubio defuit, si in diuinitate Christi qualibet infirmitas fuit. Qualiter autem patiendi potestatem humanitas habuit, si plenam impassibilitatem diuinitas habere nõ potuit? Cognoscatur ergo, quoniã ubi naturaliter plena est potestas, nulla potest esse passiõis infirmitas: quoniã potestas Christi, qua imortalis pmãsit, cũ moriẽs i carne Christus animam poneret, ipsa sine tristitia permansit, cum uoluntariam ex potestate Christus in anima tristitiam sustineret. Ideo autem ille homo potestatem ponendæ animæ habuit, quia cum diuina potestas in unitatem personæ suscepit. Quæ autem plena est potestas, nisi sola diuinitas? de qua dicitur: Omnia quæcunq; uoluit fecit. Et cui dicitur: Subest enim tibi, cum uoles, posse. Propterea in illo digne plena potestas creditur, cui tantum posse quantum uelle, & tantum uelle quantum posse, naturaliter suffragatur.

Adhuc

Sola diuinitas plenã habet potestatem.

ps. cxxxiii

Adhuc autem ueram se Christus animam suscepisse tam
 nomine dignatur monstrare q̄ opere, dicens: Maiorē hac
 dilectionem nemo habet, q̄ ut animam suam quis ponat Uera in
Christo ani
ma.
 pro amicis suis. Vnde sc̄s Petrus animam Christi pro-
 prio substantialiq; uocabulo nuncupatam, ne quisq; puta-
 ret, à domino carnem, nomine forsitan animæ designari,
 p̄fectæ mutationis, quā fuit postmodum accepturus, cupi-
 ens sectari uirtutem, dicenti domino: Quò ego uado, non
 potes me sequi modo, sequeris autem postea. Respondit: 3oā. xii. d
 Domine, quare non possum sequi te modo? Animam me-
 am pro te ponam. Ostēdit utiq; Christum pro se animā
 positurum, cum se ī hoc cum sequi diceret, ut etiam ipse
 pro Christo animam posuisset. Nam quia diuinitatis na-
 turam communem Petrus cum Christo non habuit, non
 ei de diuinitate potuit dicere: Animam meam pro te po-
 nam. Rursus, si carnem pro se nossset Christum tantum-
 modo posuisse, posset etiam ipse dicere: Corpus meum
 pro te ponam, sicut proprie corpus ostendit Paulus, ubi
 dixit: Si tradidero corpus meum ut ardeam. Sed quoni- 1. cor. xii. 8
 am sc̄bat Petrus, Christum pro nobis animam positu-
 rum, propterea in eo se dominum uelle sequi mon-
 strauit, in quo pro eo animæ ponendæ demonstrauit
 affectum, ut quam pro se Christum posuisse sc̄ret,
 hanc ipse pro Christo similiter posuisset. Et ut omnis
 prauæ caligo sententiæ, clarissimo prorsus Catholicæ ue-
 ritatis lumine dissipetur, Ioannis informemur eloquio,
 qui ad imitationem Christi fideles exhortans, quod in ca-
 pite nouerat factum, hoc in membris præcipit faciendū:

q 5 li

In hoc, inquiens, cognoscamus charitatem, quoniam ill^e pro nobis animam suā posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Animam igitur ponere, dilectionis est proprium. Vbi autem dilectio non est, corpus tradi dicitur, aīa poni nō dicitur, sicut Vas electōis, plenū dilectōis, oīno testatur: Si tradidero corpus meū, ut ardeā, charitatē aut nō habuero, nihil mihi prodest. Ostendit sine charitate corpus posse tradi, non aīam poni. Vbi autem dilectionis suę significare nititur puritatem, sic Theſalonianſibus scribit: Cupide uolebamur tradere uobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras. Et ut charitatis hoc esse demonstraret, adiecit: quoniam charissimi nobis facti estis. Ideo etiam Petrū, qui se pro Domino animam suam sponderat positurum, ut agnosceremus, officium ponendę animę in dilectione constare, primitus Christus ad confessionem amoris inuitat, ut facultatem ponendę animę, suo deinceps amatori concedat, sic eū deniq; interrogat: Simon Iohannis, diligis me plus his? Diat ei: Etiam domine, tu scis qđ amo te. Cūq; hoc etiā secundo dixisset: Diat ei tertio: Si mon Iohānis amas me? Cūq; ille tertio interroganti trinū amoris sui testimonium reddidisset, statim Dominus Petro ponendę pro se aīę largitus ē facultatem, dicens: Amē amen dico tibi. Cū esses iunior, angebas te, & ambulabas ubi uolebas. Cū autē senueris, extēdes manus tuas, & alius te anget, & ducet quō nō uis. Statim Euangelista subiicit dicens: Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset eum. Et hoc cum dixisset, diat ei, sequere me.

1. Theſ. iſb

Joan. xxi. d

me. Ecce qualiter eū, & antea sequi Petrus uolebat, quādo pro eo animam ponere cupiebat, sicut cum postea recto dilectionis itinere sequi meruit, quando pro eo animam in passione deposuit. Quod autem, quia manifesta scripturarum attestatione probatum est, dilectionem deesse, ubi solum corpus ponitur, ibi autem charitatem esse, ubi anima cum corpore ponitur: Christus ex uirgine plenus credendus est deus, & plenus homo, id est, anima rationalis & caro: & sicut fidei catholice ueritas habet, in uno eodemque Christo credimus, secundum ueram substantiam carnis, uoluntariam & ueram sanem, cum esuriens ad ficalneam ueniret: uoluntariam & ueram sitim, cum bibere à Samaritana deposceret, uel cum se sitire in cruce dixisset: uoluntariam & ueram lassitudinem, cum fatigatus ab itinere super puteū sederet: uoluntarium & uerum uulnus, cum militis lanca percuteretur in latere: uoluntariam & ueram mortē, cū inclinato capite spiritū emisisset in cruce: uoluntariam & ueram sepulturā, cum cum depositum de ligno Ioseph & Nicodemus ponerent in sepulchro. Has enī carnis oēs infirmitates, uoluntarias quidē, sed ueras Christus habuit, quia carnis hūane naturā, non in phantasia, sed in ueritate suscepit. Quas passiones propterea in carne uoluntarias habuit, ut in ueritate carnis, diuina potentia, quæ nec pati potuit aliquādo nec mori, infirmitatē mortēque deuinaret, & carnē suā in uitā uirtutemque perpetuā suscitaret. Quod Paulus sic ore ueridico protestatur: Christus surgens à mortuis, iam nō moritur, & mors ei ultra non dominabitur.

Quod

In Christo
uere fuerit
infirmitas
& oēs hūane/
sed tamen
uoluntarie

Christus
surgens a
mortuis id
non moritur.

Joseph tu-
lit corpus
Iesu.

Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod autem uiuit, uiuit Deo. Quis autem ignoret Christum, nec in diuinitate, sed in solo corpore mortuum et sepultum? Quod euidenter Ioannes his uerbis ostendit: Post hæc autem, inquit, rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudeorum, ut tolleretur corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Iesu. Venit autem Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrræ et aloes, quasi libras æntum. Acceperunt ergo corpus Iesu, et alligauerunt eum linteis cum aromatis, sicut Iudeis mos est sepelire. Ecce facta distinctione diuinitatis, carnis et animæ, quantum ad proprietatem substantiæ attinet, solum corpus Iesu dicitur de cruce depositum, aromatis conditum, et linteis obuolutum. Propter unitatem uero personæ, quoniam Deus hominem, quem ex uirginis utero suscepit, nec in morte nec in sepulchro deseruit, propterea scutus Iohannes adiecit:

Ibi posuerunt Iesum / non dicit corpus Iesu / quis in sepulchro erat et diuinitas.

Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, et in hoc monumento nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasæuem Iudeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Vere diuino spiritu plenus, sanctus euangelista loquutus est, ut primitus, quod in Christo mortuum fuerit, et sepultum, ostendens, diceret acceptum corpus Iesu, et ligatum linteis cum aromatis. Et quia quod Deus coniunxit, homo non separat, propterea non corpus Iesu, sed Iesum dicitur in monumento positum. Sciebat enim quod ille susceptor pleni hominis

his Deus, totus esset cum carne sua in sepulchro, totus cū anima sua in inferno, totus in mundo, totus in cælo, totus in unitate nature in patre, de quo extitit, totus p̄ omnipotentiam diuinitatis suæ in tota creatura quam fecit. Hæc in Christo unitatem p̄sonæ seruans Apostolus, sic Corinthiorum in fide ueritatis confirmat ecclesiã: Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quæ sepultus est, & quæ resurrexit tertia die secundū scripturas. Mortuū dixit nō corpus christi, sed Christū, ut unitatē p̄sonæ Dei hominīsq; seruaret. Vt autem substantialē proprietatem Deitatis & humanitatis ostēderet, alio loco (sicut superius iam posuimus) dicit: Nā etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Attendēda est Apostolorum uirtus præclara dictorum, si & Paulus dixisset de Christo, quia crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute, & non addidisset, Dei: nec sic debuit infirmitas passibilitatis humanæ cum diuinæ uirtutis impassibilitate confundi: At cum uirtutem deitati Paulus assignet, quis non uideat, quæ ea, quæ infirmitatis uidentur, hominis esse denunāet. Nam & quod dicit de Christo, quia uiuit ex uirtute dei, ex sua deitate utiq; uiuit, quæ ipse est uirtus dei, & sic uiuit, sicut pater uiuit. Quoniã ipse est uita ueritas & uita. Nam ut unam uitam patris filijq; Ioannes nobis insinuaret Apostolus, epistolæ suæ hoc ponere curauit exordium: Quod erat ab initio, quod audiui-
 mus, quod uidimus oculis nostris, quod inspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uita, et uita palam

Unitas personæ christi ex uerbis Apostoli.

ii. Cor. xliij B.

uiuit ex uirtute dei.

i. Ioan. i. 1.

lam facta est. Et uidimus & testamur, & nunciāmus uobis uitam eternā, quæ erat apud patrē & palā facta est nobis, Filiū Dei, quæ uerbū Dei superius dixit, uitā ī subsequētibus nominauit. Quod est autem uerbum uitæ, nisi uerbum Dei? Et quoniam uerbum uitæ uita est, una est utiq; uita. Illud uita uerbum, & uita cuius est uerbū. Ideo ergo Christus, qui mortuus est ex infirmitate, uiuit ex uirtute Dei, quoniam illi diuinitati hoc est uitam esse, quod est uirtutem esse, & propterea hoc est illi posse, quod uiuere. Et ideo nec in passione uirtutem uita deseruit, nec in morte Christi uirtus à uita discessit, quoniam Christi diuinitas (quæ uirtus & uita est) mutari non potuit. Rursus pro unitate personæ in Christo firmissime commendanda sic Paulus, scribēs Romanis, potuit, dicēns de Deo: Qui filio proprio nō pepāt, sed pro nobis oībus tradidit illum. Atq; ut illa traditio uoluntaria ex potestate filij monstraretur effecta, filiū quoq; pro nobis se memorat tradidisse, dicēs alio loco: Quod autem nūc uino ī carne, in fide uiuo filio Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Sed ut ostēderetur, qd in Christo potuerit tradi, prophetiæ dicit liber Iob: Terra tradita ē in manus impij. Et tamē pro unitate personæ, nō solū humanitatē Christi, sed Christū traditū tenet & confitetur ecclesia, quoniam ī illa traditione, salua proprietate utriusq; nature, ne homo susceptus separari potuit à Deo, nec deus potuit ab hoīe segregari suscepto. Sicut erat in passione mortis et mortē propter unitatē personæ, dei quidē filio scriptura prorsus assignat, & tamē dicitur impas-

Pro nobis
 omnibus
 tradidit il-
 lum, qui tra-
 didit semet-
 ipsum pro
 me.

Job. ix. c.

Propri-
 etatem per-
 sone in Chri-
 sto mortu-

Impassibile immortalēq; pronūciat: ita & animæ tri-
 stitiam & p̄urbationem, quam uoluntariā in anima dei
 filius habuit, sic habuisse credatur, ut etiā ipsas humanæ
 animæ passiones, & ex uolūtate ueras, et in ueritate uo-
 lūtarias nō negemus. Ipsa quoq; Christi diuinitas, quæ
 secundū aīam cōteristari & secundū carnē dignatā pro
 nobis ē mori, secundū substātiæ proprietatē, sicut imorta-
 lis, sic est impassibilis prædicanda. Quæ quia uerū ho-
 minē suscepit, ideo cūctas naturæ humane infirmitates,
 ueras quidē, sed uolūtarias in eadē ueritate naturæ dun-
 taxat humanæ sustinuit. Quis autē tā mortiferā secte = Non sunt
 tur ī prouidus de Christo sententiā, ut famē illā, siti, las- Christi in-
 titudinē, passionē, mortē, & rursus tristitiā, p̄urbatio- firmitates
 nē, metū, & t̄diū (quæ carnis & animæ esse, nemo potest eīus deita-
 aliquatenus dubitare) sic uera fuisse credat in natura ho- ri ascriben-
 minis, ut ab his immunē nō credat substātiā deitatis? de.
 cū sperantibus ī se, hoc ut sup̄ent Christus dederit, quod
 pro nobis ipse uolūtate p̄sensit. Propter quod diuinitus
 inspiratus, perfidis ac mortiferis cogitationibus Esaias **Esai. xl. 5.**
 obnititur, dicēs: Deus æternus, Deus qui seāt fines terræ,
 nō esuriēt neq; laborauit, neq; inueniri potest prudētia
 eius, præstans esuriētibus uires, & nō dolentibus mœro-
 rem. Esurient enim iuuenes, et laborabunt adolescētēs,
 & electi sine uiribus erūt. Qui uerō expectāt Domini
 exultabūt, cū uirtute p̄ducēt pēnas sicut Aquilæ, current
 & non laborabūt, ambulabūt & non esurient. Ipse
 quoq; panis, qui de celo descendit, credētibus ī se p̄fectā Qui uenit
 factatē ueraāter repromittit, diēs: Qui uenit ad me, esuriet,
 non

247 AD TRASIMVNDVM REGEM

non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Rogo, qualiter hæc uirtus concedatur hominibus, si cã habere non potuit Deus? Aut quomodo Christus in sua diuinitate non habuit, quod ab eo Paulus, ut haberet, accipit? Ipse enim de se similibusq; testatur, dicens: Tribulationem patimur, sed non coangustamur. Et alio loco: Quasi moriētes, & ecce uiuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semp̄ autem gaudētes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanq̄ nihil habētes, & oĩa possidētes. Quàm graue atq; incongruum est, & à uera fide modis omnibus alienum, ut Paulus in una eadēmq; animæ substantia, cum tristatur, possit in domo Christi semper gaudere, & de Christi diuinitate dicatur, q̄ tristis in anima, quam suscepit, non potuit in seipsa sine tristitia permanere. Non timet Iohannes, qui diat: Timor non est in charitate, nam p̄fecta charitas foras mittit timorē. Qui autem timet, non est p̄fectus in charitate. Audierat enim à Domino: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Timorem nullus audet ascribere Iohanni, & timor mortis adscribitur Deitati? Sperat in illo Dauid & diat: In deo sperabo, non timebo quid faciāt mihi homo. Idēmq; confidēter igeminat: Dominus illuminatio mea, & salus mea: quē timebo? Dominus defensor uitæ meæ: à quo trepidabo? Et ipse Dominus Apostolis diat: Nō turbetur cor uestrū neq; formidet. Idē denuo: Gaudete, inq̄t, q̄a ego uia mundū. Expectantes igitur eum, fortitudinem sumunt, pēnas producant, quibus ad cœlestia subleuētur, curren-

Perfecta
charitas fo-
ras mittit
timorem.

3o. xlii. b

tes

tes nesciunt laborem, ignorant ambulantes esuriam, in tribulatione non patiuntur angustiam, morientes retinent uitam, tristes quidem uidentur, tamē semper gaudentes exultant, egeni diuitias pluribus conferunt, & oīa possident, dum nihil habere contendunt, dilectione Christi repleti, carēt timore, ab ipso inluminati, fatentur se nullum metuere, ipso defensore, nequeunt ab aliquo trepidare, de corde eorum turbatio propellitur et formido, gaudent, quia uident mundum à Christo deuictum. Si hæc seruis accipiētibus nemo potest adimere: qualiter Domino largienti perfida cæcitas, uel potius cæca perfidia, quod diuinum naturaliter habet, conatur auferre? Quis autē nō uideat in illis passionibus Christi quedam nostrarū uirtutum semina contineri? Vnus ergo idēq; Christus in humanitate quæ humana sunt sensit, in diuinitate autem impassibilis immortalisq; permansit. Dei enim filius uerbum & sapientia patris, ipse est salus, de quo Propheta dicit: Salus nostra a tunc ueniet. Ipse uirtus & sapientia. Christus enim Dei uirtus & Dei sapientia. Ipse saturitas, quia panis est qui de cælo descēdit. Idem uita, ipse ueritas, ipse uita. Idem gaudium & letitia nostra, de quo Propheta dicit: Et factum est mihi uerbum tuum in gaudiū & letitiam cordis mei. Ipse lumen uerū, quod inluminat omnem hominem ueniēcē in hunc mundum. His nomīnibus superius designatis incommutabilis atq; impassibilis inuenitur. Aegrotare non potest salus, infirmari non nouit uirtus, nescit saturitas esurire, uita nequit errare, sapientia non mutatur, uita nō mori-

Nomina fl
lii Dei quo
ad eius diu
nitatem.

r tur,

249 AD TRASIMVNDVM REGEM

tur, lumen nō extinguitur, nec ueritas deprauatur, nesciūt
 tristari letitia, Deitas nō potest superari. Propterea u-
 tiq; etiā Christi humanitas sine peccato permāsit, quia
 eam in unitate personæ diuinitas accepit, quæ naturali-
 ter peccare non nouit. Homo ergo Christus, quoniam
 peccata nō habuit propria, portare dignatus est aliena.
 Illorū autem à se uoluit peccata portari, cum quibus te-
 nebatur consortio naturali, dicente Apostolo: Qui enim
 sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter
 quam causam nō confunditur fratres eos uocare, dicens:
 Nunc abo nomen tuum fratribus meis. Esaias etiā pro-
 pheta, pietatis huius taliter effectum prænūciat, ut ho-
 minis in eo nomen euidenter ostendat, hæc dicens: Domi-
 ne quis credidit auditui nostro, & brachium domini tui
 reuelatum est? Cum diāt brachium domini, diuinitatem
 filij dei ostendit. Ac deinæps ināpit incarnationis et pas-
 sionis mysteriū prædicare: Annūciāuimus coram ipso,
 ut pater, ut radix in terra sitienti. Non est ei speæ neq;
 gloria. Et uidimus eū & nō habuit speæ neq; decorē,
 sed speæ eius sine honore, & abiecta præ omnibus ho-
 minibus, homo in plaga, et scæns ferre infirmitatē, quo-
 niam aduersatus est, scæns eius dehonestata est, nec ali-
 quid æstimata est. Hic peccata nostra portat, & pro no-
 bis dolet, & nos existimauimus cum in doloribus esse,
 & in plaga, & in uexatione, ipse autem uulneratus est
 propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter
 peccata nostra. Eruditio pacis nostræ in eum, liuore eius
 nos sanati sumus, omnes ut oves errauimus, homo à uia
 sua

Idē Ch: ist'
 pct: i nostra
 portauit.

Es. liij. 8

sua erravit, & Dominus tradidit eum pro peccatis nostris, et ipse, quia male tractatus est, non aperuit os, ut ovis ad immolandum ductus est, & ut agnus ante eum qui se tondet sine voce sic non aperuit os suum. In humilitatione iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur à terra uita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et ut propheta plenam in Christo substantiam hominis demonstraret, paulò inferius adiecit: Peccata eorum ipse portabit. Ideo ipse hereditate possidebit multos, et fortium parietur spolia, propter quod tradita est in morte anima eius, & inter iniquos deputatus est. Et ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates eorum traditus est. Ex his prophetæ uerbis, & anima tradita cognoscitur Saluatoris & caro, quia totus pro nobis ad crucem ductus est homo. Sic enim oportuit nostrorum peccatorum deleritum Cyrographum, ut dum uictus homo nosceret, simul crucem affigatur, tanquam in trophæo, triumphantis uictoria panderetur. Restabat tamen, ad plenum nostræ redemptionis effectum, ut illuc usque homo sine peccato à Deo susceptus descenderet, quousque homo separatius à deo, peccati merito cadisset, id est, ad infernum, ubi solebat peccatoris anima torqueri, & ad sepulchrum, ubi consueuerat peccatoris caro corrumpi, sic tamen, ut nec Christi caro in sepulchro corrumpere, ne inferni doloribus anima torqueretur. Quoniam anima immunis à peccato, non erat subdenda supplicio: & carne sine peccato non debuit uicari corruptio. Nam quia peccans homo meruit in seipso

Plena
 humanitas
 Christi

Non sensit
 caro christi
 corruptio
 ne in sepulchro / nec
 anima eius
 penam in
 inferno.

r 2 per

251 AD TRASIMVNDVM REGEM

per supplicium diuidi, quia maluit à Deo, qui diuidi nõ potest, præsuarationis reatu disiungi, propterea factum est, ut peccatoris mors carnem peccati ad sepulchrũ corrumpendam perdueret, animam inferno torquendam protinus manãret. Sed hæc ulasantis Dei æquitas fecit, quæ ideo taliter peccatorẽ addixit, quia ne peccaret, antè prædixit. Hæc fuit retributio peccatori reddenda, ut iuste peccati supplicium lueret, qui Deo iusto iniuste peccasset. Vt autem peccator fuisset gratuito munere liberatus, factum est, ut mortem corporis, quam à Deo iusto peccator homo pertulerat, iuste Dei filius à peccatore pateret iniuste: & ad sepulchrum peruciret caro iusti, quousq; fuerat caro deuoluta peccati: & usq; ad infernũ descenderet anima saluatoris, ubi peccati merito torquebatur anima peccatoris. Hoc autem ideo factum est, ut per morientem temporaliter carnem iusti donaretur uita eterna carni: et per descendentem ad infernum animam iusti, dolores soluerentur inferni. Vtrunq; autem scriptura sancta non tacuit. De resurrectione quidem carnis sic beato Paulo loquente: Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur. Idem homo Christus est, qui pro nobis et pontifex factus est, dum semetipsum passioni obtulit, & hostia factus est, dum passionẽ ipse suscepit. Huic dicitur: Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinem Melchisedech. Et sacerdos tamẽ & hostia, humane nature tam officia cognoscuntur esse q̃ nomina. Et quoniam idem pontifex infirmitates nostras

Ausa dei vi
si de pecca
to primi ho
minis.

Salus per
Christi et
caro et ani
ma homi
nis.

Psal. cix.

nostras suscepit & habuit, propterea de ipso Apostolus
 dicit: Non enim habemus pontificem, qui non possit com- 1. Pe. iiii. D
 pati infirmitatibus nostris. Et ut se de natura humana lo-
 qui doceret, adicit: Tentatum autem per omnia pro si- 3bi. viii. B
 militudine absque peccato. Et paulò inferius subdidit: Omnis
 enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus
 constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona &
 sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui igno-
 rant & errant, quoniam & ipse arcundatus est infirmi-
 tate. In eo ergo, quo arcundatus fuit infirmitate, in eo Christus est
doluit et com-
passus est
nobis.
 condoluit ignorantie & erroribus nostris, & in eo com-
 passus est infirmitatibus nostris. Ibi est enim unitas com-
 passionis, ubi est unitas naturalis. In eo autem nobis pō-
 tifex ille compassus est, in quo etiam nos compatimur,
 dicente beato Apostolo: Ipse spiritus testimonium reddit
 spiritui nostro, quod sumus filij Dei: si autem filij, & heredes:
 heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si ta-
 men compatimur, ut & glorificemur. Beatus quoque Pe-
 trus ad huius nos gratiam compassionis hortatur, dicens: 1. Pe. iiii. G
 Charissimi, nolite expauescere in feruorem, qui ad tenta-
 tionem uobis sit. Nolite pauere, tanquam noui uobis aliquid
 contingat, sed ut communicantes Christi passionibus gau-
 dete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultan-
 tes. In natura ergo humana pontifex ille ueritatem sus-
 tens passionis, in ea utique nouit compati membris suis.
 Propterea & beatus Paulus dicebat: Ut adimpleam ea
 quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore
 eius, quod est ecclesia. Quid autem mirum, quoniam
 r 3 pontificia

Non quod
oportet cō-
pati et com-
mori Chri-
sto.

pontifici nostro naturali communione compatimur, cum nos beatus Apostolus etiam cum illo mortuos esse testetur his uerbis: Si mortui estis cum Christo, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo discernitis? Dicit etiam Timotheo: Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro usque ad uincula, quasi male operans, sed uerbum Dei non est alligatum. Omnia autem sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti. Sciens ergo Apostolus Iesum Christum ex semine Dauid a mortuis surrexisse, in quo utique communio nature manifestatur humane, in quo cum mortuum nouerat, in eo nos illi cōmortuos esse commemorat, dicens: Fidelis sermo, Nam si cōmortui sumus, et conuiuemus: si sustinebimus, et cōregnabimus. Pontifex ergo ille, qui semetipsum pro nobis obtulit (sicut Apostolus dicit) oblationem et hostiam Deo in odorem suauitatis, sicut mortuus pro nobis, omnes nos sibi commorificat, sic, solutis doloribus inferni, omnes fideles ab hisdem doloribus liberauit. Sicut B. Petrus testificatur, et dicit: Iesum a Nazareth, uirum approbatum a Deo in uobis uirtutibus et signis et prodigijs, quæ fecit per illum Deus in medio uestri, sicut uos satis hunc definito consilio et præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemitis, quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Vbi etiam Dauidicum illud (quod in primo libro posuimus) testimonium ita protulisse monstratur. Dauid enim dicit in ipsam:

Prouidebam

Testimoni-
um sancti
Petri de re-
surrectione
carnis et a-
nime Chri-
sti.

Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Propter hoc iocundatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Insuper & caro mea requieuit in spe, quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi scãsti uias uitæ, & adimplebis me iocunditate cum scãe tua. Ibi beatus Petrus diuino uere spiritu luminatus, & secundum Domini sermonem, lux mundi effectus, qualiter hunc locum intelligere debemus, clarissima lucæ prædicationis ostendit, ne quis in Christo ueram carnem sic intelligeret, ut ueram in illo animam denegaret. Sequitur ergo: Viri fratres, licet

Act. II. 2.

audenter dicere ad uos de Patriarcha Dauid, quia & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos usq; in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, et scãret, quia iureiurãdo iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidẽs loquutus est de resurrectione Christi, quia neq; derelicta est aĩa eius in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem. In hoc igitur diuinitas Christi uirtutẽ suæ impassibilitatis ostendit, quæ ubiq; semper atq; ineffabiliter præsens, & secundum animam suam in inferno sine doloribus fuit, & secundum carnem suam in sepulchro sine corruptione iacuit, quia nec carni suæ defuit, cum animam suam in inferno dolere nõ sineret, nec animam suam in inferno deseruit, cum in sepulchro carnem suam à corruptione seruaret. Dignum nanq; fuit, ut carnem sepulchri non corrüperet locus, quam peccati nõ corruptit

¶ Non habuit in inferno anima Christi dolorem

r 4 affectus:

affectus : et animam dolor non contigisset inferni , quã
 seruitus nequiuu tenere peccati. Propter hoc in Psalmo ,
 cum ex forma serui , in qua Christus nostra peccata por-
 tauit , diceret : Quia repleta est malis anima mea , & uita
 mea in infernum appropinquauit : ut ostēderet eandem
 animam suam à peccato liberam , in infernum pro nobis
 peccatoribus descendisse , subdidit , dicens : Factus sum si-
 cut homo sine adiutorio inter mortuos liber . Vcrunt
 men cū sola caro moreretur & resuscitaretur in Christo ,
 propter unitatem personæ Dei & hominis , filius Dei di-
 citur mortuus . Quod euidenter his uerbis Paulus Apосто-
 lus protestatur : Si enim , cum inimici essemus , reconciliati
 sumus Deo per mortem filij eius , multo magis reconciliati
 salui erimus in uita ipsius . Rursus , filium Dei resurre-
 xisse , Petri prosequutione firmatur , Iudeos ad creduli-
 tatem Christi taliter exhortantis : Vos estis filij Prophe-
 tarum & testamenti , quod disposuit Deus ad patres no-
 stros , dicens ad Abraham : Et in semine tuo benediāntur
 omnes familiæ terræ , uobis primum suscitans Deus filiū
 suū , misit cum benediāntē uobis , ut conuertat se unus-
 quisq; à nequitia sua . Etiam in hoc capitulo , quem semen
 Abrahæ memorat , eundē filium Dei B. Petrus appellat :
 Nō enim diuiditur Christus , qui tamē nō secundū id quod
 ex Deo patre , sed secundum id quod ex semine Abrahæ ,
 cognosatur surrexisse pro unitate personæ , in qua Deus
 & homo unus est Christus , nō incongrue Dei filius di-
 citur suscitatus . Cuius , ut secundum diuinitatem una pro-
 baretur natura cū patre , unus simul fuit effectus in ope-

Sicut

Filius Dei
 ratione car-
 nis dicitur
 mortuus et
 resurrexis-
 se.

Secundū di-
 uinitatē v-
 nō ē effectus
 patris et fi-
 lii.

Sicut enim carnem suam in uirginis utero faciente patre etiam ipse fecit (quia secundum humanam naturam de Christo scriptum est, et Dominum cum et Christum Deus fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis. Scriptum est etiam: Quia sapientia edificauit sibi domum) sic etiam cum traderetur a patre, ipse quoque se cognoscatur tradidisse. Scriptum est enim: Quia Deus filio proprio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et de ipso filio dicitur: Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit se ipsum pro me. In resurrectione quoque eius inuenitur opis equalitas, quia una est patris filijque Maiestas. De patre quippe sic Beatus loquitur Petrus: Vobis primum Deus suscitans filium suum, misit eum benedixentem uobis. De ipso uero sic Dei filius loquitur ad Iudeos: Soluite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud. Quod Ioannes aperuit dicens: Ipse autem dicebat de templo corporis sui. Colloquens quoque Paulus loquens, ipsum Deum filium humanitatem suam his uerbis significat suscitasse: Videte ne quis uos seducat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditiones hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo et araneasi estis, araneasione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in araneasione Christi, consepulti ei in Baptismo, in quo et consurrexistis per fidei operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis, et uos, cum mortui essetis

Et pater filium suscitauit, et filius suscitauit seipsum.

Col. ii. B.

in delictis & præputio carnis uestre, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delēs quod aduersum nos erat Cyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruā, exuens se carne, prināpatus & potestatis traduxit confidēter, palā triūphās illos in semetipso. Nō nescimus, hunc locū ad psonā patris à nonnullis referri, sed ex conexione uerborū, sic ut & legitis accedat intentio, magis id capituli huius sensus ostēdit, ut unus idēq; filius, nō solū Christus, q̄ suscītatus est, sed etiā Deus ipse, q̄ Christū suscītauit, appareat. Vt cōstet Apostolū i hoc loco Dei nomē ad illā sempiternā filij, quæ ē ex patre, substātiā: nomē uerò Christi ad eā, quā ex hoīe Dei filius sumpsit, retulisse naturā. Dignū præ oībus ducēs Doctor gentiū, in fide & ueritate, ut sicut eundē Christū, q̄ suscītatus est, prædicauit hoīem, (dicēs: Per hoīem mors, & p̄ hoīem resurrectio mortuorū. Sicut enī i Adā oēs moriūtur, ita i christo oēs uiuificabūtur.) nō minore cautela eundē filiū, qui suā carnē illa (qua æqualis est patri) potētia suscītauit, Deū uerissime prædicaret: sicut huius loā textus clara manifestatiōe uulgauit. Deus enī qui suscītauit Christū à mortuis, quiq; nos, cū mortui essemus in delictis & præputio carnis nostræ, cōuiuificauit cum illo, idē nobis delicta oīa donauit, & q̄ donauit delicta, Cyrographū, quod aduersum nos erat, deleuit, & sublatū de medio, cruā affixit. Qui Cyrographū cruā affixit, idē se carne exuit, q̄ se carne exuit, ille etiā prināpatus & ptātes traduxit cōfidēter, palā triūphās illos i semetipso. Hæc ait

1. Cor. xv. c

tē, P. 410

te, Paulo teste, oīa Deus fecit, qui Christum à mortuis suscitauit. Attendatur itaq; , si pater Cyrographum crucē affixit, si pater se carne exiit, si pater prināpatus & potestates traduxit, palam triumphans illos in semetipso. Et si hæc omnia paternæ potuerint coaptari personæ, digne negabitur filius hic ab Apostolo designatus. Ille salū et Deus, qui Christum à mortuis suscitauit. Si autem oīa superius designata, filio magis q̄ patri conueniunt, cognoscatur unus atq; idē ab apostolo prædicatus Christus, qui à mortuis resurrexit, & Deus qui Christum à mortuis suscitauit. Igitur & qui suscitauit semetipsum, & suscitatus est Christus. Quia sicut in eo, quod in se fecit, ipse dignatus est fieri: & in eo quod in se tradidit, ipse dignatus est tradi: in eo quod in se occidi pmisit, ipse dignatus est mori: Sic in eo, quod in se suscitauit, ipse dignatus est suscitari. Hūanitas ergo uera filij Dei nec tota in sepulchro fuit, nec tota in inferno, sed in sepulchro secundū uerā carnem Christus mortuus iacuit, & secundum animam ad infernum Christus descendit. Secundum eandē animam ab inferno ad carnem (quam in sepulchro reliquerat) redijt: secundū diuinitatem uerò suam, quæ nec loco tenetur, nec sine concluditur, totus fuit in sepulchro cum carne, totus in inferno cū anima. Ac per hoc plenus fuit ubiq; Christus, quia nō est deus ab humanitate, quā suscepit, separatus, quæ in anima sua fuit, ut solutus inferni doloribus, ab inferno uictrix rediret, & in carne sua fuit, ut æleri resurrectione corrupti nō posset. Totū igitur hoīem cū suis infirmitatibus sine peccō dei filius pro nobis accepit: in tota traditus idē

humanitas
christi nō to-
ta fuit in se-
pulchro aut
inferno: sed
tota ibi fuit
diuinitas.

Recta fides
de hūanita-
te Christi
et factis ei⁹

idē Christus secundū solā carnem mortuus, totus Christus
secundū solam animam ad infernum descendit. Idē atq;
insepabilis Christus, secundum solam carnem de sepul-
chro surrexit: idē atq; insepabilis Christus, secundū to-
tum hominem, quem accipit, terram localiter deserēs, ad
cælum ascendit, & in dextris Dei sedet, secundum eun-
dem totum hominem uenturus ad iudicandum uiuos &
mortuos, coronaturus fideles & pios, illos saliet, qui eū
in utraq; id est in humana diuināq; substantia, uerū ple-
num & perfectum credētes, nec Dei filio aliquid pater-
næ substantiæ minuunt, & totum pro se susceptum homi-
nem sine peccato cognoscunt, condēnaturus autem infide-
les, q; diuersos cuiuslibet p̄fidie sectantur errores, quiq;
in eis ita simul obdurato corde pdurant, ut eos usq; ad
uite præsentis obitum non relinquunt. In quibus sunt
illi, qui in Christo phantasiā carnis audent credere. Et
cum ueritatem carnis denegant accipisse, illi etiam
qui in eo diuinitatem omnimodis abnegantes, solam ho-
minis putant fuisse substantiā. Sed & hi q; eū uel de Deo
patre Dominum denegant naturaliter natū, uel totam nō
credunt hominis in Christo substantiam. Similiter & il-
los cōdemnaturus adueniet, qui ex opationis unitate u-
nū Deū patre & filiū credētes, alterū ex altero sic natū
denegant, ut p̄sonaliter patre filiūq; confundant. Quiq;
patri humanam pariter natiuitatem assignātes & mor-
tem ipsum patre dicunt natum ex uirgine, ipsum etiam
passum fatentur in carne. Illos etiam eterno condēna-
bit gehennalis tormenti supplicio, qui corpus christi non

Erroꝝ circa
corp⁹ Chri-
sti.

ex

Ex uirgine fatentur substantialiter sumptū, sed confingūt
 de cælo depositum: cum Dei filius propterea de homine
 naturam fuerit dignatus corporis terreni suscipe, quia
 non uenerat eos qui in cælo, sed eos qui fuerant in ter-
 ra, saluare, sicut Apostolus dicit: Nusq̄ enim angelos ad- 1. Heb. ii. D
 prehēdit, sed semen Abrahamæ adprehēdit, unde debuit p̄
 omnia fratribus simulari. Suscipit ergo filius Dei animā
 nostram, id est, melius nostrum: (quia melior est meliore
 nostro, de quo Ioannes dicit: Maior est Deus corde no- 1. Joā. iij. D
 stro) sed non spreuit etiā carnem nostram, id est, infimum
 nostrum suscipe, quia totum hominem uenerat liberare:
 nec potuit infimo nostro infimus fieri, per quē infimū no-
 strum in illud nomen, quod sup̄ omne nomen est, meruit
 exaltari, ut in nomine Iesu oē genu flectatur, cælestium, Phil. ii. B.
 terrestrium, & inferiorum, et omnis lingua confiteatur,
 quia Dominus Iesus Christus ī gloria est dei patris.
 Qui etiam illos tormentis est interminabilibus traditus error circa
sp̄m sc̄tum
 rus, qui sancti spiritus naturam à substātia patris filijq̄;
 discernunt, ut uel omnino cum p̄sonaliter esse non pu-
 tent, uel tanq̄ ministrum meriti prorsus inferioris existi-
 ment. Ipsi sibi sua professione contrarij, qui se uel in illo,
 qui omnino non est, uel in eo, qui Deus non est, credere
 confitentur. Vt enim pauca huius opis causa subijāam.
 Diatur, qd minus habet sp̄s sc̄tus, q̄ habet pater & fili-
 us: qui & initium creationis nostræ cum patre ac filio si-
 mul fecit, & effectū redēptionis nostræ cum patre simul
 filioq̄; perfecit. Cælum fecisse dicitur Deus, sed opante pa-
 tre simul & filius iueniatur cooperator & spiritus sanctus:
 Verbo

Ps. lxxv. b. Verbo enī Domini cæli firmati, & spū oris eius oīs uirtus
 corū. **Quid** patre uel filio minus habere creditur, &
Uiuificat quo uirtus oīs cælōrū firmata mōstratur? Vitā dare nul-
oēs tres. lus pōt, nisi q̄ substācialiter deus ē. Sicut aut̄ uiuificat pater,
 sic uiuificat filius, sic uiuificat spūs sanctus. Nam si
1i. cor. iij. b. aut pater suscitāt mortuos & uiuificat, sic & filius, quos
 uult, uiuificat. Et de spū Apostolus diāt: Litera occidit,
 spūs aut̄ uiuificat. Idē rursus: Si aut̄ spūs eius, q̄ suscitauit
 Iesum à mortuis, habitat ī uobis, qui suscitauit Iesum
Regenerat Christiū à mortuis, uiuificauit & mortalia corpa uestra,
 propter inhabitantem spiritū eius in uobis. Regenerat
 pater, regenerat filius, regenerat spiritus sanctus: quia
 cū Baptisma datur ī noīe patris et filij & spiritus sancti,
 ex eo unusq̄sq; regeneratur, ī cuius noīe baptizatur. Cū
 ergo ī noīe Trinitatis datur Baptisma, simul tota Trinitas
 regenerat, quæ unus & solus est Deus. Propterea
Una charitas trium. de fidelibus Ioēs diāt: Qui nō ex sanguinibus, neq; ex
 uolūtate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati
 sunt. Est in nobis charitas patris, q̄ diāt Paulus: Cōmēdat aut̄ suā
 charitatē Deus ī nobis, quoniā si, cū adhuc peccatōres
 effemus, Christi pro nobis mortuus ē, multo igitur magis
 iustificati nūc ī sanguine ipsius salui erimus ab ira p̄ ipsum.
Ro. viij. b. Est ī nobis charitas christi, dicēte Aposto-
 lo: Quis nos separabit à charitate Christi: ut īpleamini
 in oēm plenitudinē Dei. Eadē ē in nobis etiā charitas Spi-
 ritus sancti, de qua Paulus diāt: Obsecro igitur uos fratres,
1bi. xv. b. p̄ Dominū nostrū Iesum Christū, & p̄ charitatē spi-
 ritus. Et alio loco: Charitas Dei diffusa ē in cordibus
 nostris,

stris, p̄ sp̄m̄ sanctū q̄ datus est nobis. Et denuo diāt: Fru-
 ctus aut̄ sp̄s est charitas, gaudiū, pax. Habitat in no- **Habitant**
 bis pater, habitat filius, habitat spiritus sanctus. Quia **in nobis**
 scriptū est: Inhabitabo in illis & inambulabo. De filio
 quoq; diāt Apostolus: In iōriore homine habitare Chri-
 stum per fidē in cordibus uestris. Spiritum quoq; sanctū
 his uerbis in nobis habitare confirmat: Nescitis, quia tē **Ephe. iij. C**
 plū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Et ut ostē-
 deret, eundē esse spiritū Dei, qui spiritus sanctus est, Ti-
 mothēcū sic ammonet, diāns: Bonum depositum custodi p̄
 spiritum sanctum qui habitat in nobis. Dat gratiam **Dat gratiā**
 pater, dat gratiam filius, dat gratiam spiritus sanctus.
 Sicut prādicator ueritatis, Christo in se loquēte, testatur:
 Gratia uobis & pax à deo patre nostro, et domino Iesu **Actu. x. 6.**
 Christo. De sp̄u quoq; sancto scriptū est in Actibus Apo-
 stolorū, cū Petrus ad docendū Cornelīū ab ipso sp̄u mit-
 teretur: Loquēte aut̄ Petro uerba hæc, cādit spiritus san-
 ctus sup̄ oēs, q̄ audiebāt uerbū, & obliu puerūt ex arcū **Actu. x. 6.**
 cōsione fideles, qui uenerant cū Petro, quia & in nationes
 gratia sp̄s sancti effusa est. Sumus tēplū patris, su- **Non tēplū**
 mus tēplum filii, sumus tēplū sp̄s sancti, sicut Paulo **Trinitatis**
 doctore didicimus, qui ait: Vos enī estis tēplū Dei ui-
 ui. Et alio loco: Si quis aut̄ tēplū dei uiolauerit, dispa-
 det illū Deus, Tēplū enī Dei sanctū est, quod estis uos.
 Filij quoq; tēplū sumus, cuius domus sumus. Nā & ipse **Joan. ij. C.**
 filius templum domum uocauit, diānte Euangelista: As-
 cendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendē
 tes boues et oues, & cætera. Quos cum de templo protē-
 nus

- nus eicasset, uēdētibus columbas dixit: Auferte ista hīc,
 et nolite facere domum patris mei domum negotiatiōis.
 Similiter David id esse templum dei quod damum ī Psal-
 mis ostēdit, dicens: Ego autem in multitudine misericordi-
 e tue introibo in domum tuam, adorabo ad templum
 sanctum in timore tuo. Cum hoc ergo sit templum Dei,
 quod domus Dei, templum nos filij demonstrat Aposto-
 lus, cuius nos domū, ita scribens Hebræis, appellat: Chri-
 stus autē tāq̄ filius ī domo sua, quæ domus nos sumus, fidu-
 ciam et gloriā spei usq; ad finem firmā retineamus. Nā
 et ipsum corpus filij et domū scriptura sancta nomina-
 uit et templum, cum diāt Salomon: Sapiētia edificauit
 sibi domum: Et Euangelista huic sensui concordans ait:
 Ipse autem diabat de templo corporis sui. Si ergo quod
 corpus est Christi, templum est Christi, nos quoq; tem-
 plū eius sumus, quos corpus eius esse confirmat Aposto-
 lus, dicens: Vos estis corpus Christi et membra. Tem-
 plum etiam spiritus sancti nos eē manifeste commēdat:
 Nescitis, inquit, quia membra uestra templum est spiri-
 tus sancti, qui in uobis est, quē habetis à Deo? Vbi eū
 Deum quoq; monstrauit, ista subijācēs: Et nō estis uestri,
 empti enim estis prætio magno, glorificate et portate De-
 um in corpore uestro. Hoc tamen templū spiritus sancti,
 membra Christi esse testatur, dicens: Nescitis, quia corpo-
 ra uestra membra Christi sunt? Dicatur igitur, si celorū
 uirtutem potuit firmare qui non est deus: si potest uiuifi-
 care, qui non est Deus: si potest in Baptismatis regenera-
 tione sanctificare, qui non est Deus: si potest charitatem
 tribuere,

Vere igit
 deus spiritus
 sanctus / vii
 per. Epilo-
 gū hīc colli-
 gitur.

tribuere, qui non est Deus: si potest in credentibus habitare, qui non est Deus: si potest gratiam dare, qui non est Deus: si potest templum membra Christi habere, qui non est Deus: Et digne Spiritus sanctus negabitur Deus. Rursus dicatur: Si ea, que de Spiritu sancto commemorata sunt, potest aliqua creatura facere: & digne Spiritus sanctus dicetur creatura. Si autem hæc Creaturæ possibilis nunquam fuerunt, & inveniuntur in Spiritu sancto, que tamen soli competunt Deo, non debemus naturaliter diuersum à patre filioq; dicere, quem in operum potentia diuersum non possumus inuenire. Ac sic ex unitate operis unitas est cognoscenda uirtutis, nec quisquam dubitet Patrem & Filium & Spiritum sanctum, personarum Trinitate seruata, unum Deum naturaliter dicere, qui potuit uniuersa sola uoluntate condere, qui cuncta potest uirtutis omnipotentia gubernare, qui omnia potest immensitate diuinitatis implere. Hæc ut Dominus dedit, Clementissime Rex, malui tuæ pietati scribere, quàm omnimodis reticere, ne silendo, aut æstimarer superbus, aut de fidelis nostræ ueritate putarer ambiguus. Cum ecclesiam Catholicam solam CHRISTVS columbam suam uoluerit appellari, dicens: Vna est columba mea, una est dilecta mea. In quo columbæ nomine charitas & simplicitas designatur. Sola autem ueram possidet charitatem, que Filium Dei, quem diligit, non dicit in diuinitate minorem, sed patri fatetur æqualem.

Una natura in tribus personis.

Peroratio ad Regem Trasimundum Arricum.

Can. vi. C.

s Sola

265 AD TRASIMVNDVM REGEM

Sola uerò possidet ueritatem simplicitatis, quæ unam, ueram, & simplicem credit substantiam Trinitatis. Oramus autem Deum, ut aures clementiæ tuæ uerbo ueritatis placidus reddat, & pio cordi tuo lumen sapientie spiritalis infundat, ut filium Dei Deum Dominum IESVM CHRISTVM sic honorifices, sicut honorificas patrem. Meretur enim hoc à te, ut eum qui te fecit patre tuo meliorem, patri suo secundum diuinam naturam fatearis æqualem. Quæso gloriose rex, ut in te consideres largitatem diuini muneris, & potestatem non minuas largitoris, ut qui tibi temporale donauit regnum, donet etiam sempiternum.

1. Re. 11. 2

Ipsè enim dicit: Eos qui me glorificant, glorificabo. Quod ipsa Trinitas faciat, quæ unus & uerus est Deus, qui potest omnia facere, supra quàm petimus aut intelligimus. Ex ipso enim & per ipsum sunt omnia, ipsè gloria in secula seculorum. AMEN.

Finis trium librorum B. Fulgentij, contra Arianos, ad Trasimundum Regem.

B. F. V. L. G. E. N. 268

TII EPISTOLA PRIMA, DE CONIVGALI DEBITO, ET VOTO CONTINENTIAE A CONIVGIBVS EMISSO.



PISTOLAM TV = *Excusatio dilare re sponsionis.*
am, sanctæ solitudinis in diam, ante aliquot menses accipies, cum persolvere cuperē sine dilatione respō sum, sic sum repemina corporis ægritudine correptus, ut febrium uolenta nimietas commeatum mihi uitæ præsentis auferret,

nisi uerus animarum corporumq; medicus (qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu uitam nostram) ad remouendum tantæ infirmitatis flagellum, dignaretur mediæ suæ largiri subsidiū: recepta quoq; sospitate, non defuit quidem rescribendi uoluntas, sed ad dirigendum obstitit hyemalis asperitas. Nunc itaq; quia creator & moderator temporum, temperiē dignatus est donare uentorum, consultationi tuæ, quod miseratione atq; inspiratione superni largitoris accipi, redhibere non destiti. Diâ itaq; filiam nostram, coniugem tuam, penē usq; ad extremum nup̄ ægrotasse periculū. & sicut plerunq; contingit, accepta manus impositione, poenitentiam secundum morem (quem habet Christiana

psal. cii. 21.

Tenor in terrogationis super cōtinentiâ v. 2010.

5 2 religio)

religio) peregrisse. Verum, quia postmodum diuinæ boni-
 tatis munere plenam accepit corporis sospitatem, fragili-
 tatem carnis allegans, ætatis insup iuuenilis inconiuncta-
 tiam confiteris. Et in hac ambiguitate cogitationis, qua
 carnem consideras, maiestatemq; formidas, uelut naua
 locorum ignarius, & fluctibus uentisq; iactatus, dum pe-
 riculorum incerta præcaues, nostra tibi responsione de-
 monstrari flagitas portum, ubi possis animæ uitare nau-
 fragium. Tenor ergo interrogationis tuæ duo quedam
 me compellit non segniter consideranda p̄sare, scilicet,
 non solum quid in se coniugalis ammixtionis qualitas
 habeat, sed etiã, quid i unaquaq; re polliatatio uouentis
 exposcat. Igitur si per seipsam quis fidelium coniugum
 commixtionem, duæ ratione, consideret, culpabilis usus
 non in coniugali concubitu, sed in concumbentium reperi-
 tur excessu. Neq; ex commixtione maris & sœminæ, sed
 ex immoderatione libidinis culpam trahit coitus cõiuga-
 lis. In cõiugibus ergo excessus iure reprehẽditur, nuptia
 lis tamen dignitas collati sibi diuinitus honoris munere
 non priuatur. Ideo clamat apostolicæ predicationis au-
 thoritas: Honorabile connubium in omnibus, & thorus
 immaculatus. Corinthios quoq; super matrimonij hone-
 state seruãda Paulus informans, cum præmisisset, bonũ
 homini mulierem non tangere, quorundam infirmitatẽ
 uidens, atq; Apostolica satagens charitate, tanquam pa-
 ricti inclinato, et maceriæ impulse, non neglexit Doctor
 egregius consolationis destinam, Christo in se loquente,
 supponere. Deniq; subsequenter adiungit: Propter for-
 tificationes

Cõmixtio
 coniugalis
 in se mala
 non est, sed
 excessus.

Web. xiiij. B

nicationes autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquęq; suum uirum habeat. Vxori uir debitum reddit, similiter autē uxor uiro. Apostolicę itaq; lectōnis tenor ostendit, uxorem uiro, & uirum uxori quidam debiti communionē misceri. Quod proculdubio non appellaret Apostolus debitum, nisi legitime sciret esse reddendum, nec iuberet reddendum mutue consensionis officium, si esset iniqua repositio exactio. Usq; adeo namq; nuptias operi diuino applicare nō ambigit genium Doctor, ut & mulieris in corpore uiri, & in uxoris corpore uiri potestatem æquali prorsus iure cōfirmet, dicens: Mulier sui corporis potestatem non habeat, sed uir, Si-militer autem & uir sui corporis potestatem nō habeat, sed mulier. Alio autem loco idem dicit: Quia non est potestas nisi à Deo. Huius igitur potestatis inculpabilis est usus, officio cognēdi diuinitus attributus, si iustitię terminum transgredi libidinosus non permittatur excessus.

Debitum
cōiugale.

Uir non ha-
bet potesta-
tē corporis
sui/nec mu-
lier.

Ro. xii. 13.

Iustitiā
utēdi cōiu-
gij propter
prolē libidī-
nē tolerat.

Iustitiā uerò utendi coniugij hæc est, ut non explendæ libidinis, sed substituendæ prolis obtentu sibi coniuges congruo tempore miscantur. In illis namq; bonis quę se-
at Deus, inuenitur casta copulatio uxoris et uiri, in quibus Dei operibus libido non potest inueniri: nec aliquando iustitię congruit, quę non hoībus ex dono conditionis, sed peccatoribus ex uitio primę pręuersionis accessit. Sed quia sine illa in corpore mortis huius proles humana non feritur, non eam affectant coniugia casta, sed tolerant, eiq; imponit nuptialis honestas modum, sine qua nō potest in carne peccati naturalis explere fecunditatis

officiū . Sic ergo quæri debet ex nuptijs fructus, ut cohibendus sit lubricæ uoluptatis exæssus. Quocirca, si cōiugalis usus eatenus temperetur, ut nō æstuari libidini animus seruiat, sed prouentū nascaturæ prolis attēdat, & cum nata fuerit, diluendam ælerius spiritali generatione non negligat, nō deputatur fidelibus coniugibus ad peccatum, carnis indulta commixtio, quia & coniugalis seruat confœderatio castitatem, & uerecundia custodit modesta temperiē, & Deo dicendam coniugalis exhibet fœcunditas prolem, ut & redemptoris ope homo iam natus reformetur baptismatis Sacramento, cuius opere prius formatur in utero: & illum habeat humana natura beneficio scunde natiuitatis patrem, quem in prima natiuitate suæ conditionis agnoscat auctorem. Coniugatus ergo si fornicatur, damnabiliter peccat: si uerò thori fidē non deserat, sed in uxore sua naturali duntaxat usu aliquantulum intemperatus excedat, non solum saluet generationem quærens, sed aliquando libidini carnis obediens, hoc equidem sine culpa non faat: talis autem culpa citius bene operanti atque oranti remittitur, quia ipsi coniugi seruat maritalis charitas fidem, in qua non potest maritalis infirmitas custodire temperiem: & si nuptialis in uxore modestia non tenetur, à nuptiali tamen fide nulla immoderatione disceditur. Retenta ergo Thori fides maculam diluit, quam contrahit infirmitas carnis, si mulieri non miscatur alteri, quisquis non pro sola generatione, sed etiam propter fragilitatem carnis suæ miscatur uxori. Quia & si præfixum concubendi modum

Carnalis
cōmixtio cō
iugis potest
esse sine cul
pa.

Libido con
iugalis, ob
fidem thori
seruatā di
latur.

modum transit, tamen coniugalē terminum non excedit. Et licet contrahat carnalis infirmitas culpam, impetrat tamen nuptialis integritas ueniam. Accipit ergo talis indulgentiam, non pro eo quod ab una debitum coniugale plus quàm oporteat exigit, sed quia una legitima accepta contentus, alteram non requirit. Si tamen non desunt misericordiæ opera, quæ tantum ualent in religione Christiana, ut non solum qui coniugijs utuntur, aut qui continentés sunt, sed etiã uirgines ad premium uirginitatis peruenire non possint, si opa misericordiæ charitatiq; neglexerint. Si uerò quis inteneus operibus bonis, tantam seruauerit in uxore temperiẽ, ut filiorũ procreãdorum causa tantũmodo misceatur uxori, multa laude talis est proculdubio dignus, si quis hoc nostris potest implere temporibus. Fornicatio tamen nunquam potest esse sine graui crimine, in qua licet nõ dubitemus damnabiliter peccare hominem ab uxore disiunctum, dãnabilius tamẽ fornicari existimo coniugatũ, Vtrumq; autem scriptura sancta iudicandum, & regno Dei pronũciat alienum. Scriptum nanq; est in epistola ad Hebræos: Quia fornicatores & adulteros iudicauit Deus. Et in epistola, quam ad Corinthios scripsit Apostolus, dicitur: Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruietes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum cõubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; malediã, neq; rapaces regnũ Dei possidebunt. Rursus inter opa carnis idem Apostolus Paulus fornicationem, immunditiam, luxuriãq; dinumerat, in quorum conclusione

Omnia fornicatio dãnabilis/peccatum in cõiugio.

Sal. v. C.

s 4 diat:

II. Cor. xij, *diat: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Præmonet etiam ne lugeat multos ex his qui ante peccauerunt, ut non egerunt penitentiam super immunditiam & fornicatione & impudicitia quã gesserunt. Igitur quia de qualitate cõiugij, quod Dominus donauit, diximus, illud est consequenter tota sollicitudine pertractandum, quidnam uestre uoluntatis præfixerit (si quæ nunc potuit esse) deuotio. Neq; enim quia rebus à Deo concessis usus hominibus non interdicitur, ideo debet homo quod uouerit Deo non reddere. Cum scriptum sit: Reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et ne quisquam sibi uellet excusationem tribulationis ad frustrandæ licentiam promissionis assumere, nec se putaret uoti reum, si se dixisset aliquid uouendũ nõ uoluntate sed tribulatione compulsus, docens beatus Dauid oĩa esse Deo reddenda, quæ fuerint legitime duntaxat etiã in tribulatione promissa, cum dixisset Deo: Reddã tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea: continuo subdidit: Et loquutum est os meum in tribulatione mea. Nam &*

Nota Deo reddenda / absq; excusatione.

Deu. xxiij, *in Deuteronomio scriptum est: Si autem uoueris uotum domino Deo tuo, non tardabis reddere illud, quia exquires exquiret Dominus Deus à te, et erit in te peccatũ. Si autem nolueris uouere, non erit in te peccatum. Quæ exeunt per labia tua custodies, & facies quemadmodum uoueris Deo tuo uotum, quod loquutus es ore tuo. Diat & Salomon: Statim ut uoueris uotum Domino, non tardabis reddere illud. Tu itaque quæ uoueris redde. Bonum est non uouere, quàm uouisse & non soluere.*

Proinde

Proinde licitarum rerum usus licite cum temperantia geritur, donec rei licite renuntiatio non mouetur, & quamdiu non tenetur ex utriusq; id est, ex mariti uxorisq; consensu, perpetua continentie promissio, non est illicita conjugalis ammixtio. Scriptum est enim: Si duxeris uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Veruntamen non peccat uirgo quæ nubit, inuenitur aliqua uirgo peccare si nupserit. Non enim peccat uirgo nubens, si uirginitatem Deo priusquam nuberet in corde non uouit. Cæterum si, quemadmodum dixit Apostolus, statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginitatem suam, grauius postmodum peccat, si post dictam uirginitatem Deo, uoluerit humano seruire connubio. Nam & uiduas quasdam beatus Paulus uinulo pronuntiat damnationis obstrictas, quia scilicet post continentie professionem, nubendi receptam non abijciunt uoluntatem. De quibus euitandis Timotheum sic instruit. Adulescentiores autem uiduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Adimit igitur concumbendi licentiam continentie promissio, nec sola talibus fornicatio interdicitur, sed etiam maritalis ammixtio perhibetur, & præuariatricem uoluntatem tenet culpabilis nexus, etiam si nullus in opere consequatur effectus. Neq; enim frustra scriptum est: Quia concupiscentia cum concæperit, parit peccatum. Quocirca non solum à uirginibus inter-

An uotū ca-
stitatis in
conugio si-
licitum

In uirgini-
b' uotū ob-
ligat.

Similiter
in uiduis

1. Tim. v. b.

s s gritis,

Quō tenet
votū in cōu
8107

gritas, uerum etiam à uideis atq; coniugibus debet deo
dicata continentia cum timore & tremore seruari. Quia
priusquā sit aliquis uoti reus, nō condēnatur, siue uirgo
liate nubat, siue maritus & uxor coniugale sibi debitum
reddant: Postq̄ uerò quisq; meliora conseruans, professi
one seipsum continentie siue integritatis obstrinxerit,
grauissime delinquit, si sibi deinceps liare putat, quod
ante liatum fuerat. In talibus quippe rebus, quod uo
uens Deo sibi adimit uoluntas, nulla deinceps impune
permittit usurpare necessitas, nec temerator uoti excu
sationem iustam suae prauaricationis inueniet, quē ne
mo compulit ut uoueret. Est plane aliquid disarmen
dum, inter uotum uirginis aut uidue, & inter uotū corū

Nō ē cōiug
b^o licētia uo
uēdi sicut so
luris / quia
corporis sui
prātem non
habent

qui tenētur uincolo cōiugali. Nec enī tāta est uouēdi li
centia uel libertas uiro siue mulieri, potestātē sui corpo
ris nō habēti, quāta est uidue cuilibet aut uirgini. Cōiu
gato enī uel iugatē corporalis continētie uouēde facultas
plena non suppetit, cuius corpus nō in sua, sed in coniu
gis potestate consistit, secundū illud Apostoli dictū, quod
supra posuimus: Mulier sui corporis potestatem non ha
bet, sed uir: similiter autem & uir sui corporis potesta
tē nō habet, sed mulier. Non itaq; finitur absq; coniugis
uoluntate continentia assumere, cuius corpus non est in
propria potestate. Hoc enim quisq; recta & firma deuot
iōe solus promittit, quod sui tantū iuris eē cognouerit.
Tale est enim, ut uelit quisq; corporis sui, quod est in cō
iugis potestate, continentia profiteri, quale, si quis de al
terius substantia aut elemosynā facere, aut sacrificiū co
nctur

netur offerre. Deus aut noster (sicut ipse testatur) diligit iustitiã, & odio habet rapinã in holocausto. Illa itaq; inter coniuges est continentie ærta promissio, quæ fuerit utriusq; cõsensuõ firmata. Quã cũ uir & mulier sibi cõsentiẽtes concordie uoluntate, tanquam sacrificiũ in odorem suauitatis, super altare fidei Deo uero ac summo in tẽplo sui cordis obtulerint, nec mulier ulterius in uiri, nec uir in mulieris corpore, ad reposcendum debitũ coniugale potest habere legitimã potestatiẽ. Sicut enĩ, priusq; deo simul uouerẽt, reprehensibilis fuit unius oblatio, quã legitimi cõsortis deerat ad sensus: ita cũ pari obtulerit uterq; cõsensu, quod est inseparabiliter utriusq; cõmune, nõ erit impunitus, si quis munus, deo uoluntaria deuotiõ oblatũ, illiãto crediderit ope temerandũ. Quod si forte quis non toto aĩo uouisse causetur, eo magis dãnabilis erit, q̃ non simplex ad deũ, sed fictus accessit. Scriptũ est autem: Quia spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Alio quoq; loco fictos sancta scriptura sic increpat: Vedu plia corde, & labijs sceleratis, & manibus malefactoribus, & peccatori ingrediẽti terrã duabus uijs. Quãm sit aut malũ, quãq; soliate effugiẽdũ, si quis de hoc quod deo uouerit, aut retinere aut repetere aliqd, mortifera prauariatiõ p̃tentet, Exẽplo sunt Ananias & Saphira, quos de præcio agri quãdã partẽ ifideliter subtrahẽtes, nõ solum uox Apostolica, tanq̃ diuini iuris puasores increpuit, sed etiã seueritas iustitiæ cælestis occidit. Beatus deniq; Petrus nõ solũ fraudis uitio memoratũ ananiã dixit

voti cõtinẽ
tie obliget
si fiat cõsen
su utriusq;
cõiugis.

Uoti ex fi
ctiõ obligat:
er dãnã
bile est

De voto nõ
hil licet re
tinere aut
repetere.

dixit obnoxium, quinetiam cor eius à Sathana pronun-
ciavit impletum, dicens: Anania, cur impleuit Sathanas
cor tuum, mentiri te spiritui sancto, ut fraudares de præ-
cæo agri? Nonne manēs tibi manebat, & uenundatum in-
tus erat potestate? Qui utiq; fecisti hoc, non hominibus
mentitus es, sed deo. Si quis igitur rem domino iam deuo-
tam, carnali uictus inlecebra, crediderit denuo reposcen-
dam, non est legitimus rei suæ possessor, sed diuini iuris
pronunciatur inuisor. Nec immerito continentie iam de-
uotæ uiolator imundus audit, quod avarus pecuniæ frau-
dator audiuit. Proinde cuncta quæ superius disputa-
ta sunt, consensientia uobis testimonium perhibente, perpē-
dite. Et siquidem continentiam pari uouistis assensu, te-
norem uestræ dilectionis cum dei timore seruate. Et si-
quando carnis infirmitas mentem pulsat, animus ad au-
xilium diuinæ miserationis accurrat, nec cedat libidini,
sed deum tota humilitate fidelis exoret, & carnali deside-
rio militanti aduersus animam non consentiat, sed repu-
gnet. Si uerò continentiam unus uestrum sine alterius uo-
uit assensu, temerarie se uouisse cognoscat, & debitum con-
iugale synœritate redhibeat. Veruntamen, ut omnia
uestra honeste fiant, in redditione coniugalis debiti, sic in-
firmitatem carnis usus exapiat coniugalis, ut non caro li-
bidini seruiat, sed animi uirtus adiuta diuinitus, carnalis
concupiscentiæ frenas restringat. Negotium nanq; substitu-
endæ prolis ita debet à coniugibus peragi, ut subserviē-
te uerecundia, dum se ad opus fecunditatis animus fidelis
inclinat, modestiam simul naturalis honestatis Deo adiu-

Responsio ad
interrogatio-
nem ab initio
epistolæ.

Uerecundia
in actu con-
iugali seruā-
da

uante

liante custodiat. Præcipue autem obseruandum est fidelibus coniugibus, ut illa fugiant opera, quæ diuina seueritas & faciendæ prohibet, & facta condemnat. Hæc enim nec Apostolica doctrina fidelibus insinuare cõssauit, ut ad custodiendam uitæ bonæ regulam prudenter instrueret salubriterq; terreret. Magnum itaq; bonum est, mulierem non tangere, quod debet omnis fidelis prinæpaliter obseruare. Propter fornicationes tamen quisquis siue coniugatus, siue à coniugio liber, si continentiã deo non uouit, & seipsum ad implendam continentiã æternit inuolidum, quamuis ubi plena fuerit continendi uoluntas, & ab oratione atq; operibus bonis non destiterit uera cordis humilitas. Ille qui dixit: Petite & dabitur uobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis: quia ueritas est, & mentiri non potest, & bene petenti det, & querenti ad inuentiones suas præparet, & bene pulsanti ipse aperiat, ut ad penetralia uitæ melioris introcat. Tamen si quis adhuc plus est de sua infirmitate soliat, q̄ de Domini uirtute securus. si continentiã non uouit carnis, contineat ab iniquitate, & sicut dect utatur uxore, maliciã atq; auariciã fugiat, & non condemnatur, si coniugi debitũ reddat. Non sit ebriosus, non inuidus, non contentiosus, non fictus, non malignus, non litigiosus, non superbus, non rapax, non auarus. Quantum ad ipsum attinet, pacem habere cum omnibus querat, perniciã non teneat, nulli detrahat, cum amicos fidẽ teneat, inimicis nunq̄ perfidus aut periurus existat, aliena non rapiat, æquitati pecuniam non præponat, sit in

Cõtinentiã
 a Deo omni-
 bus expe-
 tenda.

Qui nequẽ
 cõtinere a
 carne / cõti-
 neat ab ini-
 quitate

Regimē fa-
milie.

negocijs iustus, in operibus pius, mitis ad tolerandas, tar-
dus ad retribuendas iniurias, in fide stabilis, amator casti-
tatis & pacis. Adtendat Saluatoris nostri dictū, quo no-
bis & quid faciāmus præcipit, & quid accipiamus osten-
dit. Ait enim: Dimittite & dimittetur uobis, date & dabi-
tur uobis. Sit ergo quantum potest in eleemosynis lar-
gus & hilaris, & ad dimittendum peccantibus facilis ac
suauis, nec tamen se putet ita peccantibus tribuere ueni-
am, ut disciplina suæ domus existimet negligendā, sed
uigoris retinens clementiæq; temperiem, seruet in corre-
ptione modestiam, & in remissione censuram. Arguat,
moneat, terreat, increpat, consoletur, oblectet. Nec tan-
tum faciat in subditis peccantibus, quantum impetus fu-
roris impellit, sed quantum modus consultationis expo-
sat. Et si uerberandus est pro peccato famulus, non ul-
sændi libido præualeat, sed æquitas Christiana potius il-
li clementer consulat quem flagellat: ac sic & quando in-
sistit persequitur culpam, non desit misericordia, quæ mo-
deste nouit tenuare uindictam. Nutriantur filij secundū
Apostoli præceptum, in disciplina & correptione domi-
ni, nec permittantur impudicæ aut luxuriose uiuere, cum
non lasciuie, sed castitati ac temperantiæ proles debeat
Christiana seruire. Neque enim & de malis operibus fi-
liorum non erit in illa terribili examinatione parentum
negligentia iudicanda: cū & in hoc seculo propterea Heli
sacerdos à domino reprobatus fuerit & abiectus, non
quia filijs in iniquitate consensit, sed quia peccantes
mansueti quamuis sermone mouerit, prohibere tra-
ment

Educatio
prole.

men competenti saueritate assault . Magis autem pa-
 rentes , qui uere diligunt filios , bene operando eis
 consulant , quàm diuitias colligendo : ne , dum filijs tea-
 raüter substantia colligitur , oportunitas boni operis
 onütatur . Præ omnibus autem fideles meminerint ^{Regla pro-}
 coniugati , semper orationibus atq; eleemosynis insi- ^{sect et per}
 stendum , nec uelint iugiter in ipsa carnis infirmitate ^{fectiõis in}
 iacere , sed festinent gradum uitæ potioris ascendere . ^{cõingio.}
 Et ut ad uirtutem continentie perueniat animus , ma-
 gis magisq; carnalis concupiscentiæ comprimatur ex-
 æsus . Ut dum deo adiuuante illum superauerint
 gradum , in quo coniugalis infirmitas ueniam
 postulat , æliorem possint laudabiliter
 obtinere , in quo continentie
 uirtus palmam uitæ me-
 lioris expectat .



B. FVLGEN.

TII EPISTOLA SECVNDA, AD GAL

LAM DE CONSOLATIONE

SVPER MORTE MA=

RITI, ET DE STA

TV VIDVA=

RVM.



Consolatio
Salle de
morte mari
ti iuuenis.



OMINAE VERE
inlustri, & in Christi timo
re uenerabili, filie Galle,
seruorum Christi famu=
lus. Ante menses aliquot
Diaconi mei, ex urbe me=
antis, certa narratione cõ=
peri, non solum tui coniugis
obitum, uerum etiam
sanctum propositi tui tra

mite m, in quo iã ambulas, illo deducẽte, qui est uia, ueri=
tas & uita, qui fidelibus suis nouit per momentaneã tri=
stitiã donum sempiternę largiri lætię, & quos uult
salubriter de terrenis ad cęlestia paternę benignitatis
dispensatione transferre. Neq; enim frustra Dominus (cu
ius incomprehensibilia iudicia, & inuestigabiles uias A=
postolus prædicat Paulus) coniugem tuam religione syn=
acta

Zans mari
ti defuncti.

œra fidelem, corde humilem, moribus mitem, operibus misericordem, conuersatione penitus innocentem, etate iuuenem, de peregrinatione huius uitæ ad æternam cælestis patriæ aleriter transtulit mansionem: nisi ut & illi gaudia æterna conferret, & tibi facultatem melius uiuendi concederet. Illi donauit ut corpore spoliatus, sit cum Christo sine fine uicturus: tibi donauit, ut quæ sunt Domini ageres, & seandum Apostoli sermonem, sis sancta & corpore & spiritu. Proinde, sine dubitatione crede, quod diuinitus dicitur: & cum dilectione spera, quod promittitur, ut possis benefacere quod iubetur.

Primo igitur de mariti morte per Apostolum Paulum, quid debes fideliter tenere, cognosce. Ait enim: Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Si ergo ueræ fidei tenaces sumus, si de sermonibus Dei nihil ambigimus, si ad futuram uitam spe certissima tendimus, si digne Deum proximúmque diligimus, si non ab hominibus inanem, sed à Deo ueram gloriam Christiani nominis expectamus, non debemus utique de fidelibus mortuis & (ut proprie dicam) de dormientibus nostris aliquam (sicut infideles) habere tristitiam. Salubris etenim noxiæque tristitiæ debet in nostro corde manere discretio, qua fit, ut nec de amissione solatij temporalis conadat animus æternis rebus deditus, & de his salubrem tristitiam sumat, in quibus se aut minus aliquid aut secus

Non debet Christiani de mortuis contristari / sicut ceteri qui spem non habent.

Duplex tristitia.

et quam

quàm oportuit fecisse considerat. Propter quod Paulus utranque tristitiam non minus opere docet, quàm retributionem discretam. Deniq; in una salutis prouentum, **11. Cor. vii.** in altera mortis positum demonstrat exitiũ, dicēs: **C** *Quæ enim secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutẽ stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Ne igitur ultra fidei Christianæ modum indiscretam teneas de mariti morte tristitiam, nec amissum existimes sed promissum, nec ipsius iuuentutem putes immature præsam, quã interminabili uides æternitate firmatam.*

Psal. cii. B *Fideli quippe animæ dicitur: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Absit autem ut infidelium consensientes erroribus æstimemus aut dicamus, quia illũ iuuenem Christianum abstulit atra dies, & funere mersit acerbò. Illos namque atra dies aufert, qui secundum Iohannis Apostoli dictum, in tenebris sunt, & in tenebris ambulant, & nesciunt ubi ambulant, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eorum. Illos abstulit atra dies, quos ipsa lux uehementer obiurgans: Hoc est autem, inquit, iudiciũ, quia lux in mundum uenit, et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, erant enim eorum mala opera. Tales sunt qui uiuunt, ut cum audierint uocẽ fili j dei, non ad uitam sed ad iudiciũ suscipiantur, dicente domino: Quia ueniet hora, quando omnes qui in mortis sunt, audient uocẽ eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui mala egerunt in resurrectionem iudicij. Et quia his nec breuis uita potest prodesse nec longa, consequenter de talibus in libro Sa-*

piencie

Abstulit
atra dies /
hoc Christi
anis nõ cõ-
uenit.

pientie dicitur: Et siquidem longe uita erunt, in nihi- Sa. iij. D.
 lum computabuntur, & sine honore erit nouissima se-
 nectus illorum. Et si acrius defuncti fuerint, non habe-
 bunt spem, nec in die magnitudinis alloquutionem, Dies ma-
gnitudinis
dies extre-
mi iudicij.
 Quae est autem dies magnitudinis, nisi dies in qua non iudican-
 dus sed iudicaturus ueniet Dominus? Nunc enim cum ue-
 nit ut pro nobis iudicaretur, non fuit dies magnitudinis
 sed minorationis, in qua minoratus est paulo minus ab
 angelis: tunc autem erit dies magnitudinis, quando se-
 cundum Iohannis attestationem, omnes mali abscondi
 cupient in cauernis montium, dicentes montibus et petris:
 Cadite super nos, & abscondite nos a conspectu patris
 sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniam uenit
 dies magnus irae illorum. Et quis poterit stare? In hac
 die magnitudinis, mali non habebunt alloquutionem,
 sed increpationem. Non enim audient: Venite benedicti Math. xxv.
D
 patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est a
 constitutione mundi: sed dicitur eis: Ite maledicti in ig-
 nem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.
 Tales igitur, quantumlibet longaeui moriantur, acerbis
 funere demerguntur, & quamuis aetas eorum matura
 uideatur in corpore, mortifera tamen mundi dilectio
 immatura mentis acerbitate retentat in corde. Bon^o Chri-
stianus, etsi
iuuenis/nō
tamē mergi-
tur funere
acervo.
 Christianus autem qui in timore Dei uixerit, quamuis fu-
 erit defunctus aetate corporis, non acerbis funere mer-
 gatur, sed placata Deo subnixus maturitate transfer-
 tur. Legimus namque in eodem Sapientiae libro: Quia
 senectus honorabilis est non diuturna, neque numero
 t 2 annorū

annorum computata. Cani sunt autē sensus hominis, & etas senectutis uita immaculata, quæ placita deo facta dilecta est. Deniq; in subsequētib; bene uiuentē quendā deoq; placitum, ob hoc raptū æleriter diat, ut nullā mutationē pferret maliāæ secularis, nec anima eius aliqua fuisset fictione decepta. Sic ergo diatur: Raptus est, ne maliāa mutaret illius intellectū, aut ne fictio deape = ret animam illius. Fasānatio autem nugātatis obscurat bona, & instantia concupiscentiæ transuertit sensum sine maliāa, consummatu autem in breui repleuit tempore longa. Placita enī erat deo anima illius, propter hoc properauit de media iniquitate illum educere. His nempe uerbis, sancta scriptura nos docet in hoc seculo Christianis fidelibus non uitam longam prodesse, sed bonā. Et ad cognoscendum, quantū possibile est, cuiuslibet defuncti meritum, non quantū uixerit, sed qualiter quisq; uixerit intuendum. Sicut enim uita mala, quanto magis fuerit temporaliter prolōgata, tanto magis delinquētib; multiplicat pœnā: sic uita bona, quamuis hic breui tempore terminata, magnam sempiternāq; conquirat bene uiuentibus gloriam. Vita igitur mala imaturos aetbōsq; senes demergit in Tartarū: uita uerō bona defunctos iuuenes maturos perduat ad regnum. Non ergo tristis, quod te ille præcesserit diebus pauas, sed esto soliatā, & sic uia mortalis huius uitæ perage, ut ad eternam uitam ualeas peruenire. Proinde Apostoliā te oportet indefinenter meminisse sermonis, quo ait: Mulier innupta & uirgo soliatā est quæ sunt domini, ut sit sancta

Non uitalō
ga prodest/
sed bona.

sancta & corpore & spiritu. Innuptam hic uiduam dicitur, non quia omnino non nupsit, sed quia uiro mortuo soluta fuerit uinulo nuptiali. De qua alio loco dicitur: Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Hanc ergo sanctam iubet esse & corpore & spiritu. Quid autem aliud est, corpore & spiritu sancta esse, nisi quod sanctum est, & in opere & in cogitatione seruire? Etenim quæ mundi sunt, illa cogitare permittitur, quæ corporali uincta cōnubio detinetur, eodem Apostolo dicente: Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Illic est ergo mundanæ cogitationis subeunda necessitas, ubi mortalis caro marito carnaliter nubit. Et quia illos ipsa carnis necessitas durioribus uinulis tenet innoxos, propter hoc de illis Apostolus dicit: Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Mulier ergo innupta, id est, uidua, cui præcipitur, ut sit sancta & corpore & spiritu, sicut corpore desistit marito seruire, sic non debet corde carnalia cogitare. Sancta quidem sunt Christianorum coniuges, quia & coniugalis ibi castitas custoditur in corpore, & puritas fidei seruat in corde. Nam et Apostolica dicit auctoritas: Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Non est ergo connubium ex colluione peccati, sed institutione Dei, & in eo quod sibi coniuges inuicem carnis debitum reddunt, in quantum id modeste faciunt, Christi præcepta custodiunt, quia nullatenus à coniugali charitate & castitate discedunt. Execratur autem adulterinos concubitus castitas coniugalis, & honestatis uerecundia tenax, ab una unus, &

Ut sancta sit et corpore et spiritu uidua.

Ro. vii. 2

Sancta Christianorum coniugia.

t 3 ab uno

ab uno una expetit, quod uterq; se uni tantum legitime debere cognoscat. Illic equidem carnis debitum redditur uiro, conjugalis autem castitas magis debetur Christo q̄ uiro: q̄a et corpus tunc uere castū est, quod fornicatione carnali nō polluitur, quādo spiritalis integritas Christi timore ac dilectione seruetur. Attamen à muliere nupta mulier innupta & uirgo non parua gradus dignitate discernitur, quandoquidē nupta cogitationibus mūdānis tenetur obstricta, mulier autē inupta & uirgo carnalibus tribulationibus non subijatur, quia carnalis matrimonij uincolo nō tenetur. Vbi certior est corporalis atq; spiritalis continentiae libertas, quia nulla est ex conjugali seruitute necessitas. Vtrunq; igitur donum Dei est, & conjugalis pudicitia, & continentia uidualis. Vnusquisq; enī proprium habet donum ex Deo, & illud quidē, quantum in se est, laudabile, quia bonum: hoc autem laudabilius, quia melius. Coniugali namq; seruitute turpitudine uinatur fornicationis, uiduali uerò libertate crescat dignitas castitatis. Illic fides consulit infirmitati, ne cadat in uitium: hic se fidelis animus ad uirtutis extendit augmentum.

1. Cor. vii. a

3bidem. b.

De conjugatis enim dicitur: Propter fornicationes autem unusquisq; suam uxorem habeat, et unaquaeq; suum uirum habeat. De uidua uerò dicitur: Beatior autē erit, si sic permanserit. Beata ergo quae inlicitum concubitum turpitudinis horrore non appetit, sed beatior quae licitum maiore puritatis amore contemnit. Beata quae alligata uiro sic uiuit, ut soli uiro carnis suae debitum reddat: sed beatior, quae soluta sic permanet innupta, ne debeat.

in

in eo q̄ ex cōiugata facta es uidua , donum Dei auctum tibi magis existima, nō ablatum. Neq; enim te deseruit, qui tibi sequendā uiam uitæ melioris ostēdit. Gradibus te uoluit Dominus ad meliora conscendere , ut primitus cōiugata cum uno uiro fideliter uiueres , quo postmodū sine difficultate absq; uiro uidua permaneres . Ad hoc igitur animum tuum diuina gratia coniugali castitate nutrit, ut quæ didiceras , illo uno uiuente , alterum non querere, disces ab omni uiro uidua continere. Noli ergo negligere gratiam quæ in te est. Et tu enim nosti, quanto melius sit iugiter à concubitu continere, quàm uel pro cōiugali necessitate concumbere. Maritus qui tibi datus fuerat ad tempus, discessit in tempore, datus enim tibi fuerat non ad patriæ beatitudinem, sed ad itineris cōsolationem . Alia quippe sunt Dei dona, quæ Deus ita suis largitur fidelibus in præseni tempore , ut eorū usum in hac tantū uita necessarius habeatur, quo futura uitæ meritum cōparetur, sicut est credulitas, rectam uitā tenens, et operatio iustitiæ misericordiāq; custodiens, ut fides recta nō deseratur charitatis auxilio, quæ in operatione cognoscatur , propter quod Apostolus eam fidē probat, quæ per dilectionē opatur . Recta igitur fides & misericors opatio post hanc uitā desinent, cum p̄specā uidebitur, quod nunc cum creditur non uidetur. Nec inter beatos erit aliquis miser, cui misericordia prærogetur. Hæc aut̄ duo, id est, fides et opatio, ita post huius uitæ finem non sunt necessaria, ut ante finē nō sint ullatenus deserenda . Quisquis enim ante finē uitæ præsentis à fide recta

Consolatio
uidue.

Sal. v. 3.

Fides et opatio misericors in hac uita necessaria / in patria non erunt

t 4 siue

siue bona operatione discesserit, etiam si in his antea strenue uigilauerit; auarrit, pro eo quod ab itinere recto desistit, perdit meritum totius itineris quod auarrit. Item sunt alia, quae sic hominibus in hoc tempore pietas diuina largitur, ut non solum in hac uita cum hominibus debeant continua, uerumetiam crescant in retributione diuina: sicut est peccatorum mundatio, ueritatis agnitio, Dei proximitas; dilectio. Hec enim si quis in hoc tempore perseueranter in se custodierit, et diuino munere proficiendo augere curauerit inchoata, in futuro habebit aeterna secum perfectione mansura. Tunc enim perfecta mundatio perfectam cognitionem ueritatis accipiet, et perfecta cognitio nihil in nobis perfectae charitatis deesse permittet. Alia uero sunt, quae sic a Deo temporaliter donantur, ut temporaliter auferantur, sicut est copulatio coniugum, procreatio filiorum, abundantia diuitiarum, incolumitas corporum, et si qua similia, quae per se nec miseros homines possunt facere, nec beatos. Ideo haec et bonis et malis a Domino dantur, et nonnunquam bonis malisque diuinitus auferuntur. Beatus fuit Iob, cum in diuitijs iuste uiueret: sed beator, cum in paupertate iustior extitisset. Beatus fuit cum decem arundaretur filijs: sed beator, cum unum cunctorum simul orbitate passus, in Dei dilectione permansit immobilis. Beatus etiam fuit in corporis sospitate: sed beator est factus in uulnere. Beator etiam in acrio squalloribus pleno, quam in palatio marmoribus adornato. Attende etiam duos, unum in diuitijs et sanitate miserum, alterum in egestate et uulnere multum beatum.

Diucs

Aliqua temporaliter et dantur / et auferuntur a Deo.

Exemplum Iob.

Diues ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, q̄ inanis fuit in illis epulis, q̄ pauper in multitudine diuitiarum, quàm nudus in puritudine uestiũ, q̄ infirmus in sanitate corporis, q̄ famelicus in saturitate uentris, q̄ miser in gaudijs, q̄ desolatus inter amicorum conloquia, q̄ deiectus inter obsequia seruuorum. Attende quoq; Lazarum in paupertate diuitem, in miseria beatum, in infœliãtate fœliã, in uulneribus sanum, & quidem sine domo, sed non sine domino: sine ueste, sed nõ sine fide: sine bona ualetudine corporis, sed non sine robore charitatis: sine cibo, sed nõ sine Christo: cibibus expositũ, sed soãum angelorum, qui non accipiebat de miã quæ cadebant de mensa diuitis, sed caelestem panem uisceribus ructabat internis. Hæc sunt igitur quæ nonnunquam bene habentur, nonnunq̄ male: nonnunq̄ bene contemnuntur, nonnunq̄ male. Bene quippe habentur, cum in eorum usu timor Dei seruatur. Bene autem contemnuntur, cum in eorũ contẽptu à summo deo gloria, non ab hominibus queritur. Tales sunt etiã nuptiæ, quæ & bene suscipi possunt, & bene contẽni. Quæ bene nuptiarũ opus in castitate coniugali Susanna seruauit: q̄ melius in continentia uiduali Iudith atq; Anna contempsit: q̄ optime in integritate uirginali Maria instituit? Non est igitur inter præcipua Dei dona coniugum æstimandum, licet non negetur donum esse diuinum. Nec est dicendum, beatitudinis munus, quod cum bono possit proposito teneri, potest etiam proposito meliore contemni. Nam si hoc inter præcipua Dei dona æstimari oportet

Luce. xvi. c
Diues et
Lazarus: hic
beatus, ille
miser.

Bona tẽpo-
ralia et be-
ne et male
habent parti-
ter et contẽ-
nunt.

Mat. xix. 6

Nostra cu-
 ra nō tēpo-
 ralibus sed
 eternis de-
 bet intēde-
 re.

teret, non ore Saluatoris nostri laudarentur, q̄ seip̄os cō-
 strauerunt propter regnū calorū, nec pro se patrē, ma-
 trē, fratres, sorores, uxore, filios, agros, reliqui Salua-
 tor ipse cum centupla retributionis & uitæ eternæ pro-
 missione iussisset, dicens: Omnis qui reliquerit domum,
 uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut
 uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, cen-
 tuplum accipiet, & uitam eternam possidebit. Hoc autē
 dicens Christus, non diuortium fieri iussit, sed iusta di-
 scretione, quamuis Dei munera, tamen temporalia eter-
 nis, aduā permanentibus, parus magnis à suis fide-
 libus postponenda monstrauit. Non damnat bona, sed
 meliora plus laudat. Illa non odit, sed ista plus diligit. Il-
 lorū enī siue adeptio siue amissio, nō est retributio fidei,
 sed probatio. Fides autē nostra non temporalibus, sed eter-
 nis cē debet itenta. Propter quod Vas electōis ad tole-
 rantiam nos presentis tribulationis exhortans, præca-
 pit, ut à contemplatione temporalium rerum cordis no-
 stri penitus auertamus obtutum, dicens: Id enim quod in
 presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ,
 supra modum in sublimitate eternum gloriæ pondus o-
 peratur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur,
 sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur tempora-
 lia sunt, quæ autem non uidentur, eterna sunt. Ambula
 igitur sicut scriptum est, de uirtute in uirtutem, & animus
 tuus ab intentione tēporalium ad contemplationē tran-
 seat eternorum, transiensq; à uirtute conjugalis pudici-
 tiæ ad potiorem uirtutem continentie uidualis, non mino-

rc con

Te continentia cordis predicata debes esse quam corporis, & post obitum temporalis mariti, omnes in corde tuo reliquæ debent mundanæ cogitationis extingui. Cur enim uidua Christiana gerat animum uinculo cuiusquam mundanæ cogitationis innexum, quæ mortuo uiro mundum debet æstimare commortuum? Causa igitur mundanæ cogitationis desistente, debet ipsa quoque cogitatio mundana cessare. Et sicut antea corporaliter ornabaris uiro, qui delectaretur speciem corporis, ita nunc spiritualiter ornanda es Christo, qui solam in te querit pulchritudinem mentis. Attende quid beatus Petrus etiam coniugatis mulieribus mandat, quibus exterioris habitus interdicit ornatum, hæc loquens: Mulieres subditæ sint uiris suis, ut si qui non credunt uerbo dei, per uxorum suarum conuersationem sine uerbo lucrifaciantur, considerantes uestram in timore castam conuersationem, qua insit non extrinsecus capillorum implicatio, aut auri aranspositio, aut in habitu uestimentorum ornatus, sed ille absconditus cordis homo incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locuples. Hoc præceptum beatus Apostolus sanctarum mulierum firmavit exemplo, dicens: Sic enim & aliquando mulieres sanctæ, quæ sperabant in deum, ornabant se, subiectæ uiris suis. Si ergo sanctæ mulieres etiam coniugatæ non sunt monilibus comendæ, sed moribus, & eo magis humilitate debent ornari quæ ueste: qualis debet esse uiduæ habitus & iactus, quæ non homini uiro cupit placere, sed Christo? quæ necessitate corporalis absoluta cõnubij, spiritualia tantum debet ornamentis se-

Uidua que
prius uiro/
nunc ornet
Christo.

Sæcte mali
eres non mo
nibus sed
moribus sunt
ornate.

ta sectari? *Habitus ergo tuus talis sit, qui non ad lasciuia
 exatet, sed ad continentiam prouocet: qui non inlicitat ad
 libidinem, sed comprimat ad timorem, qui non attendat
 carnis concupiscentiam, sed extinguat: qui non inlicitat ad
 concubitum, sed exatet ad profectum: ex quo cordis com
 punctio, non carnis libido nascatur, unde filio dei plac
 as, unde te uere castam obtutui sponsi celestis ostendas. Il
 le etenim sp̄sus carnem tuam maceratam uult uidere, nō
 nitidam. Animæ connubio utitur, nec carnis sed animæ
 pulchritudinem delectatur. Quocirca castigatione corpo
 ris acquire pulchritudinem cordis. Vilibus caro tegatur
 operimentis, & præcōsis anima uestibus induatur. Nec
 queras ut placas oculis hominum, sed ut Christi nō of
 fendas aspectum. Ille in te quod diligit uideat, quod de
 dit inueniat, quod delectatur agnoscat. Concupiuit enim
 rex sp̄cāem tuam, sed omnis gloria filiæ regis intrinse
 cus. Transijt tempus amplectendi, nunc tempus est lon
 ge fieri ab amplexu. Adhæreant uiris quæ coniugali uin
 culo tenentur astrictæ. Tibi dicendum est cum propheta:
 Mihi autem adhærere deo bonū est, ponere in deo sp̄m
 meam. Vnde & Apostolus ait: *Quæ autem uere uidua
 est & desolata, sperauit in domino, & instat obsecratio
 nibus & orationibus nocte & die. Oratio ergo tibi sit in
 postulatione crebra, in sancta uerò cogitatione atq; ope
 ratione continua. Sic enim poteris implere quod Apосто
 lus iubet, ut sine intermissione oremus. Oratio nanq; est
 in conspectu Dei omne opus bonum, quod delectatur ni
 hil indigens deus. Et ut agnoscamus bona opa locū ora
 tiōis**

Officiū vi
 due ad hēre
 re deo/in
 stare oratio
 nibus.

tionis apud deum habere, scriptura nos sancta sic ammonet: Absconde eleemosynam in corde pauperis, & ipsa exorabit pro te. Caue ne carnis curam in desiderijs facias, ne semper gulae quod posat indulgeas, Refectione tua nõ uoluptas expleatur, sed sustentetur infirmitas. Tales autem conuiuij debet habere participes, quæ non carnis solent delicias laudare, sed cordis: quæ angelorum panem interioris hominis auiditate perquirunt: quæ post sponsum tuum in odore unguentorum eius currunt: quæ suauitate deum gustus interioris percipiunt: quæ puro affectu esuriunt, sitiuntque iusticiam: quæ operantur abum, nõ qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Cum talibus & conloquia tibi conferenda, & frequentanda conuiuia, ut cum eas abis corporalibus pascis, ad meritum tibi sanctæ operationis accedat: & cum earum uerbis spiritalibus pascaris, profectus tibi sanctæ conuersationis accrescat. Nec uelis talibus nunc mensam tuam replere delicijs, qualibus eam replebas, quando carnali conubio seruebas. Audi Magistrum gemium, quid de uidua dicat: Quæ in delicijs est, inquit, uiuens, mortua est. Habes & in ueteri & in nouo Testamento sanctarum uiduuarum, quibus edificaris, exempla. In ueteri Testamento Iudith, Anna consideretur in nouo, quarum, si domino adiuuante, imitatrix fueris, & delicias carnis, & iactantiam secularem, uera cordis humilitate calcabis, ut illius in te sponsi semper uiuat affectus, qui semper est uiuus, sicut eodem resurgente uocis angelicæ attestatione firmatur, tum mulieribus dicitur: Quid queritis uiuentem: cum mortuis est

Qualiter in cibo et conuiuio se gerat uidua.

1. Tim. v. 6. Exempla uiduuarum Iudith et Anne.

tuus: De quo etiam Apostolica sic auctoritas loquitur: *Vivus est enim sermo dei & efficax. Vivus est ergo ille qui est verbum patris, & ideo ipse est fidelium vita. Hunc sanctæ viduæ cordis contritione, & corporis castigatione quesierunt: huic cordis & corporis plena continentia deuotissime seruiuerunt.* De Iudith enim scriptum est: *Et erat Iudith in domo sua vidua annis tribus & mensibus quatuor, & scät sibi tabernaculum super solarium domus suæ, & imposuit super lumbos suos aliam, & erant super eam uestimenta viduitatis suæ, & ieiunabat Iudith omnibus diebus viduitatis suæ. Ac ne quis illam sanctam viduam nõ deuotione cordis, sed necessitate paupertatis existimet ieiunasse, audi quid de ea in subsequētibus dicitur: Et erat Iudith bona aspectu, & formosa facie ualde, & prudens corde, & bona intellectu, & erat honesta ualde. Quia reliquerat ei Manasses uir eius, filius Achitob, filij Melchis, filij Heliab, filij Nathabel, filij Surisada, filij Simeon, filij Israel, aurum & argentum, seruos & anällas, & pecora & prædia. Ecce uidua præclara natalibus, facultatibus diues, etate iuuenis, speciem mirabilis, diuitias contempsit, delicias respuit, carnis incontinentia calauit, & induta uirtute ex alto non quesituit se cundo famulari connubio. Propterea testimonio tam præclari operis apparuit, quantum deo dilecta sit continentia uidualis. Deniq; cum Olofernes in numero Bethuliam obsedisset exercitum, & omnis Israelitarum uirtus perturbata languesceret, cõgreditur castitas, oppugnatur lasciuia, & ad interitum superbiæ, humilitas sancta præ-*

**Laudes
Iudith.**

Gloria Iudith de Oloferne occiso

Proædit. Ille pugnat armis, ista ieiunijs. Ille ebrietate,
ista oratiõe. Igitur quod oīs Israelitarū populus facere
nō potuit, sancta uidua castitatis uirtute p̄seāt. Obtruncat
uit una mulier tanti agminis ducē, & insperatā dei po-
pulo reddidit libertatē. Videamus & in nouo Testamē-
to, qualiter nobis sanctæ Annæ cōuersatio demonstretur,
de qua sctūs Lucas sic refert: et erat Anna prophetissa,
filiā Phanuel de tribu Aſser, & hæc proæsserat in die-
bus multis, & uixerat cū uiro suo annis septē à uirgini-
tate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octuagintaquatuor,
quæ non discedebat de tēplo, ieiunijs & obsecratiõibus
seruiens nocte & die. Istæ duæ uiduæ, licet tpe fuerint
diuerso, unius tamē fidei seruiuerunt ambæ mysterio.

Laudes
Anne
Lu. ii. 36.

Qui a Christiū quæ Anna cognouit ī carne natū, ipsum Iu-
dith nouerat nasaturū. Quam uero multū deus ī utraq;
uidua continentia sibi placatā demonstrauit? Nam Iudith
spiritualibus armis accincta, caput lasāui prædonis absā-
dit: Anna uerò ipsum caput ecclesiæ Spiritu sancto reple-
ta cognouit. Datus est Iudith Olofernis interitus: Anne
reuelatus est Saluatoris aduentus. Illi Deus dedit à po-
pulo repellere pestilentiam: huic tribuit humani gene-
ris agnoscere medianam. Et qui a sanctimonā uirginalē
uidualis continentia gradu inferiore subsequitur, idē
postq; de uirgine natus est filius Dei; uidualis lingua
dignatus est offitio prædicari. Nec tamen de illo loquuta
est uidua, delitijs dedit: (quæ uiuēs mortua) sed quæ nō
discedebat de tēplo, ieiunijs et obsecratiõibus seruiēs no-
ctē ac die. De quibus ieiunijs & obsecratiõibus nō est nūc
latius

Cōparatio
Iudith et
Anne.

Laudes pro
be que erat
soro: Salla

latius differendi locus. Disponimus enim, si dominus uo-
luerit, & si uixerimus, ad sororem tuam, sanctam Chri-
sti uirginem, Probam, quam Dominus hoc tempore præ-
cipuum in urbe Roma dare dignatus est uirginitatis &
humilitatis exemplar, de ieiunio & oratione aliquid
scribere, sicut in Epistola quam ad eam nuper dedi, mea
polliatatio continetur, cuius tibi præcipue sancta conuersa-
satio est in omnibus imitanda. Quæ cum sit auis at auisq;
nata consilibus, & delicijs regalibus enutrita, tanta il-
li est humilitas dono gratiæ celestis infusa, ut amore sub-
iectionis & usu seruiendi Dominam se aliquando fuisse
iam nesciat, cū omnes dominos habere delectatione san-
ctæ seruitutis affectat. Sāt enim à Domino (cui uirginita-
tem uouit & cordis & corporis) pro liberatione nostra
humilitatem formæ seruilis acceptam. Et ob hoc delecta-
tur sponso in huius seruitutis humilitate placere, ut cōsor-
tio quinq; sapientum uirginum deputata, cum sponso
possit in æterna claritate regnare. Delicias uerò corpis
quanta uirtute contempserit, & quomodo suam famē sa-
ciandis faciāt deseruire pauperibus, nec ob aliud ipsa
uilibus tegatur indumentis, nisi ut & humilitatis propo-
situm impleat, & uestiendis pauperibus iugem curā san-
ctæ pietatis impendat, plenius ipsa uidendo cognoscās,
quàm id à me uelis audire, quod minus possum sermoni-
bus explicare. Hanc ergo tibi tanq̄ speculum pone, & ex
ipsius consideratione, quid tibi iam insit, uel quid adhuc
desit, sanctorum studiorum operumq; cognosce. Et licet
illa egregio præcellat uirginitatis munere, comitem te de-
bet

bet in cæteris habere uirtutibus. Disce igitur tu quoque nihil tibi de nobilitate generis assignare: & licet auo, patre, socero, marito consulibus pridem fueris inter seculares inlustris: Nunc in eo te inlustrè fieri cognosce, in quo tibi uirtus humilitatis accrescit. Disce à domino, quia mitis & humilis corde, & inuenies requiem anime tue. Nobilitatem carnis, quæ superbiæ fomes est, abijce, & nobilitatem spiritus perfecta cordis humilitate sectare. Orationibus operam da, ieiunijs instas, & quicquid tuis apparatus subtrahis, esurientibus tribue, & quicquid tibi deducis, egenis expende. Voluntarium ieiunium tuum, esurientem subleuet ieiunantium, ut in fructu misericordiæ tuorum possit ieiuniorum fecunditas apparere. Profit etiam tibi uilitas uestium, & pauperum per te nuditas uestiatur. Tunc enim utiliter fugies noxium præciosæ uestis ornatum, si nudos uestias, ut uere consortem te pauperum Christi, non in anitate uerborum, nec ostentatione fallas, sed testimonio sanctæ operationis edocæas. Nec te illis, quos pasas aut uestis, superiorem credas, aut pro eo quod tu tribuis & illi accipiunt, merita tua Christi pauperibus anteponas, tanquam tu ideo potior sis, quod plura contempseris. Frustra enim contemnis facultates tuas, si noxias iactantiæ teneas in corde diuitias. Non enim illi soli peccant, qui pro diuitijs quas habent aliquam gestant in corde iactantiam, imò grauius delinquant, qui uolunt iactantiam cordis de diuitijs habere cõtemptis, aut qui se propterea uolunt pauperibus præponere,

Sallenobilitas.

Mat. xi. 10.

Distribuum dum pauperibus.

fugienda iactantia in operibus bonis.

eo quod plura uidentur pauperibus erogare. Non autem idem ordo est apud deum, qui non quantitatē contempe facultatis, sed qualitātē uoluntatis attendit, Plures diuitias pauperibus pro Christo dātur expendisse Zachæus, pro quo uilissima piscatoriæ artis instrumenta Petrus reliquit Apostolus, & tamen à Christo nō Zachæus diues pauperi Petro, sed paup Petrus diuiti Zabheo præponitur, ut diuitibus Christi nulla de contemptis diuitijs iactantia nasceretur. Absit autem ut aliquid tibi thesaurizes in terra, in qua non es carnis filios relictura, cum etiam illi qui ex carne filios habent, non sine peccato thesaurizare sibi delectentur in seculo. Cum etos enī fideles uno Saluator noster dignatur ammonere sermone, dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autē uobis in celo, ubi neq; erugo neq; tinea exterminat, & ubi fures non effodiunt nec furantur. Multū metuēda est illa increpatio domini, quam stultus diues, illico moriturus, audiuit: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti cuius erunt? Omnes ergo diuitias tuas ad Christū præmitte, in celo tibi thesaurum reconde, quem perdere non possis, et in æternum ualeas possidere. In omnibus autem operibus bonis, caue ne laudis humane desiderio ueneileris: laudari quippe in bonis operibus debes, sed in eo quod operaris, hominū laudes expectare non debes. Laudet te quidem humana lingua, sed tu laudem à solo deo desidera. Atque ita fiet, ut dum tu laudem ab

Quæ thesaurizandum in terra / sed in celo.

Fugienda laus hominum.

dem ab hominibus nō quaesieris, Deus laudetur ī opibus tuis. Memento qualiter nobis dominus interdicit, ne iusticiam nostram laudis humane faciāmus obtentu, dicēs: Attendite, ne faciātis iusticiam uestram coram hominibus, ut uideamini ab eis, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in cælis est. Veruntamen ipse rursus ait: *Luceat lux uestra corā hominibus, ut uidentes uestra bona opera, glorificent patrem uestrum qui in cælis est.* Cum ergo diāt, ut Attendamus, ne faciāmus iusticiam nostram coram hominibus, ut uideamur ab eis: & iterum iubet, ut lux nostra luceat coram hominibus: nunquid contraria præcipit? Absit: sed sic iubet opera bona fieri, ut non nos ipsos sed deum, uelimus in nostra operatione laudari. Nam & Apostolus in suis operibus gloriam humanam uitabat, sed diuinam gloriam querebat. Propter quod diāt Thessaloniensibus scribens: Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut satis, neque in occasione auaritiæ. Deus testis est. Nec querentes ab hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs. Et tamen idē in sua cōuersationis auditu deum ab ecclesijs glorificatum, cum exultatione sic memorat: Eram aliquando ignotus faci ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo, tantum autem auditum habebant, qui persequebatur nos aliquādo, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me glorificabant deum. Proinde manus quidem ab opere bono non desinat, nec tamen animus ita operetur, ut merces boni operis humane laudis intentione affectur.

Luceat lux uestra corā hominibus, ut uideant etc.

Gal. I. D.

u 2 Apostolus

Apostolus enim, sicut ipse testatur, uult, ut simus syn-
ceres & sine offensa in diem CHRISTI, repleti
fructu iustitiæ, per IESVM CHRISTVM, in
gloriam & laudem Dei. In studio ergo bonorum ope-
rum, & laudis humanæ contemptu, caue ne bonum
quod facis, non gratiæ Dei, sed tuæ uelis assignare uir-
tuti: imò firmiter tene, nullam tibi facultatem inesse
posse bonæ uoluntatis aut operis, nisi id gratuito mu-
nere diuinæ miserationis acceperis. Scito ergo Deum in
te operari & uelle & perficere pro bona uoluntate.
Proinde cum timore & tremore tuam salutem opera-
re. Humiliare in conspectu Domini, ut exaltet te. Ab
illo posce bonæ uoluntatis exordium, ab ipso postula
bonæ operationis effectum, ab ipso perseuerantiæ do-
num pete. Nec aliquando te putes, illius adiutorio de-
sistente, aliquid posse boni uelle seu facere. Illum roga,
ut auertat oculos tuos, ne uideant uanitatem. Ipsum
postula, ut demonstret tibi uiam in qua ambules. Ip-
sum obsecra, ut gressus tuos dirigat secundum uer-
bum suum, & non dominetur tibi omnis iniquitas.
Illum ora, ut opera manuum tuarum dirigat super te.
Viriliter ergo age, & confortetur cor tuum. Iacta in
Deum cogitationem tuam, & ipse te enutriet. Nec
quia dixi, nihil te debere propriæ assignare uirtuti,
ideo tibi est de diuina uirtute ac pietate in aliquo diffi-
dendum. Fidelis est enim Deus in uerbis suis, & san-
ctus in omnibus operibus suis. Nec tibi auxilium dene-
gat in hoc seculo, nec premium subtrahet in futuro.

Qui

Bonū opus
non uirtuti
proprie sed
gratie Dei
attribuendū:

Nec diffidē
dum de dei
auxilio.

Qui tibi demonstrauit rectam uiam, ipse tibi est deduc-
tor ad patriam. Spera ergo in Domino, & fac boni-
tatem, nec te putes posse deficere, si te ille dignatus
fuerit custodire. Scriptum est enim: Quis sperauit in
Domino, & confusus est? Aut quis permansit in man-
datis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit, &
despexit illum? Ne igitur amittas confidentiam tuam,
quæ magnam habet remunerationem. Esto stabilis,
& immobilis, sciens, quod labor tuus non erit inanis in
Domino. Potiora semper appete, & animum tuum ad
incrementa uirtutis extende. Nunquam cesses à diui-
nis eloquijs, & totam delectationem cordis tui scriptu-
ris sanctis indulge. Non tenearis nexibus humanæ de-
lectationis, & de diabolo prospere triumphabis. Et
ut sanctæ scripturæ testimonio atque ammonitione præ-
sens tibi terminetur epistola, cunctis quæ superius
dicta sunt hoc quoque subnectam. In mansuetu-
dine opera tua perfice, & super omnium glo-
ria diligeris. Quanto magis magna es,
humilia te in omnibus, & corâ Deo
inuenies gratiam. Dominus te in
uia uirtutis suæ dirigat, &
ad regni cælestis promissa
perducat, Domina in-
lustris filia.



Delectan-
dum in scri-
pturis sano-
ctis.

B. F. V. L. G. E. N.

TII EPISTOLA TERTIA, AD PROBAM, DE VIRGINITATE SIMVL ATQVE HVMLITATE.

Congratulatio de spiritali vite instituto.



PIRITALI DESIDERIO atque instituto tuo, S^acta famula Dei Proba, quantum congratuler atq; congaudeam, uellem competeret uerbis exprimeret, si pari modo cogitatione loquutio posset equare. Neq; enim parui propositi debet indicium est

mari, quod cum te constet (illo in te operante, à quo est omne datum optimū, & omne donum perfectum) spiritalibus uirtutibus præditum, arbitraris te tanq̄ experte de uirtutibus ammonendam. Hoc itaq; studium, quo me sancto fratre nostro Tuto saliat, Dei seruo scriptis frequentibus insistente, uehementer instigas, ut tibi exhibeam sermonem de Virginitate atq; humilitate aliquid continentem in Deo, in quo laudanda est anima tua, multum laudo: sed quantum laudare dedeo, laudare non ualeo. Et quantum me huic desiderio digne laudando imparem cerno, tanto magis in te Deum, seu dura negatione, siue diuturna dilatioe offendere timeo. Quippe Christus offenditur, si quando debita seruitus membris ipsius denegatur:

negatur: cum non ob aliud ipse uoluerit male quondam
 liberos à peccati seruitio liberare, nisi ut nos doceat
 nos inuicem libera charitate seruire. Quos enim com-
 pressos inuenit iugo seruilis ac pessimæ libertatis, sub-
 leuauit dono liberalis atq; optimæ seruitutis. Illius de-
 niq; noxiæ libertatis, in qua magis libet peccato seruire
 quàm Deo, Apostolico nobis intimatâ tenemus sermone
 letitiâ. Diât namq;: Cum enim serui essetis peccati, libe-
 ri fuistis iustitiæ. Et adijcens, ait: Quem ergo fructum
 habuistis tunc, in qbus nũc erubescitis? Nam finis illorũ
 mors est. Illam quoq; seruitutem, quam liberati accepimus,
 ut liberatori Deo liberaliter seruiremus, in subse-
 quentibus eiusdẽ doctrinæ sermonibus inuenimus, cum
 diât: Nunc autem liberati à peccato, serui aut facti Deo,
 habetis fructum uestrũ in sanctificatione, finẽ uerò uitã
 eternã. Ecce quò duat ac pduat hæc sancta seruitus? in
 qua ueræ libertatis est munus: ad uitã saliet eternã,
 in qua semp uiuitur, semp erq; regnatur: In qua nemo ta-
 men hoim uiuet, nisi qui mortificatur huic mundo: in qua
 nemo regnabit, nisi q humilis pseueret in deo. Illa namq;
 uita huic mortificationi promittitur, & illa æsistudo huic
 humilitati seruat. Ipsi humilitati, quã saliet efficaciter
 sectaris, & in qua sanctam uirginitatẽ, Deo custodiente,
 custodis, me quoq; deuote libenterq; seruire cõpellis. Et
 ego quidẽ, Sancta filia, in quantum me charitas Dei, quæ
 diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui
 datus est nobis, tam delectabiliter quàm liberaliter ser-
 uire Christi membris instigat, uolo, quod iniunxisti,

Seruitus
 bona Chri-
 sto: Non
 libertas
 peccator

Seruire in
 uicẽ mēbra
 Christi de-
 bēt per cha-
 ritatem.

¶ 4 competenter

competenter implere, sciens illum uere Christo seruire, qui per illam charitatem Christi membris seruit, per quam ut eiusdem Christi membrum fieret, prior pro eo Christus ipse seruiuit. Propter quod Apostolus, ut ad libertatem perueniamus æternam, seruitutem liberam inuicem Christi membris imperat exhibendam, dicens:

Sol. v. 2.

Vos enim in libertatem uocati estis fratres tantum, ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem. Quãto magis igitur reddere, quod exigis, huius seruitutis præcepta compellor, tanto magis uirium mearum consideratione deterreo. Est enim talis utriusq; uirtutis copula, de qua mihi est aliquid, in quantum Deus donauerit, disputandum, ut in presenti uita ipsa sit omnium perfectio culmenq; uirtutum. Quia nec in corpore est aliquid integritate melius, nec in anima est aliquid fidei humilitate sublimius. Est mihi tam confidentia diuinæ opitulationis, in eo q; adiuuor orationibus uestris. Ob hoc enim Deus sancti desiderij feruorem filijs filiabusq; suis inspirat, ut cum à conseruis suis spiritale debitum flagitant, ipsi quoq; pro eis orare Dominum nõ quiescant: atq; ita mutue charitatis officio sic debitum, quod sic debetur, exigant, ut debitoribus quod exigunt reddant. Nemo est enim fidelium, qui sic sibi charitatem flagitet reddi, ut ipse non illã suo debeat reddere debitori. Quæ licet in diuersis donatiõibus, secundũ gratiã quæ data est nobis, differentiabus, diuerso reddi uideatur effectu, in adiutorio tamẽ mutue orationis oēs faciunt unius debiti partiãpes, in qua faciunt singulos omnibus

Copula uirginitatis cū humilitate; maxime uirtus.

Debitum mutue charitatis et orationis.

omnibus debitores. Vide qualiter ille, qui se debitorē sapiētibus & insapiētibus proficitur, debitum orationis & cunctis reddat & ab omnibus exigit. Romanis ait, red=

Roma. f. 2

dēs hoc debitum: Testis enim est Deus, cui seruiuo in spiri-
ritu meo, in Euangelio filij eius, quod sine intermissione
memoriam uestri faāo semp in orationibus meis. Sed hi-
ius debiti, cuius est deuotus redditor, uide quā sit aus-
rus exactor. Iisdē denuo ait: Obsecro igitur uos fratres
p dominum nostrū Iesum Christum, & p charitatem spi-
ritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad dominū.
In hoc debito quod exigitis à nobis et redditis nobis,
adiuari me non dubito: ut deus, qui operatur in suis &
uelle & pfiare, pro bona uoluntate, ipse donet quod di-
gne cogitem, digne dicam. In bonis enim cogitationibus
non sumus idonei cogitare aliquid à nobis, quasi ex no-
bis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Et ob hoc non defi-
cimus indigentia, quia gratuito munere ab illo sufficiētia
nostra est, in quo indigentia ulla non est. Qui sicut bono-
rum nostrorum non eget, sic semp abūdat ut donet. Nec
donando fit indigus, quia hoc donat quo semp est ple-
nus. Nec est quod illi à nobis afferatur cogitationis, ser-
monis, aut operis plaātum munus, quod ipse non fuerit
gratuita benignitate largitus. Idarco autem gratuita
semp est Dei sancta largitio, quia humanorum meritorū
nulla unquam præcedit exactio. Quia etsi quod est bonū
cuiuslibet hominis meritum, ab ipso est utiq; à quo est
omne datum optimum, & omne donum perfectum.

Sufficiētia
nostra ex
Deo estA Deo uel-
le et perficere.

Quod nec habere potest homo, nisi ab ipso fuerit datū:

Modestia
uictoris.

nec p̄seueranter habere, nisi fuerit ipso custode seruatiū. Ab ipso igitur posco reddi huius debiti facultatē, à quo reddēdi uolūtatem accepi. Neq; n. uel reddere aliquatenus, uellē, nisi misericors ipse donaret ut uellē. Si quid itaq; i hoc ope dixero quod placat & sufficiat: uel si nō sufficiat, saltem placat sancto desiderio tuo, nō est meæ indigentia, sed diuinæ sufficiētia. Si quid uerò forsitan ita dixero, ut nec sufficere tuo sancto possit desiderio, nec placere: non est sufficiētia diuinæ, sed indigentia meæ.

Virginis fili
lius virgi
nitatis au
tor et spon
sus.

Proinde Christiana charitas utrobiq; operis sui partes exhibeat, ut & sufficiētiā dei humiliter agnoscat, & indigentia seruili patiēter ignoscat. Virgine sacram te sibi munere gratuito feāt, qui omnia quæcunq; uoluit feāt, à quo ideo gratia nullis præcētib; meritis datur, ut illi semp gratiarū actio pura cordis hūilitate reddatur. Hic est autem unigenitus dei filius, unigenitus etiā uirginis filius, unus omnium sacrarum uirginum sponsus, sanctæ uirginitatis fructus, deus, & munus, quē corporaliter sancta uirginitas pepit, cui spiritaliter sancta uirginitas nubit, à quo sancta uirginitas fecundatur, ut perseueret intacta: à quo decoratur, ut p̄maneat pulchra: à quo coronatur, ut regnet penniter gloriosa. Quapropter bonum depositū custodi, & meritum tanti boni, quod ut haberes deus dedit, & ut deo uoueres, ipse feāt, ex nominis ipsius significatione p̄pende. Tum magnum quippe Deus uoluit esse bonum uirginitatis, ut illud non aliunde, sed ex uocabulo dignaretur nominare uirtutis. Virginitis itaq; si quis uelit diligenter considerare uocabulum,

ex uirtutis inueniet noīe deriuatum. Virgo enī diatur, quasi uirago. Viraginē uerò scriptura sancta non ob aliud uocatā diat, nisi quia de uiro sumpta est. Hoc autē à S. Hieronymo secundū hebraicam proprietatem libri Geneleos doct expressa trāslatio, in qua sic habetur: Immisit ergo dominus deus soporē in Adā, cūq; obdormisset, tulit unā de costis eius, & repleuit carnē pro ea, & edificauit dominus deus costā quā tulerat de Adā ī mulierē, & adduxit eā ad Adā: dixitq; Adā: Hoc nūc os ex osibus meis, & caro de carne mea. Hęc uocabitur uirago, quoniā de uiro sumpta est. Itaq; cū uirginis nomē ex noīe uiri descēderit, quis dubitet q̄ uir à uirtute uocatus sit? Et quā, sicut Paulus doct, illa oīa in figura facta sunt nostri, profecto in illa uirgine quæ ex uiri fiebat costa, futura iā tunc prefigurabatur ecclesia, quæ uere de uiro sumpta, & de quo sumpta illi coniūcta, inde habet in ueritate uirtutē, unde habet uerū uiraginis nomē. Propter quod hęc uiraginē, id est, uirginē, quæ de uiro sumpta est, nō solū uirginis, sed etiā uiri noīe Paulus nō dubitat appellare: ait. n. fidelibus: Despōdi enī uos unī uiro uirginē castam exhibere Christo. Christus est q̄ppe uir de quo hęc uirago sumpta est. Ipsis de nouo fidelibus Apostolus diat: Do nec occurramus oēs ī unitatē fidei & agnitōis filij dei, in uirū pfectū, in mēsurā etatis plenitudinis christi. Per sanctū quoq; Dauid tā uiris q̄ mulieribus in cōe spiritalis huiusmodi promulgatur hortatio: Viriliter agite, et cōsortetur cor uestrū, oēs q̄ speratis ī domīo. typicē itaq; à uiro diatur uirgīs uocabulū, quā nomē à christo duatur christiani

Virgo quæ
si uirago.

Virago à
uiro / uir à
uirtute di-
citur.

Ecclesia et
uirgo et uir
ab apostolo
dicitur.

Christo
Christiana
ecclesia/sicut
i viro vir-
go dicitur,

christianū. Christus enī dei uirtus est & dei sapiētia, ex quo ē ecclesia, quæ uirgo ī fide & charitate persiſtēs, & sapiētiā possidet & uirtutē. Ideo nec seductione decipi- tur, nec uolentiā uinātur, quia internæ uirginitatis in- tegritate fulātur. Huic uirgini Esaias diāt: Quoniam complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur. Ha- bitabit enim iuuenis cum uirgine, & habitabunt in te fia- lij tui. Et ut ostēderet non alium esse iuuenem q̄ spon- sum, nec aliam esse uirginem quā sponsam, sponsum autem & sponsam Christum & ecclesiam, sequitus ad- iunxit: Et gaudebit sponsus super sponsam. Et gaudebit super te deus tuus. Hæc uirgo mater est, cui diātur: Habi- tabunt ī te filij tui. Et hæc mater uirgo est, de qua diātur: Habitauit enim iuuenis cum uirgine. Hæc uirgo sponsa est, de qua diātur: Et gaudebit super sponsam suam. Hæc igitur ecclesia una & uera catholica sponsa est, quia in- heret Christo. Mater est, quia fecundatur à Christo. Vir- go est, quia incorrupta p̄seuerat in Christo. Huius spon- se nec fecunditate uirginitas corrumpitur, nec uirginita- te fecunditas impeditur. Tale nanq; istius est uiri uirgi- nisq; connubium, ut idcirco ab hoc uiro fecundetur hæc uirgo, quia in hoc connubio nulla unquam potest esse cor- ruptio. Et tanta in hac matre uirginitatis p̄seuerat inte- gritas, ut nisi uirgo semp̄ esset, mater esse non posset. Istius matris ac uirginis nomen nouum ita pronunāat Esaias: Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os domini noīauit. Ergo quia Christus uirtus est, sicut ecclesia uoca- bulū uirginis à uirtute sumpsit, sic à christo christianum nomen

Ecclesia san-
ta dicitur ma-
ter/ uirgo
et sponsa.

nomē accepit. Quæ cū ī diuersis mēbris suis habeat donatiōes secundū gratiā quæ data est ei differētes, maiore tamen gratiam donatiōis in illis membris accepit, ī quibus ita spiritaliter uirgo dicitur, ut etiam corporeæ uirginitatis integritate potiatur. Nam in cæteris fidelibus mēbris, quæ in deum secundum fidei catholicæ regulam recte credunt, & pudiciam coniugalē uidualēque custodiunt, quæ saliat nec actualis sunt fornicatiōis conluuione respersa, & ab omni stupro manent infidelitatis immuniæ, spiritali tātum uirginitate potitur ecclesia: in his uerò membris in quibus sic fidē custodit rectam, ut etiā carnē ab oī cōcubitu reseruet intactā, quāto pleniorē habet uirginitatē, tātō plenius & pfectius eiusdē uirginitatis possidet nomē. In illa quippe nihil minus habet ad uitā: in hac autē amplius aliqd acqrit ad gloriā. Quia sicut Paulus ait: Alia est gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarū: stella enī à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorū. Deniq; sub spadonum nomine, quos etiam in euangelio propter regnum cælorū seipsostrasse Saluator affirmat, meliorē locū in domo sua, & in muro suo dominus p̄ Esaiam uirginibus repromittit. Sic enim scriptum est: Hæc diat dominus spadonibus: Quicumq; custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego uolo, et amplectuntur testamētum meum, dabo illis in domo mea & in muro meo locum nominatum meliorē filiorum & filiarum, nomen electum dabo illis, & non deficiet. In apocalypsi quoq; S. Ioannis, illi sunt qui sequuntur agnum quocumq; ierit, qui uirgines p̄manserunt. Cla

Maiores gratia donatiōis in uirginibus sp̄ in alijs.

Spadonibus melior loc⁹ in muro promittitur.

ret

Melior vir-
ginitas me-
tis et corpo-
ris q̄ alia
dona.

ret itaq; inter cæteras ecclesiæ donatiões, illius præcipuū
munus spiritalis eē charismatis, ubi uirtus ipsa itēgrita-
tis p̄fecto meretur uocabulo cēscri uirtutis. Quāuis enim
sit prophetia secundū rōnē fidei, siue ministeriū ī ministrā-
do, siue q̄ doct̄ i doctrīa, q̄ exhortatur ī exhortādo, q̄ tri-
buit ī simplicitate, q̄ præest ī solitudine: hæc dona di-
uersa proprijs inueniuntur appellari nōibus: Integritas
aut̄ carnis deo fideliter cōsecrata, & ī cordis uirginitate,
deo iuuat̄ & protegēte, seruata, idarco proprie uirgin-
itas dicitur, ut ibi p̄fectio ueræ uirtutis inesse mōstretur.
Melior est igitur cæteris actualibus donis itēmerata san-
ctitas uirginalis, quæ diuini gratia muneris uirtute uide-
tur originem uocabuli trahere, ut ex ipso nomine semp-
se ammoneri cognoscat, e. a. quæ uirtutis sunt debere serua-
re. Vnde nō immerito doctor gētū ac uas electiōis coeli-
bē cōiugalēq; uitā tali definitiōe discernit, ut istā solia-
tā, quæ Dei sunt, in sanctificationē corpis & spiritus deo
placere, illā uerò mūdānis cogitatiōibus deditā, placendi
uiro studiū gestare cōfirmet: Qui sine uxore est, inquit
1. Cor. vii. f. ens, soliat̄us est, quæ dei sunt, quō placet deo. Qui aut̄
cū uxore est, soliat̄us est, quæ sunt mūdi, quō placet u-
xori, & diuisus est. Et mulier inupta & uirgo cogitat,
quæ sunt domini, ut sit sancta corpe & spiritu: quæ aut̄
nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quō placet uiro. Verū
tamē hoc Apostolus dicēs, nō sic ascripsit uirginibus san-
ctitatē corpis & spūs, ut illam uel cōiugatis demeret, uel
uiduis abnegaret, præcipue, qui superiori loco eiusdē epi-
stolæ fidelīū corpa mēbra Christi & tēplū appellet spi-
ritus

Cōiugatis
quoq; ascri-
bitur sancti-
tas / sed ma-
ior uirgini-
bus.

ritus sancti. Dicit enim: Nescitis quia corpora uestra mem-
 bra Christi sunt? Et paulò post: An nescitis, quia mem-
 bra uestra templum est Spiritus sancti, qui in uobis est,
 què habetis à deo, & non estis uestri? Empti enim estis
 prædò magno. Glorificate & portate deũ in corpore ue-
 stro. Et ut se coniugatis quoq; scribere demonstraret, con-
 tinuo subiunxit: De quibus autẽ scripsistis: Bonũ est ho-
 mini mulierẽ non tangere, propter fornicationes autem
 unusquisq; suam uxore habeat, et unaquaq; suũ uirum
 habeat. In epistola quoq; ad Ephesios, cõiugatis utiq; lo-
 quebatur, quibus dicebat: Viri diligite uxores uestras, si-
 cut & Christus dilexit ecclesiã. Et paulò post: Qui suã Eph. v. 2.
 uxore diligit, seipsum diligit. Nemo enĩ unq̃ carnẽ suã
 odio habuit, sed nutrit & fouet eã, sicut & Chrũs eccle-
 siã, quã membra sumus corpis de carne eius, & de ossibus e-
 ius. Petrus quoq; Apostolus cõiugatas fideles sanctas nõ
 ambigit appellare, dicẽs: Sic enĩ aliquãdo mulieres san-
 ctæ sperãtes in deo ornabant se, subiectæ uiris suis, sicut 1. Pet. iij. 2.
 Sara obsequiebatur Abrahæ, dominum eum uocans. Nõ
 ergo Apostolus Paulus à sanctificatione corpis & spũs fi-
 deles cõiugatas separat, sed hoc eas cogitare diat, ubi ea-
 rum cogitationẽ amplius teneri cognoscat. Quis enĩ nesci-
 at sanctam uirginũ cogitationem magis ad spiritalia re-
 currere, & sanctarũ coniugarũ cogitationem magis cõ-
 iugali necessitati seruire? Sãmus ergo nuptias non esse Nuptie nõ
 peccatũ, sed dei opus & dei donũ, quas ipse Dominus cõ- sunt pecca-
 nexuit fidei uinulo, gratificauit benedictiõis dono, mul- tũ sed donũ
 tiplicauit propagatiõis augmento. Nouimus honorabile dei
connu=

311 AD PROBAM DE VIRGINITATE

connubium in omnibus, & thorum immaulatum, nouimus à deo non coniugis, sed fornicationes & adulteria iudicanda. Fornicatores enī & adulteros iudicabit deus. Fatemur enim à deo esse nuptiarum fidē, coniugum charitatem, naturæ & fœcunditatem: sed quia unusquisq; proprium habet donum à deo, alius quidem sic, alius autem sic. Nos quoq; sic utriusq; doni gradum discernimus, ut utrumq; donum à deo tribui fidelibus non negemus. Non igitur inferius donum dei deuocamus in culpam, cū potioris doni præferimus gratiam: nec cum primum pudiciæ donum præponimus, secundum tertiumue damnamus: nec in eo q; integritatis uirginalis agnoscamus culmen, pudiciæ coniugalis asserimus crimen: neq; sic uirginitatem frumentis adscribimus, ut coniugium inter zizaniam deputemus. Non est coniugium nocturni seminis fructus, quia hoc in agro dominico non sator inuidus seipsæ seminauit, sed dominus bonus instituit. Veruntamen utriusq; rei congrua discretionē momenta pensantes, tantum dicimus à sanctis nuptijs, ubi nubunt qui se contine-

Multipler
inter virgi-
nitatē et cō-
nubiū com-
paratio.

re non possunt, sanctam uirginitatem merito potiore dicere, quantum distant à bonis meliora, ab humilibus celsa, à terrenis cælestia, à beatis beatiora, à sanctis sanctiora, à mundis mundiora, à mortali connubio immortale connubium, à carne spiritus, ab infirmitate uirtus, à fœtu transitivæ prolis pmanfuri germinis fructus, à tribulatione securitas, à pturbatione trāquillitas, à bono quod est cum angustia momentaneum, melius quod est cum lætitiā sempiternum. Nec dubitamus dicere, tantum à

sancta

sancta uirginitate carnis & spiritus, fidelium conjugatorum
(licet à Deo cõassum) infirmæ mortalisque carnis huius dis-
stare concubitus, quantum similitudo pecorum ab imitatione
discernitur angelorum. In uno quippe ad terram spiri-
tus, terrena carnis uoluptate deprimitur: in altero autem
terrena caro, cælesti delectatione spiritus, ad cælestia sub-
leuatur. Ad placendum quippe carnali coniugio sæpe mun-
dana mentem cura soliat: ad placendum uero spirituali
connubio, mens dulcedini cælestis cogitationis intenta,
corpus suum spirituali pinguescens delectatione castigat.

In opere corporalium nuptiarum uirginitas carnis ad-
mittitur, ut ad carnis fecunditatem ueniat: ubi tamen non
nunquam sic incertæ spei fructu fraudatur humana de-
lectatio, ut quæ uirgo esse desinit, mater esse non possit,
& sterilitatis obstaculo coerata, nec in corpore queat re-
parare quod perdidit, nec ex corpore ualeat habere quod
cupit: plerumque (quod est grauius) grauiore dolore fœ-
tus carnis perdit, quos graui dolore suscepit: & ad hoc
pariens pericula gemitusque tolerat, ut amittens quos cum
gemitu pepererat, deterius gemat. In copula uero ma-
trimonij spiritualis cum sponso Christo sic coniugatur ani-
ma, ut etiam caro seruetur intacta: quanto magis uirgi-
nalis integritas uiget, tanto magis immortalis fecunditas
pollet. Sic enim ibi non est mortalis fructus ex corpore,
ut immortalis fœtus non desit ex corde: ibi maritalis ac-
cessus non uitiat corpus, quia Christi spiritualis amplexus,
& animam seruat & corpus: in tali connubio nullus ef-
fectus est uanti cupiditati conceditur, quia sanctæ chari-

Infertilia
coniugii cir-
ca prole cor-
poralem.

Bona uirgi-
nitas cir-
ca prole spi-
ritalem.

x tatis

313 AD PROBAM DE VIRGINITATE

tatis seruo refrigerio spiritali nutritur. O angelice imitationis non humana in hominibus uirtus. O ineffabile supni sempiterniq; muneris decus. Quod q accipiūt hoc meditāur ī carne mortali, quod sunt ī immortalitate sumpturi. Eligunt enim bonā partē, quæ non auferetur ab eis, sed perficietur in eis. Quod enim ab eis nunc inuiolatum seruatur in opere, hoc eis gloria immortalitatis annulatum reddetur in munere. Quodārcā, quæ non est seculi uirgo sed Christi, sicut non debet monilibus, ita debet uirtutibus adornari. Ornatu autē uirginis est, uirginitatis bonum non minus mente quàm carne serua-

Virginitas
est sic am-
bulet me de-
clinet ad de-
extrā nec ad
sinistram.

re. Ut saluet semetipsam tanto muneri condignam semper exhibeat, & sic ueritatis teneat uiam, ut non diuertat ad dextram uel sinistram. Sinistram quippe obfidet carnalium turba uitiorum: dextram tenet spirituum iactatio superba uirtutum. Illa carnem publicis delectamentis oblectare contemnit: hæc menti laudem propriæ uirtutis immurmurare non desinit. Illa nanq; blandiens uirgini persuadere conatur, ut tantum carnis integritate seruata, quicquid pertinet ad delicias aborū, nitorem uestium, fomenta balnearum, somnorum lenitatem, iocorum hilaritatem, sub specie uitandæ infirmitatis & custodiendæ corporeæ sospitatis diligit, appetat, teneat. Et quasi molliori cliuo deuexum latioris uie monstrat gradienti descensum, quia non consendat ad cælum, sed deuoluatur in Tartaram, infirmat uitandum itineris angustii laborem, ne perueniatur ad requiem.

Cia dextra
superba iactat. O uir-
ginitas.

Est alia, quanto occultius tanto periculosius parat uir-

gini

gni præpitiū, dū callide cōlaudat ascēsum. Etenī si tē-
 neatur ī abis abstinētia, uestis nō sit nitida, sed despecta,
 buxeū pallorē, rubore sublato, corpori ieiunia generēt,
 candorē carnis lauādi cōtemptus obfuscat, lasso corpori
 somnus stratis durioribus detur, cutis lenitas despectis
 asperetur unguētis, cōtractior uultus risui semper ob-
 sistat & ioco: hæc oīa non diuino adiutorio deputat, sed
 uiribus humanæ possibilitatis assignat. Proinde ad cexte
 riorē uirginitatē interiorēmq; seruandā, soliatā debet
 uirgo semper exultare cautela, delicias carnis et oblecta
 menta corporis (quæ sibi nō tam necessitas exigit quàm
 uoluptas) omnino sacra uirgo refugiat. Spiritalis enim
 uirginū sponsus nō querit in uirgine carnē delicijs accu-
 rata, sed ieiunijs castigatā. Hoc Doctor gentium cum se
 facere diāt, nobis quoq; insinuat faciendū: Castigo, inquit
 corpus meum, & seruituti subijāo. Et rursus: In ui-
 glijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. De uidua
 uerò diāt: Quæ autē in delicijs est, uiuēs mortua est. Nō
 querat ergo Christi uirgo carnis delicias, quas nec ui-
 duæ uidet esse concessas. In saturitate abi uiuēs Sodoma,
 abus ignis effiā meruit. Et Niniuiticus populus diuinū
 furorē, cunctorū iam æruābus imminentem, ieiunio la-
 chrymisq; submouit. Igitur si uisibilis cupiditas uindicta
 tur in corpore, inimica inuisibilis potestas nō dominatur
 in corde. Illā sceliāter uināmus, si fortiter cum ista ærte-
 mus: & de illa triumphus acquiritur, cum ista calcatur.
 Porrò ieiunijs sic est adhibenda tēperies, ut corpus no-
 strū nec saturitas exātet, nec inedia imoderata debilitet.

Delicias
 carnis vir-
 go Christi
 fugere de-
 bet.

1. Cor. ix. D
 11. cor. xi. F

1. Tim. v. B

Gen. xix. E
 Zoue. ii. B

Tēperies
 ieiuniorum

Talis igitur tantaq; uirginis ieiuniū refectio subsequatur, ut nec suauitate corpus inliāat, nec saturitate succentat. Suauitate q̄ppe minuitur elemosyna pauperū, saturitate corpus effiātur bellicosum. Illic fratribus debitum inuaditur, hic hosti auxiliū subrogatur. Volentibus enim nobis concupiscentiā gulæ diuersis oblectare pigmentis, quod ægenus accipere debuit, uoluptas insumit. Proinde ieiunium nec debilitas præripiat, nec saturitas extollat. Vtraq; enī nostris aduersarijs militat, q̄a una utilitatē ieiunij præcēditis adimit, altera facultati ieiunij subsequētis obsistit. Saturitas faciāt, ut ianiter ieiunemus: debilitas faciāt, ne ieiunare possimus. Vestis quoq; talis sit sacrae uirginis, quæ testis existat intimæ castitatis. Nihil nitoris in habitu exterioris hoīs queratur, ne interioris hoīs habitu sordidetur. Virgo, quæ ornatū corporeæ uestis affectat, aīam suā uirtutū splendore despoliat: nec habet castitatē uerā, quæ itūctibus parat inlæbrā: nec fidē seruat Christo, quæ populo querit magis placere q̄ sp̄so. Cōsequenter aut̄ necesse est, ut quæ humano cōspectui cōcupiscentiā seminat, ī diuino cōspectu iracundiā metat.

Virginum
uestes qua-
les.

Sal. vj. B.

Qui enī seminat ī carne sua, de carne metet corruptionē: qui uerō seminat de spiritu, de spiritu metet uitā aeternā. Verū de his atq; horū similibus, quæ ad curā p̄tinent carnis, et aīam faciūt sub uirginitatis noīe in cōcupiscentijs dormire, illæ potius admonēde sunt uirgines, quæ delitiose, quæ uage, quæ ioās deditæ. Nobis aut̄ nūc ad spiritalē uirginē loquentibus, de illis est laqueis euitandis aliqd memorādū, quos (ut ita dicā) nō in terrenis rebus, sed

sed in ipsis cælestibus aduersarius tendit : nec à uia ma-
nifesto seduat errore, sed (sicut ait Propheta: In uia hac
qua ambulabam, absconderunt laqueos mihi.) ubi bene psal. cxli.
ambulantes perspiat in operibus bonis, ibi uehemētius
& periculosius sub colore simulatæ paas occultis repu-
gnat insidijs, & non ualens uirginitatem carnis in carne
perdere, uirginitatem spiritus conatur auferre. Propter
quod non est Christi uirginibus negligentius intuendum,
quantū cordis uirginitas carnis uirginitati præpoderet.
Hæc enim si à fidelibus coniugatis ac uiduis in fide (quæ
per dilectionem operatur) etiam sine uirginitate corpo-
rea in hac uita fuerit custodita, in futuro nec carnis uirg-
nitate priuabitur, & regni cælestis beatitudine perfrue-
tur. Corporalis uerò uirginitas, etiã Deo diata, si uirg-
nitate nō seruauerit cordis, nihil proderit in corpore
custodita, si spiritualis castitas fuerit in mente corrupta.

Utranq; Diabolus psequitur, utranq; callidis consilijs Diabolus
utranq; opo-
pugnat uir-
ginitatem :
carnis / per
homines :
mētis / per
seipsum.
infectatur. Sed uirginitatem carnis per hominem nititur
præripere, cordis uerò uirginitatē per seipsum conatur
auferre. Nam plerunq; ad hoc carnis uirginitatem (quæ
inferior est) non impugnat, ut illius, quæ potior est) fun-
damenta suffodiat, & tanquam diuersis machinis, sic
innumeris utitur argumentis : et cum certamini manifesto
ædit, ad hoc se uictum demonstrat, ut uincat : ad hoc
fugam simulat, ut persequentem, missis post tergum
sagittis, occidat. Euidētibus quippe uitijs pro-
uocat, dum uirginitatem cordis impugnat, in quibus
si palam superetur, illico superbiam perniciosissime
x 3 iaculatur,

iaculatur, & uitiorum auctor, i eo quod uinere nō potest
 uitijs suis, uinat uirtutibus alienis. Armis, quibus elidi
 tur, surgit, et uirtute, qua deijatur, deijat. Laudat, qua se
 pspiciat superari uirtutē, ut uictus possit captius uincē
 tem. Inijāt enim cordi iactantiam, ut grauiori lapsu de
 alto possit deijere, si quos in humilibus uidet gradu fir
 miore pugnare. Nam (uerbi gratia) cum gula delecta
 menta porrigit, si suscipiatur, fomitē libidinis submini
 strat: si respuatur, iactantiam de abstinentia seminat. In
 sinuat dilectionē peunie, si tenuerit assensum, auariæ
 gladio aīam cōfodit i cautam: si aut fuerit repulsus, in
 sidias, quas p tenacitatē tendere nō potuit, per liberalita
 tē nequissimus tendit, & in ope misericordie faat cordis
 superbiā pullulare, ut eo q egenti largitur, magna sibi
 habere merita uideatur. In multis hæc faat, ut maxime
 sic repugnare spiritalis dei famulos & famulas assue
 uit, ut si quis rebus noxijs mortiferi s; non uinatur, ui
 talibus remedijs occidatur. Bonis opatur mala, salubri
 bus noxia, iustis iniusta, et commodis præstat incōmoda:
 Hoc in seipso primū operatus est, q nō ex cōditione ha
 buit originē criminis, sed ex elatione uirtutis ueritatem
 per iustitiā detinere uoluit, et p iustitiā lapsus, in ue
 ritate non stetit. Quō enim stare potuit, cui pro superbia
 reslitit ille qui nunq cadit? Initiū enī oīs peccati supbia,
 propter quod Deus superbis resistit, humilibus aut dat
 gratiā. Hæc aut supbia ideo initiū oīs peccati diatur,
 ut omne peccatum de ipsa, tanq de radice, pullulare mon
 stretur, quæ multipliā modo miseris inferens mortem,
 publico

Calliditio
 nis tētatio
 varia cōtra
 uirgines.

Superbia
 initiū om
 nis peccati

publico certamine carnales deijāt, spirituales uerò, si= quos incautos inuenerit, occultiore conflictu prosternit. Quis enim nesciat, fornicarios, idolis seruiētes, adulte ros, molles masculorū cōcubitores, fures, auaros, ebrios, maledicos, rapaces, superbas aduersus Deum cruias erigere, & nequissimis opibus magis diabolo militare? Sunt alij, quos in conspectu hoīm supbia tanq̄ suos de= monstrat hostes, & intrinsecus habet nequissimos mili= tes. Ab his iniquitas callide geritur, ut humanis obtuti= bus iustitia fallaciter ostendatur. Hos Dominus noster sic increpat: Vos estis, qui iustificatis uos corā hominibus, Deus aut̄ nouit corda uestra. Quos ut supbos euidenter ostenderet, sequutus adiunxit: quia quod hoīb̄us altum est, abominatio est ante Dominū. Ad eos etiam, qui sub Christiana professione uiuūt, et Christi præcepta mani= feste peccando cōtemnunt, sic ipse Christus loquitur: Quid aut̄ uocatis me Domine Domine, & non faciatis quæ dico? Tales gētiū quoq; Doctor his uerbis obiurgat: Cōfitētur se nosse Deū, factis aut̄ negāt, cū sint abominati & incre= dibiles, & ad omne opus bonū reprobī. Nā & Beatus Iacobus diāt: Quid proderit fratres mei, si fidē quis di= cat se habere, opa aut̄ nō habeat? Nunquid potest fides saluare eū? Humilitas ergo (quā docuit Christus, dicens: **Mat. ii. 10** Disātē à me, quia mitis & humilis corde.) nō in sola con= sistit fide, sed in fide simul & ope. Nā scriptū est: Quia & demones credunt & cōtremiscunt, qui tamē Deo hu= miles non sunt. Vnde etiam Apostolus Paulus asserit: Quia sapiētia carnis inimica est Deo, Legi enim Dei nō

Hypocrite
superbi
inēte.

Lu. xvi. 8

Mat. ii. 10

x 4 subijatur.

Duplex in
perbia.

subijatur. Nec enim potest, quæ sapientia secundum Iacobi sententiam non est, desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Manifesta igitur superbia deprehenditur, cum manifeste peccatur. Attamen cum furore iustitiæ iniquitas tegitur, illa superbiæ pestilentia uenenosius serpit, illa periculosius inrepat, cum ab his, qui iustitiæ studium gerunt, uel aliorum uita tanquam indigna despicitur, uel in operibus bonis aliquid humanis uerbis assignatur. Illa denique superbia, qua ceteri ab his qui sibi iusti uidentur uelut peccatores despicuntur, in Phariseo condennatur, sicut etiam sanctus Euangelista testatur, dicens: Dixit autem et ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum, ut oraret, unus phariseus, et alter publicanus. Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, rapaces, iniusti, adulteri, sicut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabato, decimas do omnem quæ possideo. Publicanus autem à longe stans, nolebat oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exultat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur. In conspectu iudicis misericordis et iusti, non est accepta superbia iactatio bonorum operum, sed humilis confessio peccatorum. Illi etiam, qui uirtutem bonæ uoluntatis aut bonæ operationis suis nituntur superbe uiribus assignare, ab Apostolo taliter denotantur: Quia ignorantes Dei iustitiam, et suam querentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti.

Parabola
Christi / de
phariseo et
publicano.

No. x. 21

subiecti. In sua igitur iniustitia profecto deficiat, quæ iustitiæ Dei superbia colla non subijciat. In his itaque quatuor superbiæ generibus, quibus diabolus uelut quadrigis uehitur, et ad gehēnam miserorū, quibus insidet, mortifero cursu rapitur, duobus animas opprimūt, quas in carne iacentes perspiat, alijs duobus animas deiciat, quas de carne uolare cognoscit. Istas captiuat delectatione uitiorū, illas arcane uel elatione uirtutū. Illarū sic uirginitatem præripit, ut se fornicari non dubitet, istas sic costuprat et maculat, ut se conculari non æstiment. Proinde, ut integra permaneat Deo dicata uirginitas, sicut custoditur integritas corporis, multo amplius custodienda est humilitas cordis. Si quæ enim uere uirgo est Christi, non potest Christo, nisi cordis humilitate coniungi. Filij Dei thalamus elatus non recipit, et humilis sponsus a connubio suo superbas expellit. Sit igitur studium tui (sicut decet uirginē sacrā) sectari iustitiā, pietatē, fidē, charitatē, paciētiam, mansuetudinē. Non tamē, ut consideratione tui quaslibet Christianas, etiā in inferiori positas professionē, despicias, aut te in bonis opibus, presumptione propriæ uirtutis, extollas. Quicquid enim spiritualiū donorū plus habueris quàm habēt aliæ, non parua est iactura uirtutis, si in ipsa principali uirtute (quæ est humilitas) non alias antecallas: cū non nescias scriptū: Quāto magnus es, humiliata te in omnibus, et corā Deo inuenies gratiā. Attēde igitur in te sponsi tui amorē, considera domini pietatē. Pius est dominus, qui te sibi fecit anallā, speciosus sponsus, qui te castificauit sponsam. Idē tamen, quæ uerus est dominus et sponsus est, uerus utriusque; patris par

Uirgo superba christi sponsa non est.

Christus est dominus et sponsus est uirginū / et humilitatem exigit et integritatem

321 AD PROBAM DE VIRGINITATE

tes exequitur. Exigit de analla humilē seruitutē, in sponsa
 querit integrā castitatē. Serui ergo domino cū timore, et
 exulta spōso cū tremore. Nā q̄a dominus est, territat: &
 q̄a spōsus est, zelat. Timēs igitur custodi domini terrētis
 impium, & tremēs dilige spōsi zelātis affēctū. In analla
 domini nihil suū prædo repiat, i spōsa Christi nihil suū
 adulter agnoscat. Sicut in corpe uirginis nō dominatur li
 bido sic in corde uirginis nulla dominetur elatio. Cū timo
 re & tremore tuā salutē opare, Deus est enī q̄ opatur i te
 & uelle & cōfiare, pro bona uolūtate. Quotiēs cogitas
 de p̄fectiōe uirtutū, noli cōsiderare, qd aliæ minus habe
 ant q̄ tu habes, sed qd tu minus habeas, q̄ habere iā debes:
 nec idco te putes uirtutibus p̄fectā, si q̄libet aliā uideas
 criminibus deditā: nec propterea tibi aliquid ueloātatis
 assignes, si quaslibet, aut retro redeūtes, aut segniter ui
 deas ambulātes. Neq; enim idarco sanos oculos habere
 pronūciā dū est lippus, q̄a uidetur cæcus à lumine peni
 tus alienus: nec idco sanus dicēdus est, q̄ graui iact uul
 nere seminiuus, si alius grauiore uulnere repiatur occi
 sus: nec ibi debet tāq̄ uictor uīdicare gloriā, quisq; licet
 ab hoste nō sit occisus, tenetur tamē ab hoste captiuus. No
 li ergo alijs te cōparare, sed tibi. Audi Apostolū hoc faci
 entē, & ut hoc faciāmus, salubriter ammonētē: ad Corin
 thios q̄ppe scribēs, diāt: Nō enī audemus iſerere aut cō
 parare nos q̄busdā, q̄ se ipsos cōmendāt, sed ipsi in nobis
 nosmetipsos metiētēs, & cōparātes nosmetipsos nobis.
 Si ergo semetipsam cōparet uirgo Christi, & ut ad p̄fe
 ctā pueniat sanitatē, nō debet de aliorū sibi piculo gra
 uiore

Philip. ii. b

Nō alijs s̄
 ibi p̄st de
 et se hō cō
 parare.

uiore blandiri, sed de sua curet infirmitate tristari. De qua ille tristabatur iugiter, qui dicebat: Toti die cōtristatus ingrediebar, quoniā † aīa mea impleta est inlusionibus, † et nō est sanitas in carne mea. Et ut ostēderet, huic tristitiæ humilitatē debere cōiungi, statī sequutus adiūxit: † Incarnatus sum, † et humiliatus sum nimis. Et ut de siderio sanitatis hoc à se fieri p̄doaret, adiūxit: Rugie bā à gemitu cordis mei, † et ante te est oē desideriiu meū, † et gemitus meus à te nō est absconditus. Iste autē qui hoc dicebat, fatetur se aliquādo tāq̄ de uirtute sanitatis elatū, † et in eo se piculū grauissimæ infirmitatis exptū. Diāt enim in alio psalmo: Ego dixi in abūdantia mea, non moue bor ieternū. Et qui hoc dicēs, adiutorio diuinæ gratiæ fuerat desertus, † et in sua descērat infirmitate, turbatus sequitur dicēs: Domine ī bona uolūtate tua præstisti decori meo uirtutē, auertisti faciē tuā à me, † et factus sum cōturbatus. Et ut ostēderet adiutoriū diuinæ gratiæ, quī iam habitum, humiliter esse sine intermissione poscendū, hoc quoq; subnectit: Ad te domine clamabo, † et ad Deum meū deprecabor. Nemo autē deprecatur † et rogat, qui non aliquid se cognoscat minus habere, aut quod habet, sua tantum uirtute potest seruare. Quisquis igitur † et beneficiū rogat, † et adiutoriū flagitat, necesse est, ut † et cuidētiā suæ imbecillitatis † et egestatis agnoscat. Et ideo egestas nostra dari sibi quod nō habet posat, † et imbecillitas nostra custodiri sibi postulat quod accepit. Egestas audit, qd enim habes, quod non accepisti? Et: nō pōt homo accipe quicq̄, nisi datum fuerit ei de cælo. Imbecillitas audit: Reuela

ad

† Alias libet
mei.† Alias afflic-
tus.

Psal. xxxix.

Adiutorius
diuinæ gra-
tiæ semper
poscendum

Psal. cxxvi

ad dominū uia tuā, & spera in eū, & ipse faciet. Audit etiā ab ipsa uirtute: Sine me nihil potestis facere. Audit à Propheta: Nisi Deus custodierit auitatē, in uanū uigilat qui custodiunt eā. Dicit ergo egestas illi, qui propter nos pauper factus est, cum esset diues, ut illius paupertate nos diuites essemus. Dicit: Da mihi intellectum, ut discam mā data tua. Dicit etiam imbecillitas illi, qui pro nobis cruciā fixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Et qui sic infirmatus est propter peccata nostra, ut semper ipse sit dei uirtus & Dei sapiētia. Dicit ergo illi imbecillitas humana: Custodi me domine, ut pupilla oculi, sub umbra aularū tuarū protege me, à faće impiorū, q̄ me afflixerunt.

Psalm. xvi.

Sācti quoque in hac uita anime haēt afflictiones propter incidētes cogitationes.

Gravius hic affliguntur anime oīm iā iustificatorum & ex fide uiuentiū, imò sole anime intelligūt, in qua sint afflictione posite, quibus se infundit lumē uerū, quod illuminat oēm hoīem ueniētē in hūc mundū. Vidēt enim, quia licet sint gratiæ dono ab opum malorū contagiōe liberæ, teneātur tamē cogitationū uarietate captiue. Quis enim gloriabitur astum se habere cor? aut quis gloriabitur mundū se esse à peccatis? Attendimus qualis quantūsq; iustus dixerit: in multis enim offendimus oēs. Et ille qui dixit: Si dixerimus, quia peccatū nō habemus, nos ipsos seduāmus, & ueritas in nobis non est. Ille etiā qui cōdelectabatur legi Dei secundum interiorē hominē, uidebat aut aliā legem in membris suis, repugnātem legi mētis suæ, & captiuāntem eū in lege peccati, quæ erat in mēbris eius, donec eum suæ infelicitatis consūū, de corpore mortis huius liberaret gratia Dei per Iesum Christum
domi

dominum nostrum. Ab hac ergo lege peccati, quæ est in membris nostris, nõ uirtus cuiuslibet hoĩs fortis, nõ industria sapiẽtis, sed sola liberat gratia saluatoris, quæ non nisi hiũlibus gratis datur. Decus enĩ supbis resistit, humili- Jaco. iiii. b bus autem dat gratiã. Veruntamẽ hæc gratia, sicut non nisi humilibus datur, sic humilis homo esse nõ potest, nisi detur. Datur enĩ ut humiles esse inapiãt, et datur, ut humiles esse nõ desinãt. Gratia igitur Dei faãt, & ut humiles simus, & humiles pscuerare possimus. Qui enĩ potuit quod nõ habuimus dare, ipse potest, quod accipimus custodire. Proinde, ut in te sit uera humilitas, quæ uirginitatis est interna uirginitas, non ignoras, quanta sacræ uirgini debeat paupertas spũs inesse, ut regnũ celoruũ mereatur accipere: quanta mãsuetudo, ut illa possideat uiuẽtiũ terrã, in qua se David bona domini uisuruũ plena credulitate confidit, quanta etiã cautione uirgini luctuosa sit presentis seculi lætitiã fugiẽda, cui semper in hac uita prestolanti sponsi cælestis aduentũ, magis sit ex desiderio spiritali lugendũ, ut adipiscatur intimũ certũq; solatiũ: quanta quoq; uirgo christi debeat esuriẽ sitimq; iustitiæ pperti, ut plena mereatur æternæ dulcẽdinis sacẽtate letari: qualibus etiã sit induẽda uisceribus misericordiæ, ut i conspectu dei misericordiã ualeat inuenire: mundandiq; cordis quantũ debeat inesse sacræ uirgini studium, ut illũ uidere mereatur sceliãbus oculis sponsum, speciosum forma præ filiis hoĩm, ad quem carnis uirginitas nõ põt peruenire, nisi humili corde fulãatur uirtute uirginitatis internæ: quanta etiam paãficæ quietis uirgõ precepta pro sanctis uirginibus ex scripturis deductã possit

325 AD PROBAM DE VIRGINITATE

possidere uirtutē debeat, ut desideriorū carnaliū tela spiritalibus armis iduta cōpesat. Talibus te spōsus tuus uti fruiq; monilibus cupit, qui te sibi fide despōdit, spe firma uit, charitate coniūxit. Neq; uerò fidei ueritate carnisq; integritate spiritaliter tali spōso nupsisses, si nō eū, cōtēpta uisitate sæculi, dilexisses, nec tamē eū fuisses aliquatenus dilectura, nisi fuisses gratuita sponsi dilectione præuēta. Dixi autē te præuētā, nō solū dilectione, quæ ille te dilexit, sed etiā dilectiōe, quā tibi gratis, ut à te diligeretur infudit. Totū ergo quicquid in te sanctæ dilectionis erga sponsum tuū habes, in te quidē habes, sed ex te non habes. Pauperē te accepit ditissimus spōsus, quicquid in te boni habes, nō ex te sed ex ipso habes, & quicquid nōdū habes tūc habebis, si spōsus dederit, quæ oīa bona quæ habes, gratuita largitate iā dedit. Ipsi ergo de acceptis humiliter gratias age, ipsum de accipiēdis hūiliter postea. Sic enim diuitē sponsum habes, ut nec egeat his quæ dedit, & abundet ad largiēdum multo meliora quæ dedit. Hæc humili semper cōpunctione considera, & uirginitatem, quā Deo uouisti, non solū carnis integritate, sed & cordis humilitate conserua. Ab illo tibi semper custodiā uirginitatis & humilitatis exposcens, qui non dormit & uit neq; obdormiet custodiēs Israel. Ecce sancta filia, inquit Dominus dedit, breuē ad te libellū de uirginitate & humilitate conscripsi, magis eligēs, pauca tibi desideranti transmittere, quàm debitæ seruitutis officium sponsæ Domini denegare.

Op^o bonū gratia dei in nobis puenit.

Diues uirginis spōsus

Quō seruanda uirginitas.

Conclusio lib. 1.

B·F·V·L·G·E·N·

326

TII EPISTOLA QVARTA, AD PRO·
BAM, DE ORATIONE AD DE·
VM, ET COMPVNCTIO·
NE CORDIS.



OMINE IN CHRIS·
TO plurimum uenerabili,
& cum omni honorifican·
tia noiandæ famulæ Dei,
filie Probe, Fulgentius
seruorū Christi famulus,
in Domino salutē. Epi·
stolam sanctitatis tuæ, cū
totā cordis gratulatiōe, su·
sæpi, non solum studium

Humilitas
Probe/om·
nib⁹ imitā·
da cōtra va·
nā gloriā

boni opis, sed etiā hūilitatē cordis tui certis indicijs præ·
ferētē. Bene igitur, sancta filia, in laudē Dei, nō de bonis
opibus superbiæ uēto extolleris, sed ad implēda Domini
præcepta infirmitatē inuolidā q̄; testaris. Ita debet senti·
re, quisquis uerbi dei nō auditor obliuiosus, sed factor
opis esse desiderat, q̄ nō hic ab hoībus reāpe mercedē su·
am, sed à Deo in die retributiōis expectat, qui nō in præ·
senti tpe ianis gloriæ uanitate raptatur, sed sancto igne
diuini amoris accēditur. Hūc enī Christus uenit mitte·
re in terram, ut omne superbiæ germen exurat, & humi·
liatio cordi seruorem sanctæ compunctiōis inijāat.

Luc. xij. ʒ.

Sic fit

Orō et cor-
dis cōpun-
ctio a deo/
vt infundat
expōscēda.

Quō de^o est
auctor bo-
ni operis
nostri.

Sic fit ut in nostris peccatis nosmetipsos ueraāter accuse-
mus, & ī bonis operibus nostris Deū uera cordis humili-
tate laudemus. Illi assignemus, quæ nobis eius pietas do-
nat: nobis imputemus, in quibus eū nostra infirmitas exa-
crbat. Et quia frequēter à nobis offenditur, necessariū
est, ut frequēti oratiōe, & iugi cordis compūctiōe miti-
getur. Cōpūctio enī cordis exātat orationis affectū, ora-
tio humilis diuinum promeretur auxilium. Compunctio
cordis uulnera sua respiciat, oratio uerò medelā sanitatis
exposat. Et ad hæc quis idoneus? Quis enī uel orare cō-
petēter ualeat, nisi medicus ipse nobis iniūū desiderij spi-
ritalis infundat? Aut quis perseuerare ī oratione que-
at, nisi Deus in nobis hoc quod cœpit augeat, quod sem-
nauit enutriat, & quod, misericordia prædēte, gratis
donauit ī dignis, ad effectū perfectiōis, misericordia sub-
sequēte, pducat? Sic enī à nobis poterit boni operis me-
ritū nō perire, si deus auctor atq; adiutor semper glorifi-
catur ī opere, nec putemus, sic eū auctore boni operis ex-
timandū, tanq̄ in ipso tantū creatiōis exordio sic Deus na-
turæ humanæ boni operis facultatem dederit, ut ipsius
adiutorio desistente, sola per seipsa possit humana natu-
ra quodamq; bonum uelle seu facere, cum hoc nec ī ipso
primo homine potuerit sola implere conatu proprio, quā-
do necdum fuit uitata peccato. Quomodo ergo infirma,
sine iuusmine mediā, sospitatem suam reparare potue-
rit? quæ dum sana esset, sospitatem suam custodire nequi-
uit. Nō ergo gloriatur terra & ānis, quia in uita sua pro-
icāt intima sua, nec nulneratus, de hoc, quod in se sanū
existi-

existimat, tanquã sanus exultet, sed suorum uulnerum putredinem compuncti cordis humilitate consideret, ut clamãs cum propheta (Computruerunt & deterioratę sunt acatrics meę, à facie insipientię meę) possit medelã, non suo merito, sed gratuito munere diuinę pietatis accipere. Quid enim habet homo, quod non accepit? Si aut accipit, quid gloriatur, quasi nõ accepit? Solus igitur Deus potest omnibus, quibus uoluerit, dare, unde uera salus acquiri possit: & ideo solus potest in accipiente custodire quod dederit. Nisi enĩ dominus custodierit ciuitatē, inuanũ uigilant qui custodiunt eam. Ille itaq; non patietur furtiuum nequissimi prædonis ingressum, cui nõ defuerit domini uigilantis auxiliũ. Ipse enĩ nõ dormitauit, neq; obdormiet, qui custodit Israhel. Sicut aut, qui ad patriam tendit, donec perueniat, semper habet ubi ambulat, sic etiam nos, q̃diu in hoc mortali corpore consulti peregrinamur à domino, præsens uita nobis est uia, in qua semper habemus ubi possimus proficere, donec Deo perducente, ad illã ualeamus beatę immortalitatis eternam patriam peruenire. Magnę igitur beatitudinis est, si i præsemi uiuere sæculo, ut profectui spiritali ois fidelis operam det, nec tamẽ hoc suis aliquãdo uiribus superbus assignet, sed humili corde à deo postulat, iugem custodiam accepti muneris, à quo emanat totius bonę, nõ tantũ prinãpiũ, sed etiam pfectio uoluntatis. Neq; enim Iacobi Apostoli prædicatio, aliqua potest argumentatione cassari, dicens: Omne datum optimum, & omne donum pfectum desursum est descendens à patre luminũ.

psal. xxxv

In hac uita
semper pro
ficere debe
mus.

y Nec

Non potest homo
ex se absque
dei gratia
quicquam boni
operari, ne
velle quidem.

Nec quisquam hominum, siue ad cogitandum, siue ad operandum quodcumque bonum, potest esse idoneus, nisi fuerit munere gratuito diuinae opitulationis adiutus. Deus est enim qui operatur in suis & uelle & perficere pro bona uoluntate, sicut Vas electionis affirmat: quo etiam doctore cognouimus: Quia non sumus idonei, cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Ille igitur nobis omnem boni sufficientiam subministrat, cuius non minuitur plenitudo cum donat, qui nobis omne bonum benigne largitur, ut habeamus, et in seipso sine diminutione permanet plenus: quod nec angelica potest, nec humana prestare natura, ac sic, nulla, licet spiritalis, tamē creata substantia: quia omne quod creatum est, sicut antequam crearetur non fuit, sic antequam acciperet habere non potuit, & sicut subsistere non potest sine illius operatione qui fecit, sic bonum non potest uelle seu facere, nisi Deus dignetur iugiter adiuuare. Ab ipso nanque est initium bonae uoluntatis, ab ipso facultas boni operis, ab ipso perseuerantia bonae conuersationis, ab ipso datur in presenti saeculo uera cordis humilitas, & in futuro retributionis aeternae felicitas, ut ipsi sine fine felices, qui nunc sine fictione sunt humiles. Nec se inflatione uana seducunt, in qua sic non potest esse bonis plena securitas, ut tunc facilius aduersitas subrepat, cum se prosperitas fraudulentem ostendat. Nec est aliquod huius uitae tempus, in quo non hominibus in usapulam tendat inimicus, cuius laqueos nemo potest proprijs uiribus euadere, nisi quem deus gratia sua percipsum

Laqueos diaboli per se
absque dei
gratia nullus
euidere
potest.

Iesum Christum dominum nostrum dignatus fuerit libe-
 rare. Ideo *Vas electionis*, cum captiuari se in lege peccati
 sentiret, exclamabat dicens: Infelix homo ego, quis
 me liberabit de corpore mortis huius? Gratiæ dei per Ie-
 sum Christum dominum nostrum. Propterea etiam pro-
 pheta, non sua uirtute, sed diuino munere, pedes suos è
 laqueo prædicat euellendos, dicens: Oculi mei semper
 ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes me-
 os. Et alio loco, ex persona sanctorum, quos de huius
 sæculi laqueo liberatos, ad æternam dignatus est domi-
 nus securitatem lætitiæque transferre, sic dicitur: Ani- Psal. cxxii
 ma nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium,
 laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Verun-
 tamen, ut suam animam unusquisque nostrum inter ad-
 uersitates & laqueos inimicæ uersari cognoscat, nec in hoc
 sæculo noxia unquam securitate torpescat, idem prophe-
 ta dicit: Tota die contristatus ingrediebar, Quoniam Tota die
 anima mea impleta est inlusionibus, & non est sanitas in contristatus
 carne mea. Quid est autem: Tota die contristatus ingre- ingredie-
 di, nisi totius huius uitæ tempore, peccatorum recorda- bar.
 tione tristari? in quo enim anima inlusionibus impletur,
 nisi cum concupiscentiarum carnalium frequēti tentatione
 concutitur? Quibus etsi consensione non cedit, fatigatione
 lassescat. Quæuis enim subinde suis dominus in certami-
 ne, ne deficiant, adiutoriū tribuat, permittitur tamē fati-
 gari propriæ infirmitatis onere prægrauiata mortalitas,
 sed cum in seipsis nullum uirtutis inuenit firmamentum,
 ad poscendum diuinæ pietatis atque recurrat auxiliū. Hic
 y 2 ergo

Eccle. xxxv ergo tunc aduersariū uincimus, si lachrymis & orationibus & continua cordis humilitate pugnaueris: Scriptum est autem, quia oratio humilium nubes penetrat, et non elongat dominus, donec exaudiat. Humilium ergo fletus, magnus est concupiscentiæ carnalis interitus & Lachrymæ, quæ ex cōpunctione cordis ueniūt, & inimicū uincūt, et nobis donū letitiæ triūphalis acquirūt. Qui enī euntes eunt & flent, mittētes semina sua, ipsi uenientes ueniunt in exultatione, portantes manipulos suos.

Elites ibāt
et sicbant
mittētes se-
mina sua

Quam bene autē sanctus propheta semina bonorū operum riganda docet flumine lachrymarum. Omnia etenim semina non germinat, nisi fuerint irrigata, nec de semine procedit fructus, si fuerit aquarum iuuamine destitutus. Proinde nos quoque, si uolumus fructus nostrorum seminum capere, non desinamus semina nostra lachrymis irrigare, quæ magis corde sunt fundendæ quàm corpore. Ideo nanq; nobis dicitur per prophetam, ut sãdamus nostra corda, & non uestimenta nostra, quod tunc facere possumus, cum saliet recordamur nosmetipsos, & si non in opere, saltem in cogitatione frequenter delin-

Sap. ix. D.

quere. Quia terrena inhabitatio sensum multam cogitationem deprimit, & terra nostra germinare spinas nobis & tribulos non quiescit, nec possumus peruenire ad esum panis nostri, nisi fuerimus sudore uultus & fatione confecti. Fatigamur enim sudoribus, dū proprijs cupiditatibus repugnamus. In quibus uincēdis, idcirco maior est certaminis difficultas, quia non extrinsecus ex alio, sed intrinsecus ex seipso certanti homini concupiscentiæ

fatigatio
nostra in re
sistēdo cōcu-
piscentijs.

tiæ

tiæ carnalis generatur aduersitas, quæ fatigationem ingerit humanæ imbecillitati dum nascitur, quamuis diuinæ uirtutis opitulatione uincatur. Caro enim concupiscat aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, ut non quæcunq; uolumus illa faciamus. Hinc est, quod nondum deo sumus omnino subiecti, quia ex nobis nascitur, quod diuinæ renititur iussioni. Nam licet ex gratia dei sit uoluntas nobis bona, quæ nos Deo reddat humiles, non nobis tamen deest prauæ cupiditatis exortus, qui nos faciat contumaces. Per Dei ergo gratiam sumus iam Deo ex parte subiecti, per culpam uerò nostram sumus adhuc ex parte non subditi. Propter quod ad Hebræos dicitur, necdum omnia Christo esse subiecta. Sic enim ait: In eo enim quod ei subiecit omnia, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei, subiecti sumus igitur Deo, ex eo quod ipso in nobis operante cõdelectamur legi Dei secundum interiorem hominem: Necdum autem sumus subiecti, ex eo quod uidemus aliam legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostræ, et captiuam nos in lege peccati, quæ est in membris nostris. Subiecti sumus Deo, quia ipsius miseratione eripimur à tentatione: (ipsi enim cantamus: A te eripiar à tentatione.) sed necdum sumus omnino subiecti, quia tentatio est uita hominis super terram. Subiecti sumus Deo, in quo gressus nostros dirigit secundum uerbum suum, ut non domineatur nobis omnis iniquitas: sed necdum sumus omnino subiecti, quia in multis offendimus omnes. Subiecti sumus,

*psal. xvii.
ii. Cor. x. 3*

2 3 inquamur

inquantū ipso donante, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus: sed necdum sumus omnino subiecti, quia etsi habemus ex dono Dei, ut mente seruiamus legi Dei, habemus tamē ex reliquijs peccati, ut carne seruiamus legi peccati, Propter quod Apostolus dicit: Igitur ipse ego mente seruius legi Dei, carne autē legi peccati. Omnis enim qui nunc iuste uiuit, carne quidem seruit legi peccati, dum in se nascā carnalem concupiscentiam sentit, mente autem seruit legi Dei, quia eidem carnali concupiscentiæ non consentit. Carne seruiamus legi peccati, dum filij Babylonis nascentes, inquietant animam nostrā: sed mente seruiamus legi Dei, cum ijdē paruuli Babylonis eliduntur ad petram. Babylon enim confusio interpretatur, cuius filia est omnis carnalis cupiditas, quam cordis confusio generat. Quamdiu autē in corpore peregrinamur à domino, partus suos nobis iegerit ista confusio. Ex ipsa qui ppe confusione omnis praua cogitatio nascitur, quæ paruula tunc ad petrā eliditur, dū æleri recordatione atq; opitulatione Christi superata calcatur. Igitur licet habeamus, unde gratias agere Deo debeamus, quia nos sibi gratuita miseratione subiecit, ut humiles simus: habemus tamen, unde continuis præabus diuinas aures pulsare debeamus, quia quamdiu in hoc mortali corpore sumus, sicut non possumus sine peccato esse, sic necdum ualemus perfectam humilitatem diuinis iussionibus exhibere. Propter quod agendæ quidē sunt gratiæ Deo, inquantū nobis donat, ut bene operemur, ne muneribus eius existamus ingrati: et danda est opera, ut ad

Ro. vii. d.

paruuli eliduntur ad petram.

Et gratias agere et continuis præabus effundere deo debemus.

ut ad meliora proficiamus, ne mortiferam in adamus superbi-
 am, si conuersationē nostrā putemus ex omni parte perfectam. Proinde gemamus & fleamus corā domino qui sciat nos, ut à concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum, & superbia sæculi, quæ non est ex parte, sed ex mundo est, liberet nos, et ad illam nos subiectionem perducat, in qua nobis nihil repugnet ex mortalitatis uitio, sed ex immortalitatis dono totum, quicquid in nobis est, fiat subditum Deo. Tunc enim erit in nobis uera, perfecta, et exalsa humilitas, cum & in carne, et in mente nostra, nulla remanserit praua cupiditas, nec cogitationibus fatigabitur spiritus, nec laboribus macerabitur corpus, nulla erit sollicitudo certaminis, sed perfecta erit securitas pacis, nulla nobis erit iustitiæ indigentia, sed cum delectatione saturitas plena. Ibi erimus enim perfecta æstusidine beati, quia perfecta erimus Deo carnis & spiritus humilitate subiecti. Ibi nec minor erit laudatione nostra dilectio, nec inferior dilectione laudatio. Erit enim plena nostra laudatio, quia tunc in nobis erit dei proximique perfecta dilectio. Tunc laudabimus & habebimus, tunc habebimus & amabimus, tunc satiabimur cum delectatione, & delectabimur cum satietate.



In hac uisione fleam⁹ ut in patria sum⁹ quieti.

Qualis in celo beatitudo.

B. F. VLGENTII

TII EPISTOLA QUINTA, AD EGYPTIVM ABBATEM, DE CHARITATE ET EIVS DILECTIONE.



OMINO BEATISSIMO, & plurimum venerabili, ac toto charitatis affectu desiderabili, sancto fratri & conpresbytero Eugypio, Fulgentius, seruatorum Christi famulus, in Domino salutem.

Vtinam sancte frater, tantam meo facultas suffra-

Dulcedo ex lectione literarum inapplicabilis. garetur eloquio, ut ad explicandam spiritalem, quam ex tuarum literarum lectione percipi, dulcedinem uerba sufficiencia reperirem, quod dum uolo, nec ualeo, mirum mihi aliquid euenisse cognosco, uides gaudium, quod ex tuis sermonibus sumpsi, non posse meis sermonibus explicare. Nempe, quod mihi scripsisti, postquam cogitatione inuentum dispositumque est, sic in literas digestsisti, ut aut ipse manu scriberes, aut ore dictares. Vnde igitur factum est, ut os meum dilectionem dictando parere non possit, quam cor meum ex tui oris dictatione concepit, quae est inops opulencia, uel opulenta inopia, ut eo minus mihi sermo sufficiat, quo me magis affectus instigat? Et quod ideo loquor, quia delector, minus eloquar quam delector.

Quid

Quid rogo est hoc, quod eloquio significare uolo, nec uo-
leo? Nimirum aliquid est, quod sic corporali eloquio si-
lōue significatur, ut tamen non corporaliter, sed spiritali-
ter habeatur. In spiritalibus autem donis, primus fru-
ctus est charitas. Vnde non inordinate eam uas electio-
nis ita posuit, fructus autem spiritus est Charitas, gau-
dium, pax & cætera. Alio quoq; loco, præcipuum quid-
dam cælestium uoluit significare charismatum, cum dice-
ret: Quia charitas diffusa est in cordibus nostris per spi-
ritum sanctum, qui datus est nobis. Hec charitas, quam
spiritus sancti dono, cum indigni essemus, accepimus, tam
bona, tã sancta, tam immensa est, ut eã etiã qui habet in
corde, nunquam possit sermonibus explicare. O qualis
charitas, multum miranda, multum laudanda, multumq;
diligenda. Veruntamen non omnes, qui charitatem
mirantur & laudant, statim diligunt charitatem.
Et ideo, nisi eam quisq; diligat, nihil ei proderit, q; eam
miratur & laudat. Tunc autem fructuosa est amiratio
charitatis & laudatio, si non desit in admirante atq;
laudante dilectio. Sed nunquid, sicut eam possunt ammi-
rari atq; laudare, qui eam non habent, ita possunt eam
diligere, qui eam necdum habent? Nequaquam. Charitas
quippe ipsa est dilectio. Quomodo autem dilectionem
iam diligit, qui dilectionem habere non coepit? Nam ec-
ce multa uisu corporco uidemus, ubi non hoc est ipse ui-
sus, quod est illud quod eo uidemus, quia illud ẽ sensus,
quo uidemus, illud autem sensibile, quod uidemus.
Et cum illud, quod uidetur, ab oculis tollitur, si sanitas in-

Charitas
primus fru-
ctus spirita-
liu donorum

Charitates
nō diligit
qui eã non
habet.

est oculis, sic illud quod uidebatur, à sensu uidentis auferatur, ut ipse sensus à uidente nullatenus auferatur. Ita fit, ut uidendi sensus in homine maneat, quamuis ab eo quod uidebatur uisus ipse discedat. At cū charitas diligitur, q̄a nō nisi dilectiōe diligitur, nō potest homo, tāq̄ oculū corpis à quacūq; re uisibili, sic à charitate intentionem auertere dilectiōis, ut possit & charitatē nō diligere, & dilectionē habere. Charitas quippe, id est, dilectio, nullatenus diligitur, nisi dilectio habeatur, qua ipsa dilectio diligitur. A seipsa igitur dilectio diligitur, quia tūc diligitur, cū habetur, nec diligitur nisi habeatur. Equi dē potest diligi à nobis etiā cū petimus, ut augetur in nobis, sed non diligit eius augmentum, qui non habet inicitum. Non ergo sic charitas diligitur, sicut nummus aut aliquid eiusmodi. Potest enim quisq; unum non habere nummum, & multitudinem diligere ac desiderare nummorum. Diligit ergo iste nummorum multitudinem, cum ne unius quidem nummi habeat facultatem. Apud se unū nummum non inuenit, & foris nummos innumerabiles querit. Hoc & in ceteris rebus corporis inuenimus, ut aliquid eorum possit diligi, ita, ut hoc ipsum quod diligitur, nulla ex parte habeatur. Est tale quiddā & in plerisqueq; spiritualibus donis. Velut, si quis diligit (uerbi gratia) ut habeat prophetandi donū, quod nullus negat, iter dona spiritualia literis Apostolicis contineri. Alij quippe datur per spiritum sermo sapiētiae, (sicut Vas electionis affirmat) alij autem sermo sciētiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum

Nō diligit
charitas si-
cut pecunia

Nō diligit
charitas si-
cut alia do-
na spiritus

in

in uno spiritu, alij prophetia, alij dijudicatio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Cum igitur, ut de cæteris taceamus spiritualibus donis, possit diligere prophetia nec haberi: charitas tamen non habetur, si non diligatur, nec diligitur, si non habeatur. Ideo cætera sancti spiritus dona, id est lingue, prophetia, sacramentorum scientia, fides, facultatum in pauperes distributio, corporis quoq; ipsius exustio, possunt hæc haberi sine uoluntate bona: ad hoc saliet, ut habentem onerent, non honorent. Charitas uero sine bona uoluntate non potest haberi, quia uoluntatem, in qua charitas fuerit, malam fieri nõ permittit. Charitas enim nec agit perperam, nec cogitat malum. Et quia non gaudet super iniquitate, nec esse est, ut in qua est, bonam faciat uoluntatem. Maliuolus ergo animus non impendit charitatem alteri, quia non habet sibi. Cum autem cœperit habere exordium, ut ita dixerim, charitatis, nec maliuolus potest esse nec sterilis.

Et quia donec permanet in charitate, in deo permanet, & Deus in illo manet, semper habebit, si eam semp impenderit. Quando autem eam non impenderit, non habebit. Propriũ est enim charitatis, quod ad arsum presentis atinet uite, ut in eo q eã erogat, crescat, ab eo autẽ, qui sibi tantũ habere uoluerit, sine dilatione discedat. Ille igitur eã magis habebit, q libẽter impenderit. Quia sicut eã nec impẽdere põt nec habere maliuolus, sic nec habet eam quisquã nec impẽdit inuitus. Homo ergo beniuolus est

Cetera dona sine bona uoluntate haberi possunt: charitas nequaquã.

Qui manet in charitate / in deo manet et deus in eo.

est domialium charitatis. Hoc autem nomen, id est, *beniuolus*, ex bene & uelle compositum est. Si ergo alteri quisquam male uelit, in quantum male uult, *beniuolus* non est: ac per hoc *maliuolus* est. In *maliuolam* autem animam non introibit sapientia. *Maliuolus* autem homo ille proprie dicitur, non omnis qui uel sibi uel alteri contrarium aliquid cupit aut posat, sed qui nocendi uoluntatem gerit, siue bonum siue malum possit esse quod cupit. *Voluntas* autem uel bona uel noxia, non ex officio, sed ex fine rei est cuiusque pensanda, quia non ex eo quod facit, sed ex eo propter quod facit, qualitatem suae quisque uoluntatis ostendit. Nam & Paulus contrarium sibi aliquid uolebat, cum posceret, ut ab eo stimulus auferretur, quem salubriter aduersus uitium elationis acciperat, nec tamen habuit *maliuolam* mentem, quia uoluntati suae contrariam gereret uoluntatem. Vt enim a se stimulum, quo colaphis abatur, rogaret auferri, salutem corporis sui plus uolebat praedicationi prodesse quam sibi, non querens, quod sibi utile esset, sed quod multis, ut salui fierent. Illis ergo uolebat prodesse hospitalem suam, quibus suam prodesse sciebat & uitam. Denique cum desiderium haberet dissolui, & esse cum Christo, quod esset multo melius, sciebat tamen manere in carne, necessarium esse, propter illos, in quibus Apostolatus ministrabat officium. *Charitas* ergo cum Christi urgebat, siue cum a se stimulum rogaret auferri, siue cum in carne, quis aliud desiderans, cuperet immorari. Coartabatur enim latitudine *Charitatis*, ut & cum Christo desideraret esse, & officium

Voluntas
bona / non
ex officio/
sed ex fine
est

ii. Cor. xii b

fiãum uellet piæ necessitatis implere. Charitatem igitur utrobique dilexit, quam semper bona uoluntate sperauit.

Quisquis itaque secundum charitatem (quæ Deus est) diligit fratrem, ipsam in eo quæ maxime diligit charitatẽ.

In dilectione proximi diligitur et charitas.

Ideo cum saluator noster Apostolos suos nouo dignaretur innouare mandato, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut inuicem diligatis: iubens per se fraternitatem diligere, ipsam quoque charitatem fraternitatis per Apostolum Paulum præcipit diligendam. Christo enim in se loquente,

Rom. xij. c

gentium Magister uult nos dilectionem habere sine simulatione, odientes malum, adherentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Hinc est, quod in undecimo confessionum libro Egregius ille doctor, Beatus scilicet Augustinus, cum Deo amorem suum, quem ut cum diligeret, ab ipso acceperat, confiteretur, ait: Iam dixi et dicam, amore amoris tui factio istuc. Psalmum quoque ceterisimam

duodeuigesimumque exponens, cum illius locum intelligentiam explanaret, ubi dicitur: Incola ego sum in terra, ne abscondas à me mandata tua: post aliquis sic ait: Quid autem diligendum diligitur, si ipsa dilectio non diligitur?

Vnde consequenter iste incola in terra, cum Dei mandata, ne absconderentur, orasset, in quibus dilectio præcipitur, uel sola, uel maxime, et ipsius dilectionis dilectionem se uelle habere proclamat, dicens: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Nonne tibi uidetur aperte prophetice atque Apostolicis dictis tracta Beati Augustini de diligenda dilectione sententia? Quomodo dilectio Dei et proximi, quæ plenitudo

Ps. cxviii. c

341 AD EUGIPI. DE CHARITATE

Dilectio
dei est: ori
mi et vera
charitate.

tudo legis, finisq; præcepti est, & in Deo charitatem diligit, quæ Deus est, & in proximo charitatem diligit, quæ ex Deo est. Tunc enim recte Deus proximúsq; diligitur, si & in Deo & in proximo ipsa charitas diligatur. Ita fit, ut & in Deo ipsum Deum, & in proximo Deum, sine dubio diligamus. Neq; enim frustra post dilectionem Dei, non alia nisi proximi sola nobis est mandata dilectio: scilicet, ut agnoscamus, illam creaturã nos debere diligere, ubi charitatem ipsam possumus inuenire. Omne namq; animal irrationale, sicut non habet rationem, sic non habet charitatem. Nec aliud mihi uidetur esse ratio præcipua, quàm competens atq; ordinata dilectio, quæ ab homine soli deo debetur ex proximo. Vide sancte frater, quàm prolixum tecum conserui de charitate sermonem, dum nimis in te, ipsam diligo Charitatem. Quam utiq; ipse quoq; in nobis diligit. Nec ob aliud, nisi quia hæc in nobis sic amas, qua dono Dei plenus es, ut etiam quos diligit, similiter plenos esse desideres. Hoc ergo superest, ut quia nos pure diligit, instanter pro nobis orare digneris, ut deus qui nos prior dilexit, & dedit nobis charitatem, qua diligatur à nobis, sicut non habentibus, ipse eam, gratia præueniente, largitur, sic in nobis omnes reliquias mundanæ cupiditatis absumat, et nos spiritu seruietes in charitate perficiat. Illiusq; nos faciat beatitudinis cõpotes, in qua sicut nulla est delectatio praua, sic nulla mors timetur ex pœna, ubi nihil quisq; ex carnis fragilitate perperitur, sed ab omnibus sanctis in Dei & proximi perfecta semper charitate regnatur. Orantem

pro

Cõcto libri
ut ex chari-
tate pro no-
bis inuices
oremus.

pro nobis sanctitatem suam, clementia diuina custodiat, quod opto domine sancte ac beatissime frater. Dominus Ianuarius sanctitatem tuam toto salutat puritatis, & plenæ rationis affectu. Benedictionem à uobis directam, tota cum exultatione suscepi. Libros sicut præcepisti, ad Monimum datos, in quaternionibus destinavi, in quibus, si aliquid placuerit, utinam ueritatis, & non solum amoris esse cognoscam. Hi sunt igitur meæ paruitatis oblatio, quam uobis faciet puritatis uestri cordis acceptam. Suggestione fratris communis accepta, queso, ut adiutrix adsit uestræ charitatis industria. Obsecro ut libros, quos opus habemus, serui tui describāt de codicibus uestris.

••

B. F. VLGENTI

TII EPISTOLA SEXTA, AD THEO-
DORVM SENATOREM, DE CON-
VERSIONE A SAECVLO.



Occasione:
scribēde e-
pistole ex
amicis

OMINO ILLV-
stri, & merito insigni, ac
prestantissimo filio Theo-
doro, Fulgentius seruorū
Christi famulus, in Domi-
no salutem. Vt igno-
tus corpore uidear episto-
lari tibi meam notitiā in-
ferre sermone, quæso ne

ī pudētia de putes, neue ī portunitati opus charitatis adsi-
gnes. Adscribendum nanq; primum Sancti fratris Ro-
muli dulcis epistola. Deinde fratrum exinde uenantiū,
qui à uobis in Domino benigne suscepti sunt, co me ma-
gis suscio compulit, quo uestri spiritualis propositi cog-
nitio libentius inuitauit. Retulerunt quippe q; Christi cō-
pulsus affectu, nostri nominis in conloquio benigne fœ-
ris mentionem, dicens te nostra epistola delectari. Libēs
igitur fœa, quod te uelle libenter agnoui, malens in altus
uideri sermone, q̄ esse frigidius charitate. Domine inlus-
tris & merito insignis ac prestantissime fili. Itaque
multū

multum gaudeo, q̄ iam secularis dilectionis nexibus nō teneris, & mundū contemnēdo calcas, à quo cum cum diligeres, calcabaris. Nunc uerò consulatu proueberis, nūc fœliā triumpho certissime sublimaris, non cui populus Romanus applaudit, sed cui angelicus cœtus adgaudeat. Beatus es, quia hoc non caro & sanguis reuelauit tibi, sed ille pater qui est in cœlis, inter quos cœlos et tu factus es cœlū. Quantū putas inesse luctū diabolo, q̄ à te cōtemptum perspiat mundū, et te cōuersum cognoscat ad Christum, q̄ te uidet ea, in quibus uideris esse, deserere, & ab amore temporalium terrenarūmq; rerū, ad illa cœlestia et æterna, iam corde migrare? Quāuis enim Christus equaliter sit pro cunctis fidelibus mortuus, et equalē cunctis beneficiū redemptionis impenderit (dicente Apostolo: Quicumq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est seruus neq; liber, nō est masculus neq; foemina, oēs enim uos unum estis in Christo Iesu.) tamē conuersio potentium sæculi multum militat acquisitionibus Christi. Sicut enim multi fratres & amia, cliētes & subditi, noti pariter & ignoti, taliū Authoritate, ad mundanæ dilectionis exātantur ardorē, & eo magis igne secularis cōcupiscentiæ succendūtur, quo sublimes sæculi dilectione mūdāna libenter captiuos teneri conspiciunt: ita quotiens ille, q̄ respiciat in terram, & faciat eā tremere, qui tangit montes, & fumigabunt, dum terrenis rebus intenta corda misericorditer respiciat, & cōsideratiōe iudicij sui tremere compellit, dūq; cōtingit sup̄ba corda sublimiū, uelut altitudines montium, ut cōfessione fumi-

Uerū triū
phus ex cō-
tēptu mūdī
de diabolo.

Gal. iij. 10

Exēpla op-
timatū tra-
hunt post se
multitudi-
nem.

z genē

gent peccatorum, in talium tremore plurimi contremi-
 scūt, & in talium conuersione multi ad subsidiū misera-
 tionis diuinæ confugunt. Ita fit, ut qui sunt in sæculi cul-
 mine constituti, aut plurimos secum perdant, aut secum
 multos in uia salutis acquirant. Magna tales, aut poena
 manet, si multis præbeant malæ imitationis laqueū, aut
 gloria, si multis ostendant sanctæ cōuersionis exem-
 plū. Quis enim nō paruum despicat cellā, quādo sena-
 tor domum despicat marmoratam? Quis nō terrena con-
 temnens ad acquirenda cœlestia sibi consulat, quādo ad
 celū Romanus consul terrenorum contemptu festinat?
 Vere ī te illud, quod Propheta cōtinit, opere uidemus ī-
 pleri. Hæc est mutatio dextæ exalsi. Quis enī in te hoc
 operari potuit, nisi ille, qui ordinē mutabilitum rerum,
 secundū incōmutabile nouit regere ac dispēsare cōsiliū?
 Quia ut singula pro oportunitate temporū, pro uarieta-
 te casuarum, uel in deterius uel in melius commutentur,
 illius incommutabili consilio fit, qui nec melioribus re-
 bus nec deterioribus commutatur. Neq; enim habet ubi
 proficiat ipse in melius, aut unde in deterius desiciat. Ille
 quod est, semper est: & sicut est, ita est: non in se habet
 nō esse posse, quod est: q̄a nec in se habet esse posse, quod
 non est. Et hoc quod sic est, non initio præuenitur, non
 fine cōcluditur, nō tēporibus uoluitur, nō locis conine-
 tur, non statibus uariatur. Nihil ibi deest, quia totū
 in illo est. Nihil ibi superest, quia nihil præter illū est.
 Si qui ergo rerū temporalium & mutabiliū amore cōtem-
 pro, in illius dilectionem transeūt, in ipso erūt pleni, in
 quo nihil

Utile exem-
 plū et cōuer-
 sione ma-
 iorum.

psal. lxxvi.
 C

Qualis vi-
 ta eterna.

quo nihil indiget: in eo securi, in quo nihil metuitur: in eo uere semperq; gloriosi, cuius uera & sempiterna gloria nec aufertur, nec minuitur, nec augetur. Quis non illius uitæ desiderio, præsentē uitam despiciat? Quis non illius abundantiae delectamento, diuitias temporis labētis exhorreat? Quis non illius regni dilectione, oīa terrena regna contemnat? Illam ergo uitam tūc accipiemus, si huic nos uitæ mortuos aestimemus. & illas diuitias tūc possidebimus, si hic pauperes spiritu uiuamus, & ad illius regni culmen tunc perueniemus, si hic humilitatem, quam Deus ille Magister docuit, uero corde teneamus.

Beati mortui/ pauperes et humiles in hoc seculo.

Talibus mortuis diāt Beatus Apostolus: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cū illo in gloria. De talibus etiā pauperibus ipse dominus loquitur, dicēs: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsoꝝ est regnū cælorum. De talibus quoq; humilibus diāt: Quoniā qui se humiliauerit, exaltabitur. Et alio loco: Disate à me, quia mitis sum, & humilis corde, et inuenietis requiē animabus uestris. Hęc humilitatē nō habēt, siue q; mūdū diligūt, seu q; suis uiribus assignāt, cū ea q; sunt ī mūdo contēnūt. Hęc duo supbiæ genera uno uersiculo spūs sanctus designauit in psal. dicēt Dauid: Qui cōfidunt ī uirtute, q; q; in abūdantia diuitiarū suarū gloriātur. In abundantia enī diuitiarū suarū gloriātur, q; sic diuitias suas diligūt, ut in ipsis summā beatitudinis collocēt. In sua uerò uirtute cōfidūt, q; sic cōtēnūt diuitias, ut ipsum contemptū uiribus suis assignēt. Ac nō hoc

Qui in ebullentia diuitiarum suarum gloriantur.

z z utriq;

347 AD THEOD. DE CONVERSIONE

utriq; superbi sunt. Illi, quia in diuitijs confidunt, non in deo: illi autem, quia quod diuitias spernunt, sibi uolunt assignare, non Deo. Illi, quia quod bene diligunt non potest, male diligunt: isti, quia quod bene sperni potest, non bene spernunt. Ac per hoc, illi malum male faciunt: isti bonum male operantur. Proinde, quoniam domino in te misericorditer operante, iam didicisti, in abundantia diuitiarum tuarum non gloriari, hoc superest, ut non confidas in uirtute tua, id est, ne de putes uiribus tuis, quod seculi facultates diuitiasque contemnis, quod honores mundi pro nihilo duas, quod desiderio regni caelestis accenderis, quod uiam mandatorum dei currere delectaris. Haec enim omnia nullatenus haberes, nisi a Deo munere gratuita donationis acciperes. Non hoc homini dat natura, sed gratia. Non hoc ex qualitate conditionis humanae habetur, sed ex benignitate diuinae illuminationis acquiritur. Homo quidem sic a Deo factus est, ut haec habere possit, sed habere non potest, nisi dono Dei miserantis acciperit. Nam et oculus sic factus est, ut uidere lumen possit, sed uidere non potest, nisi se illi lumen infuderit. Quod ergo uidet oculus, beneficium est luminis, quo si caruerit, caecus remanebit in tenebris. Non omne, quod aliquid esse potest, iam hoc est quod esse potest, cui naturaliter hoc est esse posse quod semper est. Hic autem unus Deus ipsa Trinitas est, id est, pater et filius et spiritus sanctus, qui solus est omnium rerum creator, quia solus a nullo creatus est. Omnia uero, quoniam ab illo creati sunt, non de illo, naturaliter et detrimento subiacent et cremo. Ut ergo quaedam in deteriora

De superbi
et homo de
virtute sua

riora nō recedant, gratia cuius gubernat: & ut quedā ad
 meliora conscendant, gratia ipsius eleuat: & ut in eternū
 permaneant, ipsa gratia uiuificat & cōseruat. Huius Gratia dei
 gratiæ adiutoriū semper est nobis à Deo poscendū: sed semper pos-
 ne ipsum quod poscimus nostris uiribus assignemus: ne scēda / quis
 que enī haberi potest ipse saltim orationis affectus, nisi dat et uelle
 diuinitus fuerit attributus. Vt ergo desideremus adiu- et perficere
 toriū gratiæ, hoc ipsum quoq; opus est gratiæ. Ipsa nāq;
 ināpit ifundi, ut iāpiat posā: ipsa quoq; amplius ifun-
 ditur, cū poscētib; datur. Quis uerò potest gratiā po-
 scere, nisi uelit? Sed nisi in eo Deus ipsam uolūtātē ope-
 retur, uelle nullatenus poterit. Propter quod Beatus A-
 postolus, nō solum bona opera hominum, sed etiam bo-
 nam uolūtātē Deum in nobis operari testatur, dicens: phit. ij. 8.
 Deus est enim qui opatur in uobis & uelle & pfiere pro
 bona uoluntate. Hoc est quod sollicitudinē fidelibus hu-
 militatēq; cōmendans, permisit dicens: Cum timore &
 tremore uestrā salutem operamini. Et ibi adiecit: Deus
 est enim q̄ operatur in uobis & uelle et pfiere pro bona
 uoluntate. Vt ad eū quoq; ueniamus, currimus: & ideo
 currimus, q̄a currere uolumus. Sed ne uel uolūtātē uel
 ipsum cursum assignemus uiribus nostris, idē nos infor-
 mat Apostolus, dicens: Non uolentis, neq; currentis, sed Non volen-
 misericordis est Dei. Quōārā, ut in his bonis, quæ à Deo tis / neque
 accepisti, pmaneas & proficiās, ut nec in uia remaneas, currentis /
 nec retro redeas, nec in dextram sinistrām ue diuertas, sed miserē-
 quicquid habes bonæ uoluntatis uel bonæ operationis, tis ē Dei.
 Deo assigna q̄ dedit: & ipsum humiliter roga, ut et cō-
 2 3 seruet

scruet & augeat quod donauit. Nihil tibi boni tanquā tuum assignes, ne non accipias, quod accipere poteras, & quod acciperas, perdas. Detestabilis est enim cordis humani supbia, quæ facit homo, quod deus in hominibus donat: sed illa detestabilior, quæ sibi tribuit homo, quod deus hominibus donat. Tanto enim deterioris tenetur iste supbiæ reus, quanto in melioribus donis existit ingratus. Damnabilis est, quæ substantia sæculi male utitur, sed dānabiliior, quæ spiritualibus donis supbus effertur. Crescat igitur in te humilitas animi, quæ uera est & integra sublimitas Christiani, & tanto magis in te cognosce Dei gratiā crescere, quæ magis tibi humilitatē cordis uideris abūdere. Quā ut semper habeas, in qua ut semp proficiās, cū timore & tremore tuam salutē operare. Nec lectio desit operibus bonis, nec bona opera desint studio lectonis. Bona corā Deo & hominibus prouide. In scripturis sanctis studiū tui cordis impende. Et ibi si fueris, qui sis, quiq; debeas esse cognosce. Ad has si humilis & mitis accesseris, ibi profecto inuenies, & præuenientem gratiam, quæ potest elisus surgere, et comitātē, quæ uiam recti queat itineris currere, & subsequentiē, quæ ualeat ad regni cælestis beatitudinem peruenire. Sanctam multūmq; in Christo uenerabilem matrē uestram, quæ tuo spiritali studio Christiana fide, & uere materna charitate concordat, sed & uenerabilem sororē tibi iam in Christo coniugem tuam, obsecro, salutare digneris. Inseparabilis Trinitas protectione uos uirtutis suæ custodiat, quod opto, Domine illustris fili.

Humilitas
animi/tub.
limitas est
christiani.

B·F·V·L·G·E·N· 350

TII EPISTOLA SEPTIMA, AD VENTANTIAM, DE RECTA POENITENTIA, ET FUTURA RETRIBUTIONE.



OMINAE INLUstri & merito uenerabili, filie Venantiae, Fulgentius seruorū Christi famulus, in Domino salutem.

Sicut uera lux nullatenus obscuratur, ita nunquam ueritas aeterna memitur. Lux autē et ueritas Deus est, de quo scriptum est: prologus.

Erat lux uera, quae inluminat omnem hominem uentem in hunc mundum. Ipsa quoque lux & ueritas dicit: Ego sum lux mundi. Et rursus de se ait: Ego sum uia, ueritas, & uita. Ipsius ergo doctrina monemur, quia arbor De arborē
bona ferēte
bonos fru-
ctus. bona bonos facit fructus. Et quae ex fructibus arbor agnoscitur, in ipso te, domina inlustris & merito uenerabilis filia, cum sis ignota, iam scio: in ipso tibi, cum sis tam Dat. vii. C procul constituta, congaudeo. Per epistolam siquidem clarissimi filij mei Iunilli, propositum simul & studium tuae Christianitatis agnoui, qui mihi gratiam, quam tibi largitus est Deus, intantum significare curauit, ut in suis literis tuae quoque salutationis mihi demonstraret indicium. Hoc proculdubio non fecisses, nisi Christum tota puritate

24 mentis

351 AD VENANT. DE POENITENTIA

mentis in suis famulis dilexisses : nec incognitum seruū tam benigne in Domino salutare , nisi Dominum pro corde gestares . Gratias illi , qui multiplicat gaudium nostrum de charitate fidelium . Ipse est charitas , quæ credentes perduat ad Deum , quia ipsa charitas est Deus . Vnde Iohannes Apostolus dicit : Deus charitas est , & qui manet in charitate , in Deo manet , & Deus in illo manet . Hæc ubi habitare cœperit , non permittit dominari peccatum , sed cooperit multitudinem peccatorum . Nec solum presentia peccata faciunt uetari , quin etiam præterita omnia relaxari . Hanc superbi contumacesq; repudiant , qui de peccatorum remissione desperant . Et non solum salutis suæ curam miseranda cæcitate reijciunt , quin etiam fideles animas , si peruertere nequeunt , perturbare mortiferis sermonibus non quiescunt . His etenim plerunq; aut peccatorum immanitas , aut ætatis nequiter peractæ longeuitas , spem salutis adimit , & ad deteriora perpetranda compellit : ita ut in talibus illa sanctæ scripturæ sententia compleatur : Peccator cum in profundum malorum uenerit , contemnit . Et uere malorum profunditas necat , si quos desperatio indulgentiæ detestanda cordis obduratione præiudicat . Quis enim non uideat , quàm sit impium , quàmq; sacrilegum , si homini per poenitentiam præteritorum malorum ad bona conuerso creditur cuiusquam peccati dari non posse remissio ? Quid autem aliud his uerbis agitur , nisi ut omnipotentis mediæ manus , sub humanæ salutis effectu , desperationis uitio repellatur ? Ipse quippe medicus ait : Non indigent , qui sani

Boni charitatis multiplex contra peccata.

Pro. xviii. a

sani sunt, medico, sed qui male habent. Si peritus est me-
 dicus noster, omnes potest infirmitates sanare. Si miseri-
 cors est Deus noster, uniuersa potest peccata dimittere.
 Non est perfecta bonitas, à qua non omnis malitia uinã
 tur, nec est perfecta mediãna, cui morbus aliquis incurã-
 bilis inuenitur: scriptum uerò tenetur in literis sacris: sa-
 pientiam autem non uinãt malitia. Et oĩpotentia mediã
 nostri talibus in Psalmo sermonibus intimatur: *Benedic*
aiã mea dominũ, & omnia iãteriora mea nomen sanctum *psal. cxi. 2*
eius. Benedic anima mea dominũ, et noli obliuifã oĩs tri-
bulationes eius. Qui propitiuſ fit omnibus iniquitati-
bus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de-
interitu uitã tuã, qui satiat in bonis desiderium tuum,
qui coronat te in miseratione & misericordia, renouabi-
tur sicut aquila iuuentus tua. Quid rogo nobis putemus
remitti non posse, cũ propitiuſ fit dominus omnibus ini-
quitatibus nostris? Aut quid in nobis aestimamus sanari
non posse, cũ dominus sanat oĩs languores nostros? Aut
quomodo sanato & iustificato, indigentia aliquid relin-
quit, cuius desideriuſ in bonis satiatur? Vel quatenus ple-
na remissionis beneficia potiri non creditur, cui etiam co-
rona in miseratione & misericordia cõdonatur? Nemo igt-
ur de medico desperã, in infirmitate remaneat, nemo mi-
sericordiã Dei minorã, iã iniquitatibus contabescat. Apo *Rom. v. 2.*
stolus clamat: Quia Christus pro iãpijs mortuus est. Ipse
itidẽ diãt: Quia Christus Iesus uenit in hũc mundũ, pec-
catoreſ saluos facere. Sed forsitan diãtur, illos peccato-
res posse saluos fieri, qui post pctã merctũr Baptismatis
ablũ-

2 5 ablũ

353 AD VENANTI. DE POENITENTIA

ablutiōe mūdari, deināps aut, peccata, quæ uidentur bap-
tizzati admittere, irremissibilia pmanere. Nūquid non
baptizatis loquebatur Iohānes Apostolus, qbus dicebat:
Filioli mei, hæc scribo uobis, ut nō peccatis. Et si qs pec-
cauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iu-
stū, & ipse est exoratio pro peccatis nostris. Qualecūq;
sit ergo peccatū, à Deo quidē pōt remitti cōuerso, sed ille
sibi remitti nō sinit, qui desperādo, contra se indulgētiæ
ostiū clauserit. Cæterū ueritas nō mentitur, quæ dixit:

Querite et
inuenietis.
Mat. vii. B

Querite & inuenietis, petite & accipietis, pulsate & a-
perietur uobis: oīs enī qui querit, inueniet: q petit, acci-
piet: & pulsanti apietur. Vnde et propheta sanctissimus
Esaias, ad remissionē peccatorū nullatenus desperandam
impios & iniquos hortatur, dicēs: Querite dominū, dū
inueniri pōt, inuocate eū, dū prope est. Dereliquat ergo

Esaiæ. lv. B

impius uia suā, & uir iniquus cogitationē suā, & cōuer-
tatur ad domnū, qā multus est ad ignoscendū. Relinquat
ergo impius uiam suam, qua peccat, & relinquat iniquus co-
gitationem suā, qua de peccatorū remissione desperat, &
secundum propheta dictum, conuertatur ad dominū, qā

Multus est ad
ignoscendū
Deus.

multus est ad ignoscendum. In hoc multo nihil deest, in
quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia mise-
ricors est. Tāta ē aut & benignitas oīpotētiæ, & oīpotē-
tia benignitatis ī Deo, ut nihil sit quod nolit aut nō pos-
sit relaxare cōuerso. Salubris aut cōuersio dupliā rōne
cōsistit, si nec pœnitētia sperantē, nec spes deserat pœni-
tentē: ac p hoc, si ex toto corde quisq; renūciat peccato suo,
& toto corde spem ponat remissionis in Deo. Etenim nō

nunq̄

nunquam aut spem pœnitenti homini diabolus adimit, aut sperãti pœnitentiã tollit. Vnum, dũ onerat, comprimit: alterum, dum eleuat, deijãt. Iudas qui Christũ tradidit, peccati sui pœnitentiã gessit, sed salutẽ pdidit, quia indulgentiam non sperauit. Deniq; sic de illo Euangelista loquitur: Tunc uidens Iudas, qui cum tradidit, quia damnatus est, pœnitentiã ductus, retulit triginta argenteos primãpibus sũerdotum & senioribus, dicens: Peccauit, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris. Et, proiectis argenteis ï templo, scãssit, & abiens, laqueo se suspendit. Digne quidem pœnitentiã gessit, quia peccauit, tradens sanguinem iustum: sed idco sibi fructum pœnitentiã denegauit, quia peccatum traditionis suã ipso, quem tradidit, diluendum sanguine non sperauit. Plerosq; sub una spe indulgentiã in peccatis diabolus tenet, & cõpellit eos dei iustitiam non metuere, quos inaniter suadet de dei bonitate gaudere. Tales dicunt secundum Apostoli oburgationem: Faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est. His indicijs euidenter agnoscamus, inaniter hominem pœnitere, si, dum pœnitentiã geritur, indulgentia desperatur: & frustra indulgentiam sperari sine peccatorum pœnitentiã. Ac per hoc, nec sub spe remissionis debet aliquis peccare securus, nec peccatorum suorum considerans multitudinem, remanere cathena desperationis obstrictus. Hortatur enim nos scriptura sancta, ut peccare iã desinamus, nec desperemus nobis remittenda quã scãmus. Di-

at

Desperatio
Iude pœnitentiã sine spe.

Spes sine pœnitentiã
vana est psumptio.

Eccle. xxix

at quippe: Fili peccasti, ne adijāas iterū, sed & de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur. Vtrāq; sancta scriptura præmonuit, & ostēdit, q̄ nec in peccato debeamus remanere, nec de remissioe cuiuslibet iniquitatis ambigere. Cur enī iubetur, ne adijāamus peccata peccatis, si est ī peccato manendū? Aut cui iubetur, ut de præteritis deprecemur, ut nobis dimittātur, si sunt aliqua, quæ deprecātib; dimitti nullatenus possūt? An forsitan tēporū cuiq; potest prodesse lōgeuitas, ut sicut pacto tricēnali spāo nullus finitur legibus humanis ablata repetere, sic legibus diuinis, post lōga peccādi spāa, nō liceat indulgētā postulare? Absit, ut hoc sit in Deo nostro, quod ī libris habet humana conditio. Deus etenī noster sic est misericors & bonus, sicut infinitus est & inuictus: proinde bonitas ī uicti nō uinatur, & infiniti misericordia nō finitur. Deniq; oē uitæ præsentis tēpus cōuersioni demonstrat ap̄tissimū, dicēs: Iniquus, si se cōuertat ab oībus iniquitatibus suas quas fecit, & custodierit oīa mādata mea, & faciat iustitiā & misericordiā, uita uiuet & non morietur. Oīa delicta eius, quæcunq; fecit, nō erūt in memoria. In sua iustitia, quā fecit, uiuet. Nūquid uolūtate uolo mortē peccatoris, diāt Dominus, q̄ ut auertatur de uia sua mala, et uiuere eū? Cū se autē auerterit iustus à iustitia sua, & seuerit iniquitatē, secundū oēs iniquitates quas fecit ille iniquus, oēs iustitiæ eius, quas fecit, nō erūt in memoria. In delicto suo, quo deliquit, & in peccatis suis, quibus peccauit, in ipsis morietur. Et infra diāt: In eo cum cōuertat se iustus à sua iustitia, & faciat delictum, & moriatur in suo

Oē tēp^o præsentis uite cōuersioni aptum est.

suo delicto quod fecit, in ipso morietur. Et in eo quod auertatur iniquus ab iniquitate sua quã fecit, et sciat iudicium et iustitiam, hic animam suã custodiuit, et auertit se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecit, uita uiuet et non morietur. Vtraque sententia uera est, quã utraq; diuina est, siue iustum, cum auersus fuerit à iustitia sua, omnes iustitias eius obliuioni tradendas: siue iniquum, cum ab iniquitate fuerit conuersus ad iustitiam, ipsum saluandum, et omnes iniquitates eius in memoria non futuras. Iniquum uero est, si putemus iniquum quã doque conuersum, non posse saluari. Iustus est Deus et misericors. Sicut ergo potest per iustitiam damnare auersum, sic potest per misericordiam semper saluare conuersum. Nulla prolixitas temporis uel equitati diuine uel pietati preiudicat. Pœnitentia nunquam est apud Deum scra, in cuius conspectu semper pro presentibus habetur tam præterita quam futura. Si diuturnitas peccatorum Dei uinceret misericordiam, non in ætate mundi nouissima christus ueniret, ut peccatum mundi peccatis auferret. De quo dicit Iohannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et ipse saluator de se: Venit enim filius hominis querere et saluare quod perierat. Samaritanus noster nunquam uulneratum ad stabulum misericorditer impositum iumento perduceret, si aliquod in eo uulnus insanabile iudicaret. Nunquam duobus denarijs daretis, redditurum se, quicquid superogaret, stabulario spondisset, si superogationem illam non plene sanitati prenosceret profuturam. Ut quod enim stabularius aliquid superogaret, si est in sanatio uulnus, quod curari non ualeat. Sicut ergo medico nostro nulla est inaurabilis plaga, ita nec in aliquo

Parabola
de Samari-
tano et vul-
nerato

quo ualere, nec in aliquo tpe, cælestis pōt deficiere medi-
 ana. Ideo ipse medicus, semp se posse cōuerso salutē do-
 nare testatur, dicēs: Cū conuersus fueris, & ingemueris,
 saluus eris. Propter quod duritiā qudrundam sic per
 Hieremiā Deus nō desinit increpare: Nunqd q̄ cadit non
 resurget, aut q̄ cōuersus est nō reuertetur? Quare ergo
 auersus est populus iste in Hierusalem auersione con-
 tentiosa? Indurauerunt æruicās suas, noluerunt reuerſi.
 Nō punit Deus in peccatore peccata, si peccatoris æruix
 nō fuerit indurata. Bonū nobis est igitur, si ad eius mi-
 sericordiā cōfugiamus, cuius effugere iustitiā non uale-
 mus. Ipsa enī iustitia dei talis est, ut auersos dānet, con-
 uersos saluet. Propter quod diāt: Cōuertimini ad me, &
 saluabo uos. Semp aut̄ delectatur cōuersione nostra, nec
 tēpus hmōi, q̄diu in hac uita est, posuit, quo propitiari
 cōuerso nō possit. Imò tēpus oē præsēntis uitæ cōuersio-
 ni nostræ cognoscatur deputasse. Beatus enī Petrus diāt:
 Nō tardat dominus promissū suū, sicut qdā tarditatē exi-
 stimāt, sed patiēter fert propter uos, nolēs aliquē pire,
 sed oēs ad pœnitētiā cōuerti. Si aliquā etatē iudicaret
 dominus cōuersiōis remedio ineptā, non diuersis t̄pibus
 oparios uocaret ad uineā. In diuersitate qppe horarū nō
 incōgrue accipitur etatū diuersitas, ita ut etas puerilis
 accipiaturī mane, pubertas ī tertia, iuuetus ī sexta, gr̄ui-
 tas declinatīs etatis ī nona, et ī undecima senilis etas ipsa
 nouissima. In quacūq; igitur qs etate uocatus, si benigni-
 tatē uocātis domini nō spernat, necesse ē denariū uitæ p-
 ennis accipiat. Neq; enī nō semp delectatur cōuersionē
 nostrā

Iustitiæ dei
 conuersos
 saluar/auer-
 sos dānat

Parabola
 de opera-
 rijs in ui-
 nea

nostrā, de quo nobis clamat Iohel propheta: Hęc diat dominus deus uester. Cōuertimini ad me ex toto corde uestro, in ieiunio & i fletu, & in plāctu, & disrūpите corda uestra, et nō uestimēta uestra, & cōuertimini ad dominū deū uestrū, q̄a misericors & patiens ē, & magnanimis, & multū misericors, & patiētiā habēs in malis. Propter quod Apostolus Paulus, duriā cordis increpat in his q̄ pœnitētiā suorū negligūt agere pctōrū. Diat enī: Propter quod inexcusabilis es o hō, oīs q̄ iudicas. In quo enī iudicas alterū, te ipsum cōdēnas. Eadē enī agis quę iudicas. Scimus autē, quoniā iudiāū dei est secūdu ueritatē in eos q̄ talia agūt: existimas autē hoc o hō, oīs q̄ iudicas eos q̄ talia agūt, & facis ea, q̄a tu effuges iudiāū dei? An diuitias bonitatis eius & patiētię & lōganimitatis cōtēnis ignorās, quoniā benignitas dei ad pœnitētiā te adduat? Secūdu duriā autē tuā & i penitens cor thesaurizas tibi irā in die irę, & reuelatiōis iusti iudias dei, qui reddet unicuiq; secūdu op̄a sua. Alio quoq; loco nō tā plāgit q̄ peccare grauiter uidebantur, q̄ eos, qui peccatorū suorū pœnitentiā gerere noluerunt. Deniq; diat Corinthijs: Ne iterum cum uenero humiliet me Deus apud uos, & luget multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā sup immundiciā & fornicatione & impudiciā quā gesserūt. Nec immerito luget apostolus, qui pœnitentiā non agunt. Sāt enī plus esse gaudium coram angelis dei sup uno peccatore pœnitentiā agente, q̄ sup nonaginta nouē iustis, quibus non est opus pœnitentiā. Digne igitur illos pro impœnitentiā cordis luget Bea

De semper
delectat cō
uersiōe no
stra.

LUC. XV. 2.

Clarise mo
dis nos ad
penitētiā
vocat deus

tus Apostolus, pro quibus non gaudet angelicus chorus.

Benignitas ergo dei ad poenitentiā nos adduat, ideo nos tribulationibus affligit, infirmitatibus corripit, angustijs erudit, ut qui in sanitate corporis peccauimus, in infirmitate peccatis abstinere discamus. Qui in letitia misericordiam dei contempsimus, correpti flagello tristitiæ, iustitiam ipsius formidemus. Ita fit, ut qui nobis, abutendo sanitate, infirmitatē pepimus, p̄ infirmitatē sanitatis benesiāa reparemus. Et qui p̄ letitiam ī tribulationes inādimus, per tribulationes ad letitiam reaurramus. Deniq; magis erga nos dilectionem dei flagellis & correptionibus scriptura sancta testatur ostendi. Diāt enim: Fili, ne desias ī disciplina Domini, neq; fatigeris, cum ab eo increparis. Quem enim diligit dominus, corripit. Flagellat autem omnem filium quē recipit. Nam & ipse saluator illos se diāt amare quos arguit. Ego, inqens, quos amo, arguo & castigo. Et Apostolorum doctrina predicare non cęsat, quia oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Ipse quoq; dominus arctam uiam, & angustam diāt esse portam, quę duāt ad uitā. Vt autem nouerimus illos qui gaudijs temporalibus oblectantur, & iussa diuina contemnunt, æternis ignibus cōcremandos, illos uerò, qui mala temporalia cum timore dei patienter tolerant, æterna quiete potituros, Attendamus diuitem purpuratum, & pauperē Lazarum: illum post epulas flammis percennibus traditum, istum post erumnas in æterna sinus Abrahæ quiete securum. Vbi cū stillam diuic ardēs digito beati pauperis lingue sue posseret

Via que du
cit ad uitā.

Luc. xvi. £

ſeret inrorari, hæc ad eum beati Abrahæ protinus eſt
 directa reſponſio: Fili, recordare, quia reſcipiſti bona in
 uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem cruā=
 ris, hic uerò requieſat. Non fuit alia cauſa, qua diues
 pœnas lucret, pauper gaudio potirctur ac requie, niſi
 quia ille bona reſcipit in uita ſua, ille autem mala. Non
 oēs aut, q̄ bona præſentis uitæ habēt, bona præſentis ui=
 tæ reſcipiūt: nec oēs, q̄ mala huius uitæ patiūtur, mala hu=
 ius uitæ reſcipiūt: ſed illi reſcipiūt bona i uita ſua, q̄ in gau=
 dio & delitijs uitæ præſentis exultant, & in eo ſe bea=
 tos credunt, q̄ ſe nulla conati aduerſitate conſpiciunt: illi
 autem mala reſcipiunt in uita ſua, qui preſſuras & tribu=
 lationes præſentis uitæ cum timore dei tolerant, & i cor=
 de contrito & humiliato non temporalia gaudia, ſed æter=
 na ſuſpirant, nec tranſitura bona, ſed permanſura deſi=
 derāt. Deniq; illis, qui in bonis præſentiũ rerũ uolunt
 habere lætitiã, diat pſalmus: Filij hominũ uſq; quo gra=
 ues corde, ut qd diligitis uanitatẽ, & quæritis mēdaũ?
 Et alio loco: Nolite ſperare iniquitatem, & in rapina no=
 lite concupiſcere. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.
 Tales etiam Beatus Iacobus increpare non æſat, dicens:
 Agite nunc diuites, plorate, ullulantes in miſerijs, quæ
 aduenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, & ue=
 ſtimēta ueſtra à tineis comēſta ſunt. Aurũ & argentũ ue=
 ſtrũ eruginauit, & erugo eorũ in teſtimoniũ uobis erit,
 & māducauit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſauriſaſtis i
 nouiſſimis diebus. Ecce meræſ operariorum, qui meſſuri
 erunt regiones ueſtras, qui fraudatus eſt à uobis, cla=
 44 mat,

Non idem e
 bona pſen=
 tæ uitæ ha=
 bere et reſ=
 cipere.

pſalm. iiii.

pſalm. ii.

Jacob. v. 2.

mat, & clamor eorū in aures Domini Sabaoth itroiuit. Epulati estis sup terrā & luxurijs enutristis corda uestra. Taliū quoq; risum & gaudiū in luctū cōuertit p̄. **Joco. iiii. b.** ap̄it & merorē, dicēs: Emūdate manus p̄ctōres, & purificate corda duplices aīo, miseri estote, & lugeat, & plorate. Risus uester ī luctū cōuertatur, & gaudiū in merorē. Humiliamini ī cōspectu Domini, & exaltabit uos.

Retributio futura et bonis et malis

Neq; uero putemus tristitiā humiliū, & letitiā supborū luctū priorū, & gaudiū ī priorū, futura posse retributione priuari: manet utriusq; cōdigna merces, diuino reddēda iudicio. Quā iudex ipse tali cognosatur decreuisse sententia: Ve uobis, q̄ saturati estis, q̄ a esurietis. Ve uobis, q̄ ridetis nūc, q̄ a lugebitis & flebitis. Beati, q̄ nūc esuritis, q̄ a saturabimini. Beati q̄ nūc fletis, q̄ a ridebitis. Beati, q̄ lugeēt, quoniā ipsi cōsolabūtur. Tales etiā Dauid, semina q̄ dē diāt in fletibus i. aere, nec tamē silet cū gaudio & exultatiōe messuros. Sic enī ait: Qui semināt ī lachrymis, ī gaudio metēt. Eūtes ibāt et flebāt, mittētes semina sua. Veniētes aut ueniēt in exultatiōe, portātes manipulos suos. Talibus etiā nūc asserit dominū prop̄iquare, dicēs:

Ps. lxxiiij. b.

Prope est Dominus his q̄ tribulato sunt corde, & hūiles sp̄s saluos faciet. Intātū uerò prodest tribulatio christiana, ut phāc sp̄s noster deo sacrificiū fiat. Scriptā nāq; cōtinetur ī Psalmo: Sacrificiū Deo sp̄s cōtribulatus, cor cōtritū & humiliatū Deus nō despiciet. His & innūeris huiuscemōi testimonijs informati, priāpaliter ad Deū cōuertī, quātoātius festinemus. Diāt enī scriptura: Ne tardaueris cōuertī ad dominū, & ne differas de die in diē, ne

**Ne tarda-
ueris ad do-
minum con-
uertī.**

subito

subito ueniat ira eius, & i tpe uideat te. Cōuer-
 si aut, de remissione peccatorū, nullatenus despemus, timē-
 tes domini fidele promissū, quo ait: Cū cōuersus fueris et
 ingemueris, saluus eris. Pressuras tribulationesq; præ-
 sentis tps lōganimīter tolcremus, & à timore Dei nullatenus
 discedamus. Præcipit enī nos Apostolus cē i tribu-
 latione patientes. Qui etiā correctionē presentis tps, ad
 euitandā futuri iudicij pœnā, multū nobis prodesse testa-
 tur, dicēs: Cū iudicamur aut, à domino corripimur, ut nō
 cū hoc mūdo dānemur. Verū i ipsis tribulatiōibus gra-
 tias agamus domino. Et hoc quod sanctus Azarias dixit
 in fornacē, nos in tribulatiōe dicamus: Benedictus es do-
 mine deus patrū nostrorū, & laudabilis, & gloriosum
 nomē tuū i secula, quoniā iustus es i oībus quæ scāsti nobis,
 & oīa opa tua uera, & recte uia tua, & oīa iudiāa
 tua ueritas, & iudiāū ueritatis scāsti, secūdū oīa quæ i-
 duxisti nobis, & sup auitatē sanctā patrū nostrorū Hie-
 rusalē, Quoniā in ueritate & iudiāo induxisti hæc oīa,
 propter pœtā nostra. Quoniā peccauimus, & inique eg-
 mus, discedēs à te, et multū peccauimus in oībus, & mā-
 datis tuis nō obediuimus, nec cōseruauimus, neq; scāmus,
 sicut præcepisti nobis, ut bene nobis esset. Et oīa, quæ i-
 dixisti nobis, & oīa quæcūq; scāsti nobis, i uero iudiāo scā-
 sti. Et paulò post ait: Et nūc sequimur in toto corde, &
 timemus faciē tuā, ne confundas nos.

1. Cor. ii. 6

In tribula-
 tiōibus no-
 stris grati-
 as deo aga-
 mus.

Dan. iii. C.

Plura ex Fulgentio / Codex ille vetustus nō habuit. Que ve-
 ro sequuntur / alinnde sunt excripta / ex Bibliothē-
 cie S. Laurēti; et S. Egidi; No:imberge.

44 2 Reue

REVEREN

DAE MATRI AC DOMINAE, CHARITATI
 pirckheimerin abb.atisse uirginum sancte
 Clarae, Norinbergae, Domine suae omni ho-
 norificantiã præcolēdæ, Iohã. Cochleus.



VM PESTIS FRAN-
 cosfordiana me hic spe diu-
 tius distineret, Mater ob-
 seruãdissima, ne illuc, ubi
 residere debeo, irẽ, alla-
 tus est ad fratrem tuum (quo
 non est hic alius, uel fama
 notior, uel omnijuga lite-
 rarum cruditiõ clarior)

codex quidã puetustus, Longobardicis & insuetis, atq;
 adeò incognitis huic sæculo literis, pscriptus, in quo con-
 tinebatur opa Beati Fulgentij, Theologi undecunq; suspi-
 cãedi, non solũ honore antiquitatis, uerũ etiã ubertate do-
 ctinæ, elegantiãq; styli & copia dicendi. Cõtinuo igitur
 psuasit Germanus ille tuus & Kobergero nostro, Biblio-
 polæ inq; famatissimo, ut Calchographiæ impẽsas ministrã-
 ret, & mihi antiquo suo cliẽtulo ut codicẽ, dum hic esẽ,
 excriberẽ. Fuit is mihi labor haud quasq; faãilis, non solũ
 q; oculi mihi sint alioqui hebetiores, languidioresq; q; ut
 faãile parrant scripta uetustiora, situ blattisq; squalẽtiã,
 uerũ etiã, q; totũ uolumen adeò insolitis scriptum erat
 characteribus, ut necesse fuerit, me uelut à nouo Alphã-
 betarium (fratri tuo literas quasdam præmonstrante) fieri.

ri. Ultra hanc molestiam suberant difficultates non pauca. Erat enim opus admodum informe, nō sententiæ punctis, non uerba spacijs, nō titulis libri erant distincti, sed perpetua quædam textura, ceu uastum aliquod mare, desertumue campestre, ubi nescit ignotus, aut quousq; pergat, aut quo retro eadat. Eo tædio totum perscribendū fuit opus, non enim poteram insolitam eiusmodi scripturam atq; relegere, ut sensum Authoris uelut scopum certum intenderem. Itaq; licet essem perq; cupidus intelligendi singulorum librorum argumenta, nihil tamen commode consequi potui, donec omnia perscripsissem, ut meam deinceps scripturam, ut pote notiozem mihi oculisq; meis magis peruiam, atq; perspicuam, quid sibi uelit Autor intellecturus. Verū tamen non statim, nactō transcribēdi fine, omnis est labor finitus. Erant adhuc sine frontibus titulorum libri, contextus uerborum sine punctis, sacra adī & indistincti, sine annotationibus scripturarum loca, margines nudi, & id genus defectus plurimi, quibus adimplēdis, frequēter fuit totum opus reuoluēdum. Supra omnes uerō molestias fuit inquisitio locorum, quibus frequentissime (quæ illius erat copia ingenijq; uis) usus est Author. Nā eo tpe ita erat sacra scriptura omnibus Theologiæ studiosis nota, ut inter allegandum nō foret opus neq; Authoris neq; libri, multo minus capitis, nomine. Satis tum erat dixisse, scriptū est, aut diat scriptura, seu propheta. Quemadmodum & antea usq; ab initio Christianæ doctrinæ obseruatum fuerat, primum à saluatore ipso & Apostolis eius, deinde à patribus,

quotquot sacris literis operam dederant, anteq̄ Barbarorum immanitate tēporúm; iniuria omnis recta irerit crudelitas. At nostris tempibus adeo neglecti fuerunt literę diuinę, ut non satis sit, si notus fieri debeat locus qui spiã allegatus, nomē uel Authoris, uel libri, capitise ue indicasse, nisi & certa capituli portio, p̄ alphabeti literas distributa, demonstretur. Laboriosum itaq; fuit, tot allegata perquirere, suisq; libris & capitulis reddere, ac literis demū certis, uelut digitis ostēdere. Accedebat aliis quoq; difficultas, q̄ Author alia, q̄ nos, usus est interpretatione latina, ut non raro mihi opus fuerit, non tã uerbis q̄ sensum allegatum perquirere. Volui tamen unus tot importunitates perferre, ut omnibus p̄ Calcographiã facili & absoluta communicetur tanti lectio Authoris, qui ante mille iam annos tam præclare literas sacras edocuit. Ideo et amplioribus in marginibus breues extraxi sententiarũ summas, ut uel p̄ transcennã inspiciēti p̄uisit mens Authoris. In titulis itē librorũ argumenta comprehendendi, singulósq; suis præfixi libris, atq; uniuersos in primam cõgessi paginã, ut in promptu habeat lector ubi summã huius opis agnoscat absq; foliorum reuolutione. Ne uerò lectori quippiã in Authore quærēti, opus foret semper ad caput libri recurrere, singulis paginis & argumentum & librũ affixi. Atq; ut opus auctius fieret, multas hic bibliothecas, & publicas & priuatas, locupletes sanē ac neutiq̄ uulgares, discussi, ex quibus, quę Fulgencij essent, huic operi adiūgerem. Nihil autem inueni usquam, nisi in Curia diui Laurentij, ubi præpositus

tus (ut est tam uita q̄ doctrina insignis Theologus) ostēdit mihi unū Fulgentij ad Donatum libellum, aliquotq; eius sermones in uetusto uolumine contentos . Sed eorum quatuor iam antea trāscripseram ex libro quodam, quē Abbas Sancti Egidij inquirenti mihi benigne communi-
cauerat. Inueni item tres libros Mythologiarum, & u-
num de abstrusis sermonibus, qui itidem ascribuntur Ful-
gentio. Quia uerò aliena inest illis materia, magis
grammaticæ q̄ theologiæ conueniens, nō libuit, præfer-
tim ex fratris tui consilio, eos libros huic albo Theolo-
gicō inserere. Accipe igitur, reuerenda mater, hanc meā,
quantulacūq; est, operam, eo, quo tibi offertur, animo.
Nempe ut tuo sub nomine (quod doctissimis plerisq; iam
pridem ælebre est & uenerabile) bonis omnibus cōmu-
niantur tam præclari Theologi (qui tot sæculis latuit) o-
pera, tam eloquentia q̄ eruditione referta . Adicāsem
alicubi scholia, nisi acceleratum fuisset, non solum ab im-
pressore, sed à me ipso, nam iter mihi nunc maxime sua-
dent, non solum literæ amicorum, uerum etiā pestis ipsa,
quæ illic placata, ī his nunc regionibus sæuire occipit, et
gelu diuturnum ita uias explanauit, ut commo-

disimum sit nūc iter arripere. Bene uale

mater doctissima, cū studioso uir-

ginū choro. Ex Norimber

ga undecimo calēdas

Ianuarij. Ana-

no salutis.

M. D. XIX.

B. F. VULGEN

TII AD DONATVM LIBER VNVS

DE FIDE ORTHODOXA ET DI

uersis erroribus hereticorum.

Laudabilis
in uenere af
fect^o ad sa-
cras lite-
ras

Iustus ex
fide uiuit

OMINO EXIMIO
 & i Christi charitate plu-
 rimum desiderabili filio
 Donato, Fulgentius, ser-
 uorū Dei famulus, in Do-
 mino salutem. Multis be-
 nedico Dominū, dilectissi-
 me fili, cuius gratia talis
 es, ut cū sis etate iunior,
 non quæ sunt carnis, sed
 quæ sunt spiritus, concupiscas: et de fidei seruo-
 re succen-
 sus, illa laudabiliter iam in apias meditari, quibus nō uo-
 luptas carnem damnabiliter nutriat, sed agnita ueritas
 animum spiritualiter pascat. Ipsius enim factum i spiratio-
 ne non dubito, ut cum studijs insistere soleas secularium
 literarum, diuinis eloquijs affectum impēdas. Illud uti-
 q; uolens magis apprehēdere, non unde tumida eloquē-
 tia disatur, sed unde uitæ penitus comparatur. Quis-
 quis enim fidē ueram tenet, uitam possidet, iustus enī ex
 fide uiuit. Et quisquis in eiusdē fidei mysterio cupit in-
 strui, uitæ faciētiā desiderat adipisci. In qua tamen quis-
 q;

q̄ crescat, quanto magis, quod uerum & salutare est, dis-
 fat. Huius scientiæ qui tenuerit indubitanter initium,
 pueniet ad perfectum, & qui non spreuerit lac Aposto-
 li sermonis humiliter accipe, ipse merebitur solidi abi
 perceptione gaudere. Siue autem quis intra ecclesiam
 catholicam lacte nutriatur, siue abo pascatur, tamen à si-

Quis uiti
 particeps

nu matris ecclesiæ non recesserit, uite particeps perma-
 nebit, quia tenens fidei iustitiam, possidebit & uitam.
 Quam uitam nec ille possidebit, qui pmanet in infideli-
 te, nec ille qui pseuerat in crimine, quoniam de illis esse
 conuinatur, qui, scandum Apostoli sententiam ueram,
 ambulat in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum ha-
 bētes intellectum, alienati à uia Dei p ignorantiam, que
 est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Ipsa enim
 cordis cæcitas, & quid credat, & quid agat, ignorat.

Dicis itaq; à quibusdam Arrianis de patre et filio pro-
 positam questionem, in qua patrē maiore, & minorem
 filium assererent. Te uerò, propter diuinarum ignoran-
 tiam literarum, quibus minus instructus es, non inuenis-
 se, quid eis in defensionem ueræ fidei responderes. Hoc
 in te itaq; primitus in nomine domini laudo, quia si tibi
 non fuit tanta respondendi facultas, pmanit tamen i cor-
 de tuo ueritatis firma credulitas. Non enim omnes qui
 Christi particeps sunt, etiam respondēdo possunt defen-
 sare quod credunt, sed etiam illa pars est profecto uictō-
 riæ, ut quādiu quis sermone non potest defendere ueritatē
 tem, fideli tamen corde deuitet errorē. Expedit autem,
 ut saluberrima Petri Apostoli uerba sectemur, præcipi

Donat^o de
 trinitate cē-
 tat^o ab Ar-
 rianis.

Ad respon
dēdū de fi-
de parati
cē debem⁹.

entis, ut simus parati semp̄ ad respondendū omni poscē
ti nos rationē de fide & spe, quæ in nobis est. Volens er
go ad respondendum paratior inueniri, petis, ut nostro
instructus sermone, agnoscas, quem admodum Hæretias,
fidem nostram impugnare uolentibus, diuinis ualeas ar
matus cloquijs obuiare. Proinde illud admonéo, prinā
paliter teneas sanctam Trinitatem, id est, patrē & filiū
& spiritū sanctū, naturaliter uerū esse deum, summum,
uerū, & bonum, unius naturæ, unius essentiæ, unius oī
potētīæ, unius bonitatis, unius æternitatis, unius īmensi
tatis. Ac sic, cū unū deū audis, patrē & filiū & sp̄m san
ctū, unā naturā summæ illius Trinitatis intellige. Et cū
trinitatē audis, patrē & filiū & sp̄m sanctū, tres pso
nas unius summæ illius diuinitatis agnosce. Tres enī p
sonæ sunt, pater & filius & sp̄s sanctus, ideo trinitas
diatur. Sed una substantia est patris & filij & sp̄s san
cti, ideo ipsa Trinitas unus deus ueraciter à fidelibus
prædicatur. Tres itaq; psonas esse, patrē & filiū & spi
ritū sanctū, ostēdunt ipsius eloquia ueritatis. Vnde Sal
uator noster ait: Non sum solus, sed ego & qui misit me
pater. De spiritu sancto quoq; diat: Ego rogabo patrem
& alium paraclitum dabit uobis spiritū ueritatis. Præ
cepit etiam bāptizari gentes, in nomine patris & filij &
sp̄s sancti. His itaq; huiusmodi testimonijs ostēditur, pa
trē & filiū & spiritum sanctū, tres esse psonas, sed non
tres esse naturas. Vnde trinitas illa sancta digne credi
tur in personis. Tres autem deos diā, patrē & filium &
spiritum sanctum, non p̄mittit unitas naturalis. Et quia

Tres per
sone / non
tres nature

iii

in una natura Trinitatis, nulla potest eē diuersitas, ideo **Æquali**
 in tribus personis manet inconfusa proprietates, & i uni **in trinit**
 tate nature regnat incommutabiliter substantialis æqu
 litas. Ideo de filio dicitur: Qui cum in forma dei esset, nō
 rapinam arbitratus est esse se equalē deo. Et quia nō so **Philip.**
 lum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat de
 um, æqualem se faciens deo. Ad hanc æqualitatem natu
 re uirtutisq; etiam illud pertinet, quod ipse filius ait:
 Quia quæcumq; pater facit, hæc eadem & filius similiter
 facit. Et sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & fi
 lius quos uult uiuificat. In illa trinitatis natura, sic totū
 unum est, ut nihil ibi possit separari uel diuidi: sic to
 tum æquale est, ut nihil ibi maius aut minus ualeat inue
 niri. Istum nobis unum deum, noui & ueteris testa
 menti ueridica demonstrat Authoritas. De hoc enim uno **Scripti**
 deo Beatus Moyses dicit: Audi Israel, Dominus Deus tu **testimo**
 us, deus unus est, & dominum deum tuum adorabis, & il **quod tr**
 li soli seruies. Et ipse dominus deus de se: Videte q; ego **tas sit r**
 sum solus, & non est alius deus præter me. De hoc & **deus.**
 beatus Dauid dicit: Quis deus, præter dominū, aut quis
 deus, præter deum nostrum. Sanctus quoq; Iacobus Apo
 stolus, istū unū deū prædicans, ait: Tu credis, quia unus
 est deus, benefactor. Demones credunt, & contremiscunt.
 Veruntamen nō ignoramus ista testimonia, & si quis simi
 lia in diuinis reperiuntur eloquijs, quibus unus & solus
 asseritur deus, non ipsi sanctæ trinitati, sed uni tantū per
 sonæ, id est, soli deo patri, ab Hæreticis assignari. Proin
 de illorū, quæ proposuimus testimonia, id est, illius, quo
 - dicitur:

Audi Isra-
el/ domin⁹
de⁹ tu⁹ de⁹
pnus est.

diatur: Audi Israel, Dominus deus tuus, deus unus est: et alterius, quo legitur: Dominum deū tuū adorabis, & illi soli seruias: inquantū, ipso domino Deo donante, possumus, intelligentiā requiramus. Primū quippe nos testimoniū posuisse meminimus illud, quod diatur: Audi Israel, Dominus deus tuus, deus unus est. Hoc itaq; sic utrumq; fatemur esse firmissimū, ut ab hoc testimonio nullus exiimet aliquatenus recedendū. Proinde quoniā duos à fidelibus coli, regula præcepti huius nulla ratione pmittit, aut patrē & filium credant unū naturaliter deū, si uolunt sine huius trāsgressione mādati unū deū sic colere, ut nec patrē colant sine filio, nec filium sine patre. At quia deus maior & deus minor, deus unus esse non possunt, necesse est, ut aut patrē solum dominum deū suum dicant, & filium dominum deū suum oīmodis negent: aut solum filium, dominū deum asserant, & à dei patris cultura recedāt. Sed deum patrē dominū deū suū negare nō possunt, quē usq; adeo dominū deū omnīū esse cōfirmāt, ut etiam ei diuinitatem filij tanq̄ minoris dei inuitæ seruitutis subiugare contendant. Filiū uerò, si dominū deum suum negare uoluerint, ipsius paternæ uocis testimonio protinus arguuntur, Per os enī Prophetæ, ex psona dei patris diatur: Et domui Iudæ miserebor, & saluabo eos in domino deo suo. Ipsum dominum esse deū nostrum Euāgelicæ quoq; ueritatis cōmēdat auctoritas, ubi beati Thomæ Apostoli confessio prauitati hereticæ prorsus contradiat, exclamantis atq; dicentis: Dominus meus & Deus meus. Ergo quando & patrē dominum sine du-

bio

bio confitentur, & filiū dominum deū fateri Prophetica atq; Euangelica ueritate coguntur, aut patrem & filiū, personarum proprietate seruata, unum dominum deum naturaliter dicant, aut confitentes solum patrē suū dominum deum, consequēter dicant filiū nec dominum suū esse nec deū. Quod cū dixerint, nunquā se audebūt asserere Christianos, cum utiq; christianus à Christo nomen accipit: Christianus aut nullatenus esse possit, quisq; ipsum Christum dominum deū suum esse non dixerit. Fateantur ergo patrē & filium non duos dominos deos, sed unum dominū deum suū, si uolunt ueritatē tenere fidei, & nolunt rebelles præceptis legalibus atq; Euāgelicis inueniri. Sic enī poterunt & illius testimonij, quo dictū est: Dominū deū tuū adorabis, & illi soli seruiēs: intellectū pariter offiāūq; seruare. Neq; enī fas est, sic adorare deum patrē, ut deū filiū non adoret, cū utiq; de ipso filio scriptū sit in Deuteronomio: Letamini cæli cum eo simul, & adorēt eū omnes angeli dei. De ipso quoq; beatus Dauid in psalmo diāt: Adorabunt eum omnes reges terræ, oēs gentes seruiēt ei. Quia si filius secundum diuinitatē unus Deus cum patre non esset, unius cum eo naturæ utiq; non fuisset, & si naturæ alterius esset, creatura sine dubio esset. Si autem creatura esset, seruiendum ei, sanctarū scripturarum auctoritas nō iuberet, sed potius prohiberet. In primo enim decalogi mandato, sicut unius Dei cultura seruitusq; manifestissime præcipitur, ita omni creature adoratio ac seruitus à fidelibus exhibenda, uehementissime prohibetur. Ibi enim diātur: Ego enim sum dominus

Rō fortissima contra
Arrianos
de patre et
filio.

Adorand⁹ ē
et filius.

Exo. xx. 5.

Deus

Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, non erunt tibi dii absq; me. Sed si hoc simul à patre & filio dictū accipitur, unus dominus Deus credatur pater & filius. Sed si hoc aut pater sine filio aut sine patre creditur dixisse filius, necesse ē, ut aut pater dominus negetur, aut filius. De illo enī q̄ dixit: Ego sum dominus deus tuus, q̄ eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, non erunt tibi dii absq; me: de ipso sanctus Moyses ait: Audi Israel, Dominus deus tuus deus unus est. Et quis ipse Deus sibi soli præcipiens tantummodo seruiendū, seque iubens à fidelibus adorandū, profusus interdixit, ne quis auderet creaturā adorare, creaturæq; seruire, propterea in fine illius primi præcepti, de oībus quæ creauit ita loquitur: Nō adorabis ea nec seruiēs eis: ego enī sum dominus deus tuus. Quod utiq; sciens beatus Apostolus, irā dei reuelari pronunāat sup̄ oēm impietate & iniustitiā eorum, qui commutauerunt ueritatē dei in mendaciū, & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius q̄ creatori, qui est benedictus in sæcula. Veritatē dei tenere, est unū deum colere. Veritatem Dei in mendaciū conuertere, est creaturæ seruire. Vera enim religio in unius constat ueri Dei seruitio. Ipsa nanq; ueritas unus est Deus, & si aut excepta una ueritate non est alia ueritas, sic absq; uero deo uero non est alius uerus deus. Ipsa enim una ueritas, est naturaliter una uera diuinitas. Et ita non possēt duo ueri dii ueraāter diā, sicut ipsa una ueritas, naturaliter non potest diuidi. Sancta uerò scriptura, quæ nobis unum dominum deum ueraāter salubriterq; commēdat

Deu. vii. B.

Idolatre
ueritatē dei
cōmutāt in
mēdaciū.

Scriptura
et patrē et
filiū / uerū
deū p̄dicat.

dat, sicut patrē uerū deū, sic & filiū uerū deū, fidelibus cūctis insinuat. De patre quippe dicit beatus Paulus Apostolus, Thessalonicēsis scribēs: Cōuersi estis ad dominū à simulacris, seruire deo uiuo & uero, expectare filiū eius de cælis, quē suscitauit à mortuis Iesum, quē eripuit nos ab ira uentura. Hic Iesus Christus nō sic est dei patris filius, sicut nos sumus. Ille est enī proprius, nos redēpti: ille natus, nos facti: ille uerus, nos adoptiui: ille autē, quē uerus est filius, ipse etiā uerus est Deus, nō adoptione generatus, sed de patre naturaliter natus. In quo uero deo ueroque; filio ideo est uera diuinitas, quia naturalis est illi de patre natiuitas. Propter quod eū uerū patris filium, uerū deū uitāque; æternā, beatus Iohānes in epistola sua proficitur: Scimus, quia filius dei uenit, & dedit nobis intellectū, ut sciamus uerum. Et scimus in uero filio eius Iesu Christo, Hic ē uerus deus, & uita æterna. Verū itaque; deum colere, ueroque; deo seruire, non est utique; ueritatem dei in mendacium commutare. Ille ueritatē dei commutat in mendacium, quod deo nō uero existimat seruiendū. Ille autē deū nō uerū colit, & deo nō uero seruit, qui creaturæ seruerit, creaturāque; coluerit. Qui ubi deus non uerus colitur, & deo non uero seruitur, ibi dei ueritas in mendacium commutatur. Quoniam ergo, & deum patrē deū uerū, & deū filiū deum uerum, cælestium eloquiorū attestatione cognoscimus, aut unum uerum deum naturaliter patrē & filium cum catholicis asserant, aut duos ueros deos à se coli contra ueritatem sanctæ fidei dicant, aut creaturæ cultores se ipsos profiteri nō metuant, ut ueritatē

1. Joā. vii.

Christus uerus
Deus.

ritatem dei se in mendacium commutasse, ipsa rerum manifestatione cognoscant. Vna quippe ueritas, unius ueri dei, imò una ueritas, unus uerus deus, nō permittit seruitutem atq; culturam ueri dei, deo creaturæq; coniungi: uera quoq; religio, exæpto uno uero deo, nulli deo finit culture ac seruitutis obsequium à fidelibus exhiberi. Oīs autem creatura, quæ minor est à natura dei patris, sine dubio creata natura est. Quid est autem creata natura, nisi creatura? Omnis porrò creatura, quoniam opus est ueritatis, est quidē creatura uera, non tamē est ueritas. *Sola autem naturaliter est ueritas, quæ naturaliter est uera diuinitas.* Illi ergo ueritatem dei non cōmutant in mendacium, sed ueræ fidei tenēt salutare mysteriū, q nec solū patrem nec solū filiū, sed simul patrem & filiū, unū dominū deum suum, corde credunt ad iustitiam, & ore confitentur ad salutē. Quia non solum pater deus, sed etiā filius deus, naturaliter & uerax deus, ueritas deus, pmanens cū patre naturaliter, unus uerax, unus uerus, unaq; ueritas. Quia duos deos credi uel diā, oīno prohibet una ueritas, quæ sola uera est diuinitas. Proinde, secundū diuinam naturam non est minor patre, sed æqualis est patri, quia filius ita uerus Deus dicitur, ut pater Deus uerius non dicatur. In deo enim uero, nihil minus existimari finit ipsa ueritatis agnitio. Permanet itaq; in patre & filio naturaliter una ueræ diuinitatis æqualitas, & una incommutabilis ac sempiterna maiestas. Sic autem filiū patri æqualem ueraciter dicimus, ut etiam minorem ueraciter non negemus. Sānus enim deum filium natum de

Nulla creatura est ueritas / sed uera.

Roma. f. B

naturā

natura dei patris, natū etiam de natura uirginis matris. Ac per hoc uerum deum ueritatem paternæ naturæ, uerum deum hominem de ueritate maternæ substantiæ, quæ diuinitatis æternitas ostendit, sine initio natum, & temporalis susceptio carnis, docet sine dubio minoratū. Aequalis est filius patri, & minor est filius patre, æqualis uera diuinitate, minor uera humanitate. Aequalis, quia in primapio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: minor autem, quia uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Aequalis, quia cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalē Deo: minor autem, quia semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens. Aequalis est patri filius, quia de domino natus est dominus: minor est autem patre filius, quia de analla factus est seruus. Inde est, quod dicit: De uentre matris meæ, Deus meus es tu. Et iterum: O Domine, ego seruus tuus, & filius anallæ tuæ. Aequalis est patri filius, quia oīa p̄ ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Minor est autem patre filius, quia factus est ex muliere, factus sub lege. Et ideo, sicut ueraāter Dei filius Deo patri cœternus agnosatur, sic ueraāter matre posterior inuenitur. Primam quippe natiuitatē filij, nullatenus præcēssit æternitas patris, cuius tamen secundā natiuitatem præcēssit temporalis natiuitas matris. In illa quippe natura Dei patris, quæ esse non coepit, de æterno patre, cœternus est filius, inenarrabiliter natus: in natura uirginis, quæ esse coepit ex tēpore, de temporali matre temporaliter est idē filius misericorditer generatus.

Johā. 1. 14.

Duplex natiuitas christi
 scilicet æterna
 et temporalis.

b b Inca

In ea natura dei filius equalis est patri, qua ante omnia
coeternus est patri: et in ea natura est filius patre minor;
in qua est & matre posterior. In ea natura patri equa-
lis est filius, in qua creator est angelorū: in ea natura pa-
tre minor est idem filius, in qua ab initio creaturæ adorā-

Christo mi-
norar⁹ pau-
lo minus ab
angelis.

tur & laudatur ab angelis. Apostolica qui p^{ro}pter aucto-
ritas, huius minoratiōis nō destitit demonstrare myste-
rium, dicens: Eum autem, qui modico quā angeli mino-
ratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis glo-
ria & honore coronatum. Superius autem, cuius naturæ
sit hæc assignanda minoratio, cuidēter ostensum ē, quā-
do illud testimonium prophete probatum est, in quo di-
citur: Domine quid est homo, quod memor es eius, aut fi-
lius hominis quoniam uisitas eum? Minorasti eum pat-
re minus ab angelis. Dei ergo filius, ante susceptionem
carnis, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus
est, esse se æqualem Deo, quia in illa forma Dei filius æ-
qualis est patri. Quia si minor esset, in eadē forma Dei

Phil. ii. 3.

nō esset. Sed in forma Dei filiū esse, Apostolica dicit au-
thoritas. Ideo ergo æqualem Deo esse, non illi rapina sua
erat, sed natura, quæ in forma ueri Dei non nisi uerus
esse potuit Deus. Et diuinæ formæ unitas, ipsa est diui-
nitatis huius naturalis æqualitas. Vbi ergo formæ unitas

Christus in
forma do-
minus mi-
nor ē
pate-
re

in natura erat, æqualitas rapina non erat. Natura
autē diuinitatis æqualitas, quæ in forma Dei erat,
auferri Deo uero nō poterat. Inde est, q̄ retinens ueritatē
diuinitatis, & ueritatem accipiēs carnis, unus idēq̄
Dei & hominis filius, & patre factus est minor, & p^{ro}ter
eri

tri permansit equalis. Ideo utrunq; ueraciter ipsa ueritas dixit: Et pater maior me est, & ego & pater unum sumus. Vere ergo deo patre minor est Christus, qui naturaliter ex patribus est secundum carnem. Et uere Deo patri equalis est Christus, quia naturaliter est super oia Deus benedictus in secula. Proinde uera fides, quæ in uno eodemq; Christo, utriusq; credit et confitetur substantiæ ueritatem, unum eundemq; Christum Dei filium, & secundum ueritatem carnis factum, prædiat minorem, & secundum ueritatem diuinitatis patri Deo credit & confitetur æqualem. Sic ueraciter unum deum cum patre filium, uera fides adorat, quæ sic uni deo nouit à creaturis omnibus seruiendum, ut nouerit creaturæ non debere seruitutis obsequium. Inde est, quod etiã spiritũ san-
ctũ creatorem uera fides asserit, non creaturã. Quomodo enim creator esse negetur, à quo firmata celorum uirtus ostēditur, dicente Dauid: Verbo domini celi firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus corũ. Et alio loco: Emitte spiritum tuum et creabuntur. Creator qui ppe est omnium rerum, qui factor est omnium. De quo Beatus Iob diat: Spiritus diuinus, qui fecit me. Spiritus ergo sanctus, sicut omnia creauit, sic omnia replet imensus. Et quia oia replet, naturaliter ē uerus deus. Scriptũ est enim: Qui spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Nã et Beatus Dauid, ubiq; esse spiritũ dei testatur, dicēs ipse de eo: Quò ibo à spiritu tuo, aut à facie tua quo fugam? Quomodo autem negant Arriani, Deum esse spiritũ san-

Spūs sanct⁹ nō creaturā / s; creator est.

Spūs sanct⁹ est uer⁹ deus.

Etum, cum ita simus templum spiritus sancti, sicut sumus templum patris & filij. Apostolus enim dicit: Nescitis; quia templum Dei estis? et spiritus dei habitat in uobis? Siquis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Sic autem nos Apostolus asserit esse templum dei, ut in eadem epistola, nos dicat etiam spiritus sancti. Dicit enim: Nescitis, quia membra uestra templum est, qui in uobis habitat, spiritus sancti, quem habetis à Deo? Et ut ipsum spiritum sanctum Deum esse monstraret, continuo subiunxit: Glorificate & portate Deum in corpore uestro. Aequalis est ergo patri & filio spiritus sanctus, quia creator est omnium rerum, sicut pater et filius. Aequalis est patri & filio spiritus sanctus, quia replet mundum, immensus sicut pater & filius. Aequalis est patri et filio spiritus sanctus, quia omnium fidelium membra unum templum habet, sicut pater & filius. Quis autem negare audeat, unam esse diuinitatem patris & filij & spiritus sancti, cum corpora fidelium (quæ membra sunt Christi) ipsa sunt templum spiritus sancti? Trinitas est itaque unus solus creator omnium rerum Deus. Trinitas est unus solus immensus naturaliter Deus. Ad huius imaginem Trinitatis homo factus agnosatur, in cuius nomine baptizatus, denuo renouatur. Baptizari autem gentes, in nomine patris & filij & spiritus sancti Saluator noster edocuit, ut sicut Trinitatis opere initium conditionis accepimus, sic in nomine Trinitatis, diuine adoptionis gratia fruamur. Unus est ergo uerus deus pater & filius & spiritus

Spūs san-
ct⁹ equalis
ē deo patri
et filio.

Conclusio
de Trinitate
etc.

Matthæi.
vltimo. d.

spiritus sanctus, q̄ omnipotentissima bonitate creat ho-
 mines, & gratuita miseratione iustificat peccatores, Præ-
 ter hunc unum Deum uerum, nullus est deus, quia dū di-
 citur: Videte, q̄a ego sum Deus, & nō est alius præter me:
 Docet nos & admonet, graue esse peccatū, si quis extra
 unum deum aliū credat. Alium sine dubio credit, quis-
 quis in patre & filio & spiritu sancto, diuersitatem diui-
 nitatis existimat. Cum ille deus, qui solus habet uerā di-
 uinitatem, colendi alterius dei nullatenus tribuat faculta-
 tem. Nec sacramento redemptionis sit aliquatenus nomi-
 nandus, quisquis ab unius ueri dei natura inuenitur ex-
 traneus. *Mysterium autem redemptionis humane nulla
 ratione p̄ficiatur, si in baptismo uel filij uel spiritus sancti
 uocabulum subtrahitur.* Proinde, quoniā epistolæ
 modus sermonem nostræ disputationis non permittit ex-
 tendi, dilectionis tuæ primordia, non sunt lectionis pro-
 lixitate fatiganda, sed breuitate potius exatāda: ut dum
 breue opus delectabiliter legis, ad prolixam lectionem
 ardentius inflammeris. Pauca quæ dicturus sum, intente
 lege, prudenter intellige, & indubitanter tene, ex quibus
 ualeas in assertiōe à falsis uera discernere, et Christianā
 fidē, ipsius illuminatoris nostri iuamine retinere. Vnus
 Deus est sancta Trinitas, pater & filius & spiritus san-
 ctus. Vna est patris & filij et spiritus sancti natura, sed
 non una persona. Proinde, ut retenta ueritate, possis re-
 fellere, uel certe respuere falsitatem, si quem uideris, ita
 patris & filij et spiritus sancti unam confiteri naturam,
 ut uelit unam asserere personam, noli Christianum ca-
 b b 3 tholicum

In tribus
 personis
 nō ē diuersi-
 tas diuine
 nature.

Excusatio
 breuitatis :

Primo Sa-
 bellianorū.

Secundo Arrianorum.

tholicum putare, sed hæreticum Sabellianum agnosce. Si quem uerò audieris, ita tres personas, patris & filij & spiritus sancti dicere, ut uelit tres naturas istarum triu personarum asserere, Arrianum hæreticum sine dubitatione intellege. Verum est enim quod Sabelliani de natura patris & filij & spiritus sancti credunt, sed falsum est, quod tres personas esse non credunt. Verum est etiam, quod Arriani tres personas patris & filij & spiritus sancti dicunt, sed falsum est, quod istarum trium personarum tres naturas persuadere conuendunt. Peruersè itaq; Arriani naturam Trinitatis diuidunt, & personas Sabelliani confundunt. Cum ita sit una natura patris et filij & spiritus sancti, ut non una persona, quia alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Si quem uerò uideris, patris quidem et filij unam confitere naturam, sed spiritus sancti alteram prædicare substantiam, ut æqualem quidem dicat patri filium, & solum minorem asserat spiritum sanctum, iste non tenet catholicæ fidei ueritatē, sed Macædonianæ perfidiæ sectatur errorē. Proinde quia nō est catholicus Christianus, sed Macædonianus hæreticus est, ab omnibus est fidelibus respuendus.

Tertio Macædonianorum.

De ueritate huius nature in Christo.

Nunc pauca de mysterio dominicæ incarnationis aduerte. Christus enim Dei filius, qui seipsum ueritatem proficitur, sicut uerus est deus, sic uerus est homo. In quo, sicut est plenitudo diuinæ nature, ita est & plenitudo humane substantiæ. Inest enim illi naturalis ueritas diuinitatis, naturalis ueritas anime rationalis, & naturalis ueritas carnis. Ac per hoc naturalis diuinitas cōmunis est illi

est illi cum patre: naturalis uerò humanitas cõmunis est illi cum uirgine matre. Siquis ergo sic in Christo ueram diuinitatem prædicat, ut eius ueram carnem negare conuendat, non est Christianus catholicus, sed hæreticus Manichæus: cum ipse Christus discipulis dubitantibus diceret: *Palpate & uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere.* Rursum, si quis in Christo sic ueritatem prædicat animæ & carnis, ut ueritatem in eo nolit accipere deitatis, id est, q̄ sic dicit Christum hoimem, ut Deum neget, non est Christianus catholicus, sed Photinianus hæreticus. Christus enim quæadmodum secundum ueram diuinitatem Deus creator est hoim, ita secundum ueram carnem mediator est Dei et hoim. Mediator enim nullatenus esset, si uel cum patre diuinitatis naturam, uel cum hoibus communem carnem et aliam substantiam non haberet, et crucifixus est ex infirmitate, et uiuit ex uirtute dei. Hæc tibi, Charissime fili, pro tuo sancto desiderio & dilectione transmisi, ex quibus tibi quidem præbeatur instructionis gustus, et ex hoc gustu crescat in te prolixioris lectiois affectus, ut tanto magis possis deo adiuuante proficere, quanto studiosius ceperis sanctorum patrum relictâ requirere, inuentâ frequētius atq; attentius reuiscere. Unde tibi, deo adiuuante, gratia scientiæ plenioris accedat, qua possis non solum ueram retinere fidem, uerumetiam hæreticorum mortiferam conuincere falsitatem, credens, et firmiter retinens, unam naturam & tres personas in Trinitate deo, et unam personam duasq; naturas in unigenito dei filio, Domino nostro Iesu Christo.

Heresis
Manichæorum.

Error Photinianorum.

Cõcto libello
erho: tang
adscripta
sanctorum.

SERMO B.

FVLGENTII, DE CONFESSO-

ribus & dispensatoribus Domini.



Omnibus Sermo quē debemus omnes, non solum studiose, uerum etiā sapiēter audire, cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire, moderationis suae tenens ubiq; tēperie, ut nec ouibus desint pabula, nec pas-

storibus alimenta, quaedā speāliter solis praecepit nobis. Nobis nāq; (id est seruis, quos pater ille familias, rerum omnium dominus, ad hoc in sua magna domo constituit, ut populo eius uerbū gratiae ministremus) speāliter iniungitur sanctae praedicationis officium, generaliter uero nobis & uobis, salutaris indiatur obediētia mandato

Inmādatie
dei fructus
copiosus.

rum. In quibus denuo mandatis, tanq̄ ditissimis seru-
lis, sic caelestium deliciarū copia spiritalis exuberat, ut in uerbo dei abundet, quod pfectus comedit, abundet etiā, quod paruulus sugat. Ibi est enim simul & lacteus potus, quo tenera fidelium nutriatur infantia: & solidus cibus, quo robusta pfectorum iuuetus, spiritalia sanctae uirtutis accipiat incrementa. Ibi prorsus ad salutem consulitur uniuersis, quos Dominus saluare dignatur: ibi est, quod omni aetate congruat, ibi, quod omni professioni conueniat, ibi audiuius praep̄ta quid faciamus, ibi cognoscimus praemia quae speremus, ibi est iussio, quae nos p̄ literam doceat & instruat scientiam, ibi promissio quae per gratiam trahat, & pducat ad gloriā. Seruorum igitur, quos

quos populo suo præposuit Dominus, speciale uolens officium demonstrare, ait, quod ex Euangelio modo audiimus: *Qui sputas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritiam mensuram. Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantem. Quis est iste Dominus fratres? Christus sine dubio, qui suis discipulis ait: Vos me uocatis Magister & Domine, & benedicatis, sum etenim. Quæ est etiã huius Domini familia? Nimirum illa est, quam ipse Dominus de manu inimici redemit, et suo dominio mancipauit. Hæc autem familia est catholica ecclesia, quæ per orbem terræ copiosa fertilitate diffunditur, et redemptam se præioso sui Domini sanguine gloriatur. Filius enim hominis, sicut ipse ait, uenit, non manifestari, sed manifestare, et dare animam suam redemptionem pro multis. Grex ergo boni pastoris ipsa est familia redemptoris. Dispensator uero qui sit, quæ oportet esse fidelẽ pariter & prudentem, Paulus nobis ostendit Apostolus, qui de se suisque socijs loquens, ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Nequis autem nostrum solos Apostolos dispensatores factos existimet, neglectoque militie spiritualis officio, seruus piger infideliter imprudenterque dormitet, ipse beatus Apostolus, Episcopos quoque dispensatores esse ostendens, ait: Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Serui autem patrisfamilias sumus, dispensatores Domini sumus, mensuram*

*Expositio
parabole /
de dispensa-
tore / quem
Dominus cõ
stituit su-
per familiã
suam.*

*Nõ solum apo-
stoli / sed et
episcopi di-
spensatores
sunt domini*

tritiam, quam uobis erogemus, accepimus. Quæ uero sit ista mensura tritiam, si queramus, ipsam quoque nobis beatus Paulus Apostolus ostendit, dicens: Vnicuique sic deus diuisit mensuram fidei. Quam ergo mensuram tritiam Christus nuncupat, ipsam mensuram fidei Paulus appellat, ut agnoscamus, non aliud esse spirituale triticum, quam Christianæ fidei uenerabile sacramentum. Huius tritiam mensuram uobis in nomine domini damus, quoties inluminati dono gratiæ spiritualis, secundum regulam ueræ fidei disputamus, et eandem tritiam mensuram per dominicos dispensatores accipitis, cum quotidie per dei famulos uerbum ueritatis auditis. De ipsa nunc ergo tritiam mensura loquamur. Ex ipsa, sicut deus diuidit, uniuersi partiamur, inde alimenta bona uitæ sumamus, ut ad æternam uitæ præmia peruenire possimus, in illud credentes, in illo sperantes, illud præ omnibus et in omnibus diligentes, qui seipsum nobis, et alimentum præstat, ne deficiamus in uia, et præmiū seruat, ut gaudeamus in patria. Christus est enim alimentum nostrum, Christus erit præmiū nostrum, Christus est abas et consolatio currentium uiatorum, ipse factas et exultatio quiescentium beatorum. Ad ipsam itaque tritiam mensuram pertinet, quod Dominus ait: Veditis, quæ possidetis, et date elemosinam, facite uobis sacculos, qui non ueterasunt, thesaurum non deficiet in cælis, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Magnū bonū est, fratres charissimi, ualde congruū, ualde commodū, et maxime christianis appetendū, ut unusquisque deficere non delectetur in pœnis, sed omnes proficere studeamus in melius. Arbores sumus, fratres, in agro dominico constituti: De

Christi
ali-
mentum nostrum

us autem noster agricola. Ille nos compluit, ille colit, ipse
 fecunditatem donat, ipse fructificandi gratiam submini- Arbores su-
m^o in agro
dominico
 strat. Pluuia dei est sermo sanctæ prædicationis, cultura
 dei est infusio gratiæ spiritualis. Deus igitur præcepto nos
 compluit, adiutorio colit. Dum compluit, aufert à nobis
 ignorantiaë siccitatē: dum colit, bene uiuēdi condonat u-
 bertatem: dum pluit, terram nostri cordis irrigat: dum
 uerò colit, de ipsa terra spinas & tribulos mundanæ au-
 piditatis extirpat. Debemus itaq; fecundari cælestibus
 pluuijs, debemus congrua fructificatione manibus supni
 respondere cultoris. Et si non possunt omnes arbores
 æquales fructus afferre, nulla tamen debet in agro domi- Omnis ar-
bor: que non
facit fructū
excidetur
 nico sterilis pmanere. Multum metuenda est nobis fra-
 tres illa sententia comminantis, qua diatur: Omnis ar-
 bor, quæ non facit fructum bonum, exadetur, et in ignem
 mittetur. Quod si sterilitas in ignem mittitur, rapatas
 quid meretur? Aut quid reapiet, qui alienum tulerit, si
 semp ardebit, qui de suo non dederit? Et si iudiciū sine
 misericordia erit illi, q nō facit misericordiā, quale iudiciū
 erit illi, q fecerit et rapinā? Timeamus ergo fratres,
 timeamus actus nostros. Obediēs Christo, uēdat quæ pos-
 sidet, & elemosynā det, ut de terra cor ad cælū leuet, ut
 auariā calæt, ut ad pfectiōis culmē tota mētis intētiō fe-
 stinet, ut nō sit soliatas quæ sunt mūdi, sed q̄ sunt domini,
 ut mūdū sibi cruāfixū habeat, seq; mūdo cruāfixū exhi-
 beat, ut sit oīno paup in sæculo, & diues ī Christo. Quis
 ignoret boni huius magnitudinē? Videmus aut, nō oībus
 uēddarum rerum suarum inesse uirtutem. Vnusquisq;
 enim

Ne sim^o rā-
pax.

Date elec-
mosynam

enī propriū habet donū ex deo, alius quidē sic, alius autē sic. Ecce hoc tā magnū bonū īplere pauā possunt, multī non possunt. Nūquid quia pauas donatur ista pfectio, propterea debent esse pessimi, quicunq; in bono nondum possunt esse pfecti? Nunquid propterea Christiānus debet uitio rapacitatis insistere, quia forte nondum potest omnes res suas pauperibus erogare? Aut ideo debet aliena concupiscere, quia propria necdum potest omnino contemnere? Absit hoc fratres ab omnibus Christiānis, auertat hoc deus à fidelibus suis. Apostolus enim ueraciter dicit: Quia neq; auari neq; rapaces regnū dei possidebunt. Manifestū est autē qd oēs, qui à regno dei alienabuntur, in æternum ignem cum diabolo eiusq; angelis dānabuntur. Proinde dilectissimi, si non omnes possunt implere quod dominus ait: Vēdite quæ possidetis: Illud tamē, quod adiecit, dicens: Date elemosynā: omnibus est possibile, si asit bona uoluntas: omnibus faāle, si nō asit dira cupiditas: oībus salubre, si serueat charitas: cunctis debet eē cōmune, ut oībus donetur æterna feliātas. Qui ergo tantam uirtutē accipit à domino, ut oīa quæ in mundo sunt, celestis regni amore cōtēnat, quæ habet uēdat, & egenis expēdat: qui uerò tantæ uirtutis nondum est, de his quæ habet, inquantū habet, elemosynā faciāt. Tantū opetur bona uoluntas, quantū suppetit facultas. Perfectus possideat primum uirtutis locum, imperfectus saltem pueniat ad secundum. Efficiatur ille gloriose dignus, sit iste laudabiliter largus. Sit ille sanctæ paupertatis ardētissimus amator, sit iste sanctorū paupum piissimus

mus

mus cōsolator. Habeat iste apud deū patronos paupes,
 q̄a ille se gaudet uirtutis habere cōsortes. Sit ille talis, q̄
 cū domo iudicaturus sedeat, sit iste talis, q̄ ad dexterā iu-
 dicāndus assistat: sit ille talis, q̄ ad aeterna tabernacula p̄pe-
 tuo iure possideat, sit iste talis, quē ille recīpiat. Admo-
 net enī nos dominus, dicēs: Facite uobis amicos de mam-
 mona iniquitatis, qui uos recīpian in aeterna tabernacu-
 la. Hoc ergo fratres necessarium est omnibus nobis,
 ut in bonis opibus nemo sit segnis, nemo sit sterilis, ne-
 mo presentiu delectatione futura cōtemnat, nemo aeterna
 despiciēs sola tēporalia p̄uersus aspiciat, nemo spiritali-
 bus corporalia praeferat, nemo terram caelestibus antepo-
 nat. Theaurum nostrum, fratres, in caelis ponamus, ut
 etiam cor nostrum in caelis habere possimus. Necesse est
 enim ut quo proaesserit dilectiōis thesaurus, illuc etiam
 cogitationis sequatur affectus. Ideo ueritas ait: Vbi enim
 thesaurus uester est, ibi et cor uestrum erit. Vt ergo in
 caelis thesaurizemus, caelestia diligamus, Vis nosse, ubi
 thesaurizas? Attende quod amas. Vis nosse quod amas?
 attende qd cogitas. Ita fiet, ut thesaurum tuū ex toto amo-
 re cognoscas, et amorē tuum indiūm tuae cogitationis in-
 tellegas. Ostendēs autem dominus, quomodo in caelis the-
 saurizare possimus, ait: Sint lumbi uestri praeancti, et
 lucernae ardētis. Si istum Domini sermonem secundum li-
 teram uelimus accipere, nihil in eo commodi spiritalis pos-
 sumus inuenire. Quid enim profuit ad animae salutem,
 si aliquis corporaliter aut lumbos praeanctat, aut lucer-
 nam accendat? Alia ergo in praeanctis lumbis, et lucer-
 nis

Precepta
 omnib⁹ ne-
 cessaria ad
 salutē.

*nis ardētibus, quæ rēda est intelligētia spiritalis, quæ sc̄
 licet diuio sit præcepto cōdigna, quæ nostræ salutis cōgruū
 repiatur & cōmoda. Neq; enī frustra quodā loco ipse Do
 minus ait: Verba quæ ego loquutus sum uobis, sp̄s &
 uita sunt. In lūbis itaq; cōcupiscētia carnalis ostēditur, &
 luernis uerò fides & charitas christiana mōstratur. Iu
 bēs dominus lūbos nostros præangi, cōcupiscētiās carnis
 sine dubio præcipit refrenari. Impās aut, ut luernas ar
 dētes habeamus, hoc utiq; iubet, ut & lumine ueræ fidei
 splendeamus, & sanctæ charitatis opibus ferueamus.
 Iubēs, ut sine lumbi nostri præācti, mandat, ut mala de
 sideria atq; opa fugiamus. Iubēs, ut sint luernæ nostræ
 ardentes, monet, ut bona diligamus atq; faciāmus. Ista
 quæ de Euangelio proposuimus cum propheticis sermo
 nibus conferamus. Vtrunq; enim testamentum Deus in
 stituit, unus dominus dedit, & si sunt utriusq; testamētū
 diuersa pro temporibus sacramenta, concordat tamen in
 utroq; salutis humanæ sententia, quæ præcipitur, ut non
 peccemus, & iubetur, ut bonis opibus insistamus. Præce
 pit itaq; dominus p̄ beatum Dauid dicens: Declina à ma
 lo, & fac bonum. Per Esaiam quoq; omnes his admonet
 uerbis: Auferte malū cogitationū uestrarū ab oculis me
 is, quiescāte puerse agere, disāte benefacere. Hoc ergo nūc
 Dominus p̄ scī sum præcipit, quod nobis p̄ sanctos etiā
 patriarchas prophetasq; mandauit. Quid est enī: Sint
 lumbi uestri præācti, nisi declinate à malo? Quid est:
 Sint luernæ ardētes, nisi faciāte bonū? Quid est: Sint lū
 bi uestri præācti, nisi quiescāte agere puerse? Quid est:
 Sint*

Concordat
 euāgelium
 prop̄ter
 cū dicitur

Sint lucernæ ardentes, nisi disite benefacere? Præcinguntur enim fidelium lumbi, dum concupiscentia mala cõprimuntur, dũ iniqua cogitatio conhibetur, dũ libidini resistit animus, dũ lasciuia denegatur effectus, dũ calatur luxuria, dũ auaritia cõtēnitur et rapina, dũ proximi lesio deuittatur, dũ supbia uinatur, dũ inuidia supatur. Ardēt uerò lucernæ fideiũ, dũ recte fidei regulã seruant, dũ in sinu matris ecclesiæ lōganimũter pseuerāt, dũ terrena cõtempnunt, & celestia cõcupiscũt, dũ solliati pacẽ custodiunt, dũ se inuicẽ pure diligunt, dum mutuo se honore præueniunt, dum mansuetudine cordis & humilitate proficiunt, dum misericordiæ opera libetẽr atq; hilariter faciunt, dũmq; i operibus bonis non hominibus sed deo placere contendunt. Omnis ergo Christianus præcinctos habeat lumbos, ut fugiat libidinem. Ardentem habeat lucernam, ut custodiat castitatem. Præcinctos habeat lumbos, ut aliquid alienum nec rapiat nec furetur. Ardentem habeat lucernam, ut de suo misericorditer operetur. Præcinctos habeat lumbos, ut minorem non opprimat. Ardentem habeat lucernam, ut oppresso uelamine iustitiae duntaxat defensionis auxilium impendat. Præcinctos habeat lumbos, ut habenti non auferat abum. Ardentem habeat lucernam, ut esuriẽti tribuat alimentũ. Præcinctos habeat lumbos, ut non spoliat uestitum. Ardentem habeat lucernam, ut uestiat nudum. Præcinctos habeat lumbos, ut domũ nullius inuadat. Ardentem habeat lucernam, ut pegrinos Christi libenter exapiat. Præcinctos habeat lumbos, ut fugiat elationem. Ardentem habeat

Præcingunt
lumbi.

Ardent luc
cerne.

Exhorta:
tio ad ope-
ra charita-
tis, cū in vo-
catione di-
uine gratie

habeat lucernam, ut seruet humilitatem. Præcinctos habeat lumbos, ut expellat à se inuidiam & liuorē. Ardētē habeat lucernam, ut puram auctis exhibeat charitatē. Præcinctos habeat lūbos, ut nō exhibeat membra sua arma iniquitatis peccato. Ardētē habeat lucernā, ut exhibeat mēbra sua arma iustitiæ deo. Hec est, Fratres, catholicæ fidei uera sanaq; doctrina. Hec est mēsurā tritiā, de qua domini redēptoris est pascēda familia. Ex hac nobis, quanēū dominus tribuit, damus, ipsūmq; dominū iugiter exoramus, ut & nos & uos ī timore gratiæ suæ pascere dignetur auxilio. Auferat à nobis dominationē prauæ cupiditatis, donet oībus profectū & psecuerantiā charitatis. Lūbos nostros ipse præangat. Lucernas nostras ipse ardere faciāt, ardētēsq; custodiat, ut nec refrigescat nostra charitas, nec aliqua nobis domineatur iniquitas. Sed dominus ac redēptor noster oībus tribuat, uniuersis donum sanctæ illuminationis ac uirtutis infundat: nobis donet, ut quod ab illo audimus, recte intelligamus, & sicut oportet, faciāmus, uobisq; faciendū, sermone suffiāti & congruo prædicāmus: uobis quoq; donet, ut quod ab illo pseruos eius auditis, & corde intelligatis, & ope faciatis. Hoc ergo diuina misericordia opetur in omnibus nobis, ut nos, quos uoluit esse dispensatores, fideles faciāt & prudentes: uos quoq; faciāt obedientes et humiles, ut mensuram tritiā dominā, quam uobis damus, communem uobiscū salubriter atq; utiliter habeamus.

Serō

SERMO B. 392

FVLGENTII, DE DVPLICI NATIVI-
tate Christi, una eterna ex patre, altera
temporali ex Virgine.



VPIENTES aliquid de huius diei solē
nitate narrare, simulq; considerantes illud
unū Verbum, de quo dicere volumus, nul-
la inuenimus uerba, quibus suffiācenter ali-

quid dicere ualeamus. Est enī hoc Verbum, nō quod de-
finit prolatum, sed quod permanet natum, nō transito-
riū, sed eternū, non factum à Deo patre, sed genitū, nec
solū genitū, sed etiam unigenitū. Vnum quippe uerbū,
Deus pater genuit de se ipso, per quod oīa creauit ex ni-
hilo. In prināpio erat uerbū, & uerbū erat apud deum,
& Deus erat uerbum, hoc erat in prināpio apud deum.
Oīa p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In
hoc aut quod per illud uerbū deus pater oīa fecit, ostēdi-
tur, quia hoc uerbū genuit ipse, nō fecit. Illud igitur uer-
bū de deo Deus est, de creatore creator est. Vnde hoc in

Uerbus dei
genitū a pa-
tre / non fa-
ctum.

se naturaliter habet esse, quod pater est. Natus est itaq; Una natura
de patre deo filius Deus, alter in persona, nō alius in na-
tura, semp apud patrē, semp cum patre, semp de patre, diuina illi
semp in patre. Semper apud patrē, cum quo illi est na-
turalis immensitas. Semp cū patre, cum quo illi una est
naturalis eternitas. Semper de patre, de quo illi est natu-
raliter eterna natiuitas. Semper in patre, cū quo illi est
una naturaliter equalisq; diuinitas. Et alter quidem ille
pater est, alter ille quod filius est: neuter tamē alter deus,
tre.

cc quia

quia pater & filius unus est Deus. Quapropter quoniã de patre deo & filio deo nascitur sermo, digne dicimus alterum esse patrem, & alterũ filium, & nihilominus digne dicimus unũ deum esse patrẽ & filium. Cũ enim dicimus alterũ esse patrem, alterum filium, discretas psonas genitoris genitiq; monstramus: cũ uerò dicimus unum deum esse patrem & filium, ipsam unam naturam discretæ diuinitatis ostendimus. Altera est enim persona genitoris & geniti, sed una est natura genitoris et geniti. Quomodo uerò sufficienter aut digne loqui poterit quis? de quo? Homo de deo, immortalis de immortalis, uisibilis de inuisibili, mutabilis de incõmutabili, opus de opificæ, de creatore creatura, de factore factura, paruus de immenso, tẽporalis de æterno, humilis de altissimo, plasmatus è limo de illo qui omnia creauit ex nihilo. Cuius est incenarrabilis omnipotentia, qua nos gratuita bonitate fecit: nec minus tamẽ incenarrabilis gratia, qua nos omnipotentissima miseratione saluauit, qui & opus creatriã omnipotentie gratis fecit, & opus gratie saluatriã omnipotenter impleuit. Illic habens potestatem condendi & regendi creaturam suam, hic habens potestatem ponendi & sumendi pro nobis animam suam. Omnipotentiam uerò nunc dicimus, qua uerbum, quod in principio erat, & apud deum erat, & Deus erat, fecit omne quod nouerat: gratiam uerò, qua uerbum caro factum, uenit querere & saluum facere, quod perierat. Omnipotentiam, qua fecit omnem diem: gratiam, qua certo die cõapi, & certo die dignatus est nasci. Idem igitur *minoratus*

Non potest
bõ de deo
sufficienter
loqui.

DE NATIVITATE CHRISTI 394

tus paulò minus ab angelis, in die factus est hominũ, qui
 cœternus & æqualis Deo patri, dies sanctorum semper
 est angelorum. De ipso quippe Propheta dicit: Bene Duplex die
 co Christi/
 eternitatis
 et tēporis.
 nunãate diem de die, salutare eius. Quid est diē de die,
 nisi filium de patre? Est igitur de patre filius, de die di-
 es, sed tamen pater & filius non duo dies, sed unus est di-
 es. Est de patre filius, de deo Deus, pater tamen & fili-
 us non duo Dij, sed unus est Deus. Vnus igitur dies æ-
 ternitatis simul pater & filius à nobis agnosatur, in die
 autem temporis solus filius inuenitur. Dies etenim æter-
 nus, pater & filius, nostrum corpus & animam scãt: in
 die uerò temporis, solus filius nostrum corpus animam-
 que suscepit. Christus dies æternus, unigenitus, in for-
 ma Dei manens: Christus in die tēporis unigenitus, for-
 mam serui accipiens. Christus dies æternus, diues per-
 manens, ut conderet nos: Christus in die temporis, pau-
 per factus, ut redimeret nos. Dies æternus Christus
 Deus de Deo patre: Christus in die temporis Deus ho-
 mo, de uirgine matre. Christus dies æternus, uer-
 bum eructauit de corde patris: Christus in die tempo-
 ris, uerbum caro factum, de utero uirginis matris.
 Christus dies æternus, Deus uerus de Deo uero: Chri-
 stus in die temporis, sponsus, proædens de Thala-
 mo suo. Dies æternitatis Christus, angelos sanctos
 creans: Dies in tempore Christus homines saluans.
 Dies æternitatis Christus, in cœlo sanctos angelos pa-
 sãns: Dies temporis Christus hoĩes in terra reficiens.

cc 2 Ut enim

Christus panis
 angelorum
 et hominum.

Vt enim panem angelorum manducaret homo, creator angelorum factus est homo, utrosque pascat, et integer permanens. Quam bonus panis, qui et angelos pascat per spem, ut de ipso satientur in patria, et nos pascat per fidem, ne deficiamus in uia. Ille panis, qui seipsum dat angelis gaudium stabilitatis, seipsum dedit hominibus ad remedium sanitatis. Et qui est angelorum esca, nobis factus est medi-

Prærogatiua
 hominis
 ex incarnatione
 per se.

ana. Veruntamen hic, dilectissimi fratres, attendite magnitudinem gratiæ, et agnoscite, quid Deus hominem dignatus est prærogare. Christus enim dei filius, de uero deo Deus uerus, et unus cum patre naturaliter Deus, semper ex seipso sanctos angelos pascat, sed tamen angelicam naturam dei filius non accepit. Vt autem suam charitatem Deus commendaret in nobis, filius eius naturam nostram suscepit ex nobis, et Deus unigenitus, qui panis est angelorum, ut etiam hominum seipsum faceret panem, simul hominis et animam suscepit et carnem. Accepit utranque ueram, utranque sanctam, utranque mundam. Accepit animam nostram sine iniquitate, accepit animam nostram cum mortalitate, accepit animam iustam, per quam nostris animabus iustitiam redderet: carnem uero propterea dignatus est habere mortalem, ut secundum ipsam moriens, mortem uinceret, secundum ipsam etiam resurgeret, per quam nostra corpora suscitaret.

Dilectio
 dei erga
 genus humanum.

Magnum mysterium, dilectissimi fratres, magnam diuinæ dilectionis indicium. Homo deum cõtenens, à deo discessit, deus hominem diligens, ad homines uenit. Dilexit impium, ut faceret iustum: dilexit infirmum, ut faceret sanum: dilexit

dilexit peruersum. ut faceret rectum: dilexit mortuum, ut faceret uiuum. Et quid amplius dicam? quandoquidem Deus unigenitus humanam naturam tantū dilexit, ut eam non solum à potestate mali angeli liberaret, uerum etiam in seipso sup omnes bonos angelos, in patris dextra collocaret. Natura enī quæ in primo homine mundum peccato polluit, ipsa in secundo homine mundum à peccato mundauit. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo cælestis. Primum hominem mulier corrupta mente concepit: secundum hominem uirgo incorrupta uirginitate concepit. In primū hominis coniuge, nequicia diaboli seductam deprauauit mentem: in secundi aut hominis matre, gratia dei & mentem integram seruaui et carnem. Menti contulit firmissimam fidem, carni abstulit omnino libidinem. Quoniā igitur miserabiliter pro peccato damnatus est homo, ideo sine peccato mirabiliter natus est Deus homo. Attendite, fratres, mediānalis gratiæ lineas, diuina nobis benignitate monstratas. Tūc ad Euam angelus malus accessit, ut per eam homo, quem Deus fecerat, à Deo separaretur: Nunc autem ad Mariā bonus angelus uenit, ut in ea, humanæ naturæ Deus unigenitus uniretur. Venit ad Euā diabolus, ut uitā nobis malignus auferret: uenit ad Mariam Gabriel, ut uitam reddendam hominibus nuntiaret. Per primū hominis culpam, concepit diabolus homini dominari: per secūdi hominis gratiam, concepit ab homine superari. Super primū superbus: sub secundo captiuus. Per illum nos captiuos tenuit: per isū nos liberatos amisit. Primus Adam no-

Cōparatio
Ene decepte
ad mariā
cōcipientē.

Quid Adā
perdidit /
quid Chri-
stus cōtulit.

bis auctor extitit culpæ: nouissimus Adā nobis auctor ex
 titit gratiæ. Ille de limo plasmatus, terrenos protulit:
 iste de Spiritu sancto natus, cælestes effecit. Per illum pæ
 didimus gratiam priorē: per istum recipimus ampliorē.
 Ille qui ppe nobis intulit peccati maculam, cum qua nascæ
 renur ad suppliā: iste nobis conuulit iustificationis gra
 tiam, ut renascæremur ad regnum. Per illū nos filios sæ
 culi generatio carnalis effecit: per istū nos filios dei gene
 ratio spiritalis exhibuit. Ille nos uitijis subdidit: iste nos
 florere uirtutibus fecit. Ille nos per uitia deicāt, quò pri
 mus cædit: iste nos per uirtutes eleuat, quò primus ascē
 dit. Ille qui ppe primus cædit in infernum: iste primus
 conscendit i cælū. Interea, fratres, dignum est, ut in die
 dominicæ natiuitatis, diem quoq; dominicæ resurrectio
 nis solenniter audiat. Vnigenitus enim Deus, sicut pro
 nobis dignatus est nasci, sic pro nobis secundū carnē di
 gnatus est mori, dignatus est suscitari. Iste dies est uifi
 cationis, ille redemptionis. Opus enī gratiæ, qua nos De
 us unigenitus saluos fecit, cōceptus i utero cœpit, ipsūm
 q; opus gratiæ de sepulchro resuscitatus impleuit. Con
 ceptus in utero, factus est participes mortis nostræ: resur
 gens de sepulchro, fecit nos participes uitæ suæ. Nunc
 itaq; omnes Dominū exoremus, ut sicut in isto die gau
 dium suo populo tribuit, ad illum quoq; diem omnes cū
 gaudio & pæe perducatur, populūm q; suum in fide et cha
 ritate custodiat. Amen.

Dies natiui
 tatis / dies
 resurrectio
 nis.

SERMO

SERMO B

398

FVLGENTII, DE LAVDIBVS

MARIAE EX PARTV

SALVATORIS.



NATIVITAS Domini nostri Iesu Christi, totum mundum nouus aduentus sui luce hodie persudit. Hodie de cælo Deus descendit ad hominem, ut in cælo homini præpararet ascensum. Hodie accipimus natum Dei, uirginis filium, omnium credentium saluatorem, Deus de patre, homo de matre: Deus occultus, homo manifestus. Et quoniam diabolus per serpentem Eue loquutus, per Eue aures mundo intulit mortem: Deus per angelum ad Mariam pertulit uerbum, & cunctis sæculis uitam effudit. Angelus sermonem eiecit, & Christum uirgo concepit. O coniunctio sine sordibus facta, ubi maritus sermo est, & uxor auricula. Hoc splendore concipitur dei filius, hac misericordia generatur. Nulla fieri grauedo potuit concipienti, nulla tristitia parturienti. Qui enim uenerat triste lætificare sæculum, uentris non coneristauit hospitium. De cælis medicus transiens per uirginem, post transitum suum illesam fecit uirginem permanere. Qui enim disrupta corporum membra in alijs poterat integrare tangendo, quanto magis in sua matre, quod inuenit integrum, potuit non uiolare nascendo? Creuit enim eius partu integritas corporis potius quam decreuit. Et uirginitas ampliata est potius quam fugata. In angusto corporis membro sustinuit,

Dicentiat
tatis Christi

Mira concep
tio Christi.

Virgo post
partum inuol
lata permansit.

cc 4 quicquid

quicquid sustinent celi. Plena sunt uiscera, et nullum no-
uit contagium uirginis consuetudo. Cū esset grauida, sa-
lubri lenitate plaudebat. Lumē enim quod intra se habe-
bat, pondus habere non poterat. Facta est Maria fene-
stra celi, quia per ipsam Deus uerū sudit seculis lumē.
Facta est Maria scala celestis, quia per ipsam Deus de-
scendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mere-
antur ad celos. Ipsis enim licet ascendere illuc, qui Deū
crediderint ad terras per uirginem Mariam descēdisse.

Tria bona
Marie con-
traria ma-
la Eue.

Facta est Maria restauratio foeminarum, quia p̄ ipsam
à ruina patrie maledictionis probantur esse subtractæ.
Tria deniq; mala Eue à tribus bonis Mariæ probantur
exclusa. Nam Eue dictum est: In doloribus & tristitia
paries, & ad uirum cōuersatio tua, & ipse dominabitur
tui. Tribus ergo his malis se subiungāt foemine, quæ Ma-
riam non sequuntur, dolori, tristitiæ, seruituti. Maria
autem ecōtrario, quàm præclarissimis tribus bonis sub-
limetur, ausculta: salutationis angelicæ, benedictionis di-
uinae, & plenitudinis gratiæ. Sic enim eam legitur salu-
tasse: Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter muli-
eres. Cum dixit, aue, salutationem illi cælestē exhibuit.
Cum dixit, gratia plena, ostendit ex integro iram exclu-
sam primæ sententiæ, et plenam benedictionis gratiã re-
stitutã. Cum dixit, benedicta tu inter mulieres, uirgini-
tatis eius benedictum fructum expressit, ut ex eo bene-
dicta dicatur inter mulieres, quæcūq; perseverauerit uir-
go, Maledicta enim Eus fuerat, quam nūc credimus per
Mariam ad benedictionem gloriæ remeasse.

Luce. 1. C.

Venite
uirgines

uirgines ad uirginem, & letamini, ponite maledictionem prauariationis, & benedictionem restorationis assumite. Projicite dolores, quos Eua per serpentem accepit, & quos per angelum Maria suscepit honores, assumite. Pellite tristitiam, conapientes, gemitus parturientis abijate, ut solus uobis iste uirginis filius dominetur. Venite uirgines ad uirginem, uenite conapientes ad conapientem, uenite parturientes ad parturientem, uenite matres ad matrem, uenite lactantes ad lactantem, uenite iuuenulae ad iuuenulam. Ideo omnes istos curfus naturae uirgo Maria in Domino nostro Iesu Christo suscepit, ut omnibus ad se confugientibus foeminis subueniret, & sic restauraret omne genus foeminarum ad se uenientium, noua Eua seruando uirginitatem, sicut omne genus uirorum Adā nouus recuperat Dominus Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Maria refugium et restauratio foeminarum.

SERMO B.

FVLGENTII, DE SANCTO STEPHANO
PROTOMARTYRE, ET CON-
VERSIONE BEATI PAVLI.

Cōparatio
varia inter
natalē Chri-
sti et Ste-
phani.



HERI GELEBRAVIMVS TEM-
poralem sempiterni regis nostri Natalem:
hodie celebramus triumphalem militis
passionem. Heri enim rex noster, trabea
carnis indutus, de aula uteri uirginalis egrediens, ui-
sitare dignatus est mundū: hodie miles de tabernaculo
corporis exiens, triumphator migravit ad cælum. Ille
sempiternæ Deitatis maiestate seruatus, seruire ancto-
rium carnis assumens, in huius sæculi campum pugna-
turus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis
indumentis, ad cæli palatium, perenniter regnaturus,
ascendit. Ille descendit, carne uelatus. iste ascendit, san-
guine laureatus. Ascendit iste, lapidantibus Iudeis:
quia ille descendit, lætantibus angelis. Gloria in excelsis
Deo, heri sancti angeli exultantes cantauerunt: hodie
Stephanum lætantes, in suum consortium suscepunt.
Heri Dominus exiuit de utero uirginis: hodie miles
egressus est de ergastulo carnis. Heri Christus pro no-
bis pannis est inuolutus: hodie Stephanus stola est ab
eo immortalitatis indutus. Heri præsepis angustia Chri-
stum portauit infantem: hodie immensitas cæli suscepit
Stephanum triumphantem. Solus Dominus descendit,
ut

ut multos eleuaret: humiliauit se rex noster, ut suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo uirginis præparauit uterum, ipse martyri suo aperire dignatus est cælum. Dominus Christus angustias intrare non dedignatus est uteri, ut animam Stephani latitudo suscipere cæli. Necessarium tamen nobis est, fratres charissimi, agnoscere, quibus armis prædictus Stephanus, seu iudæorum potuit superare, ut ita meruisset foeliater triumphare. Neq; enim parui pcedenda sunt, talis uirtus talisq; triumphus. Haud uerò uilibus armis potuit preeminiri, qui à multis non potuit superari. Inuicta namq; in eo enitit insigne uirtutis, quæ nec fremenium scutiâ formidauit, nec lapidantium ictibus deuicta succubuit. Usq; adeo enī inter frementes pmanit interritus, & inter lapidum fuit cruciamenta securus, ut incredulitatem iudæorum fidēter argueret, & benignus pro lapidantibus oxoraret. Quod est ergo tam magnum atq; insuperabile genus armorum, quo munitus, seuictes argueret, lapidantes non reputiēs, sed patiēs superaret, insuper occisus, aulam cælestis regni, uiuus & coronatus intraret? Proculdubio, munimine regio septus, nullatenus est ab aduersarijs superatus. Quoniam rex noster, cum sit altissimus, pro nobis humilis uenit: sed inanis uenire non potuit. Magnum quippe donatiuum suis militibus attulit, quo eos non solum copiose ditauit, sed etiam ad certandum inuictissime confortauit. Attulit namq; donum charitatis, quæ pdueret homines ad cōsortium deitatis. Quod ergo attulit, erogauit, nec sibi aliquid minuit, sed

Arma Ste-
phani con-
tra scutiâ
Iudeorum.

Donatiuum
quod Chri-
stus militibus
suis dedit,
charitas est.

mirabiliter & suorum paupie ditauit, & indefiectibus thesauris plenus ipse pmansit. *Charitas* ergo, quæ de cælo ad terras deposuit Christū, ipsa Stephanū de terra eleuauit ad cælum. *Charitas*, quæ præcessit in rege, ipsa subsequenter refulsit in milite. O admiranda ubiq; potentia saluatoris, O prædicanda indefinēter gratia redēptoris. Oslēdit in matre uirginitatis eternæ miraculū, demōstrauit in martyre inuictæ charitatis indiū. *Integritas* quippe intemerata pmansit ī uirgine, dilectionis uirtus inuicta pseuerauit in martyre. Et sicut ī matre Domini non potuit uirginitas uiolari, sic in martyris mente non potuit Christi *charitas* tanto sc̄uictium agmine superari.

Charitas
sancti Ste-
phani pro
armis fuit
illi.

Stephanus ergo, ut noīs sui coronam meruisset accipe, *charitatem* pro armis habebat, & p̄ ipsam ubiq; uincēbat. Per *charitatem* Dei, sc̄uictibus Iudæis non c̄ssit, p̄ *charitatem* proximi, pro lapidantibus intercessit. Per *charitatem* arguebat errantes, ut corrigerētur: p̄ *charitatem* pro lapidantibus orabat, ne punirētur. *Charitatis* uirtute subnixus, uiat Saulum crudeliter sc̄uictem, & quæ habuit in terra p̄sequutorē, in cælo meruit habere consortem. Ipsa sancta & indefesa *charitas* desiderauit orando acquirere, quos nequiuuit monendo conuertere.

Charitas
et orādo et
arguendo
eruebatur

Neg; enim, fratres, existimādus est Stephanus tunc inimicos dilexisse, cum pro eis oraret, & non dilexisse, cū eorū incredulitatē arguendo corripit. Absit hoc ab aīa martyris ad cæli palatium festinantis. Ipsa enim sancta *charitas* firmam seruauit in oratione patientiam, quæ rigidam tenuit in correctione censuram. Et ideo in

oratione

oratione audiri meruit lenitas, quia sine charitate non fuit in correctione seueritas. Ac per hoc, siue orando, siue corripiendo, charitatem beatus Stephanus reseruauit, quia utroque salutem errantium cogitauit: & idcirco sanctæ orationis ostendit, increpationem illam non fuisse odij, sed amoris. Hoc autem faciens, & presentibus charitatem beatus martyr exhibuit, & utile nimis exemplum posteris reliquit. Demonstrauit enim geminam ecclesiasticæ dispensatoris industriam, ut ad corrigendum cuiuslibet peccatis errorem, & non desit in ore correptio, & ad deum pro eo supplex effundatur oratio, ut qui malum fecit, per increpationem de malis operibus confundatur, & per orationem apud deum adiuetur. Ac sic, ipsa charitas, & in ore iustitiam sonet, ut errantem corrigat, & in corde patientiam seruet ut pro errante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem non corripuerit de negligentia iudicatur: qui autem pro eo non orauerit, de perniciæ condemnatur. Quocirca fratres, si quando aliquis pro animæ salute corripitur, non aspernanter accipiat monita charitatis, nec presentem tristitiam suæ uoluntatis attendat, sed consideret, quæ lucra utilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur, ut à prauis operibus corrigatur. Nec tamen uidet correptionem aliqua uerborum austeritate feruere, existimet charitatem in corde frigescere. Sic enim uigilet in ore correptio, ut in corde non dormitet oratio. Ac per hoc, in utroque peccanti, consulte prospiciatur, ut dum homo correptus de peccato confunditur, & à malis operibus

Summa industria charitatis in placatis

Charitas peccatorem et ore corripit et oratione inuauat

bus separaretur, & per orationem (deo miserante) saluetur. Nam & sancta scriptura dicit: Quoniam quem diligit dominus, corripit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Christi ergo Charitate compulsi, & bonos hortamur, ut in bono permaneant: & malos compellimus, ut à malo discedant. Præsertim, quoniam in istis duobus sanctis, geminum nobis monstratur salutis indicium. Ut si quis bonus est, imitetur perseuerantiam charitatis in Stephano: qui autem malus est, sectetur exemplum conversionis in Paulo. Et qui bonus est, æquitatem usque ad finem teneat: qui autem malus est, quantotius à sua perseuerantia discedat. Nec bonum hominem præsumptio iustitiæ faciat negligentem, nec malum iniquitas faciat desperantem sed ille bonum fortiter teneat, iste malum celeriter deserat. Bonus timeat, ne cadat: malus conetur, ut surgat. Quisquis ergo malus est, cum Paulo prosternatur in malo, ut cum eo erigatur in bono. Quoniam et ille cecidit malus, & surrexit bonus. Prostratus est iniquus, & erectus iustus. Cecidit sæuissimus persecutor, & surrexit ueridicus prædicator. Cadens lumen corporis impius perdidit, surgens autem, lumen cordis iustificatus accepit. Coniunctus est itaque Stephano, factus ouis ex lupulo. Et cæcæ nunc Paulus cum Stephano letatur, cum Stephano Christi claritate perfruitur, cum Stephano exultat, cum Stephano regnat. Quò enim præcessit Stephanus, tradatus lapidibus Pauli, illuc sequutus est Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quàm uera uita, fratres mei, ubi non Paulus de Stephani occasione confunditur,

Utile exemplum
plurimum de Ste-
phano et
Paulo.

Conuersio
Pauli.

tur, sed Stephanus de Pauli consortio gratulatur, quoniã
 charitas in utroq; letatur. Charitas quippe in Stephano Bona charitas
 superavit seuitiam Iudeorum, charitas in Paulo coope-
 ruit multitudinem peccatorum: charitas in utroq; pari-
 ter regnum meruit possidere cœlorum. Charitas igitur
 est omnium fons & origo bonorum, munimen egregium,
 uia quæ duat ad cœlum. In charitate qui ambulat, nec er-
 rare poterit, nec timere. Ipsa dirigit, ipsa protegit, ipsa
 perduat. Quocirca fratres, quoniam scalam charitatis
 constituit Christus, per quam ad cœlum omnis possit con-
 scendere Christianus, puram charitatem fortiter
 retinet, ipsam uobis inuicem exhibet,
 & in ea proficiendo conscendite, insisti-
 te opibus bonis, ut ad præmia æ-
 terna peruenire possitis, ad-
 iuti gratia saluatoris. Qui
 uiuit & regnat in sæ-
 culis seculorum.
 Amen.

SERMO B.

FVLGENTII, DE EPIPHANIA,

deq; innoæntiæ, & mulieribus Magorum.

Cur Epi-
phania dici-
tur.



Nostis fratres charissimi, quia dies iste, qui nobis i honorem Domini, p annos singulos celebratur, ore cunctoru fideliu Epiphania venerabiliter nuncupatur. Et quia græcum probatur eẽ uocabulũ, multis latinis est incognitũ. Inde est, q nomen istud oẽs quidẽ latini dicunt, sed non omnes inueniuntur nosse quod dicunt. Proinde bonum est, ut cũ est, qui diem hodiernum Epiphaniam nuncupant, & cur hoc dicatur ignorant, sacramentum diei huius nominis interpretatione cognoscant. Debet enim dici huius solennitatis à fidelibus celebrari, & ideo solennitatis causa nõ debet ignorari. Hunc ergo diem, sicut diximus, Epiphaniã uocat Christiana religio. Epiphania uerò interpretatur manifestatio. Traditum autem tenemus à patribus q unigenitus dei, postq̃ est secundum carnem tpaliter natus, in isto die est Magis uenientibus manifestatus, à quibus oblati muneribus, suppliãter est adoratus. Nam quia ipse est Deus, qui sibi in ueteri testamento, primitias offerri mandauit: idem deus homo natus, gentium primitias suo cultui dedicauit. Apostolica uerò testatur auctoritas, quia unus est Deus, qui iustificat arcumasionem ex fide, & præputium per fidem. Circumcisionis nomine Iudæos, præputij nomine gentes indubitanter ostendens.

Magi / prt-
mitie gen-
tiu

Isti

Isti sunt duo parietes, qui ex diuerso uenerunt, & in lapidē, qui factus est in caput anguli, in unitate fidei conuenerunt. Vnus paries uenit ex Iudæis, alter ex gentibus. Longe à se diuersi erant, quando diuersa credebāt. Positus est in medio lapis angularis, q̄ ad se utrūq; parietē dueret, & utrūq; uno nomine nūcuparet, essentq; unum cōmunionē uocabuli, q̄ fierent una in una gratia sacramēti. Per Christū enī q̄ est pax nostra, faciēs utraq; unū, Iudæi & gentiles facti sunt unū, quibus fidei unitas unū in didit nominis Christiani uocabulum. Ad lapidē ergo angularē utraq; paries uenit, & uerum angulum fidei unitas fecit. Horum duorum parietum unus adductus est, quando pastoribus Iudæis Christum natum angelus nūciāuit: alter paries adductus est, quando gentilibus Magis nouum sydus apparuit. Illi fuerunt primitiæ Iudæorum, isti facti sunt primitiæ gentium. Illi de proximo adducti, isti de longinquo reducti. Propē enim erant Iudæi, qui deum colebant: lōge erant gentes, quæ idolis seruebant. Hoc utiq; significabant pastores, qui nascēte Christo propē sunt infanti, & Magi, qui sunt de longinquis partibus adducti. Qui tamen uenientes, cū ipsi Iudæi non essent, regem Iudæorum se querere professi sunt, & ad ipsum adorandum, se uenisse dixerunt. Ait enim Euangelista: Quia Magi ab oriētē uenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriētē, & uenimus adorare eum. Quid est, dulcissimi fratres, ut isti Magi regem Iudæorum adorandum quærerent, cum ipsi Iudæi non

Ephes. ii. c

Duo parietes / Iudæi et Gētiles / in unū lapidē Christi cōuenerūt.

Magi nō iudei regē iudeorum quærebant

essēt? Et quē regē? Vtiq; nō Herodē, sed Christiū. Volūt
 adorare regē nup natū, nec adorāt regē ante annos ali-
 quot ordinatū. Adorare cupiūt infantē lactātē, nec ado-
 rāt regē populis īperantē. Nā et de Herode rege Iudæo
 rū filij iā fuerāt nati, qui erant patre mortuo regnaturi.
 Mortuo enim isto Herode, Archelaus ī Iudæa regnavit,
 & Galilæ primāpatum iunior Herodes obtinuit. Ar-
 chelaus natus est in palatio, Christus in diuersorio. Ar-
 chelaus natus est in lecto argenteo positus, Christus autē
 natus, in præsepio est breuissimo collocatus. Ille forsitan
 præcōsis inuolutus est seriās, iste uilissimis inuolutus
 est pannis. Et tamen ille natus in palatio, contēnitur: iste
 natus in diuersorio, queritur. Ille à Magis nullatenus no-
 minatur, iste inuētus, supplianter adoratur. Omnino sper-
 nitur primogenitus regis, & muneribus adoratur primo-
 genitus pauperulæ mulieris. Quis est iste rex Iudæo-
 rum? Pauper & diues, humilis & sublimis. Quis est iste
 rex Iudæorum, qui portatur ut paruulus, adoratur ut
 Deus? paruus in præsepio, immensus in cælo, uilis in pā-
 nis, præcōsus in stellis, cuius natiuitate comperta, Hero-
 des turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

Quid est, quod sic turbaris Herodes? Quoniam natum
 regem Iudæorum audisti, turbaris, suspicionibus agita-
 ris, inuidiæ stimulis inflammaris: & ob hoc natum re-
 gem occidere conaris. Inanis est ista turbatio tua, & ua-
 na prorsus cogitatio tua. Rex iste, qui natus est, non ue-
 nit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter
 subiugare. Nec ideo natus est, ut tibi suædat, sed ut in

cum

Collatio ar-
 chelai et
 Christi quo
 ad Magos.

In Herodē
 turbatum/
 Epistolo-
 pbe/ pro
 Christo.

eum mundus fideliter credat. Venit ergo, non ut pugnet uiuus, sed ut triumphet occisus. Nec ut sibi de alijs gentibus auro exeratum quærat, sed ut pro saluandis gentibus præcòsum sanguinem fundat. Inaniter inuidendo timuisti successorẽ, quẽ credẽdo debuisti quærere saluatore. Quia si in eũ crederes, cũ eo regnares: et sicut ab illo accepisti tempore regnũ, accipes etiam sempiternũ. Huius enim pueri regnum non est de hoc mundo, sed per ipsum regnatur in mundo. Ipse est enim sapientia Dei, quæ diat in prouerbijis: Per me reges regnant. Puer iste uerbum Dei est, puer iste uirtus & sapientia Dei est. Si Prou. vlii b potes contra Dei sapientiam, cogita. In tuam perniciam uersaris, & nescis. Tu enim regnum nullatenus habuisses, nisi ab isto puero, qui tunc natus est, accepisses. Puer, qui nunc à Magis diatur rex Iudæorum, idẽ creator & dominus angelorum. Quapropter, cuius times infantiam nascentis, magis timere debes omnipotentiam iudicatis. Noli eum timere regni tui successorẽ, sed time infidelitatis tuæ iustissimũ dånatorẽ. Vtinã eum, Magis adorantibus, etiã tu pariter adores, & nõ ad eũ Magos, fraudulenta calliditate mandares: Itē, inquit, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunãate mihi, ut ego ueniens, adorem eum. O calliditas ficta. O incredulitas impia. O nequitia fraudulenta. Si adorare istũ puerum certissime disponebas, quare pro illo multos pueros occidebas? Sanguis innoentũ, quẽ crudeliter effudisti, attestatur, qd de hoc puero uoluisti. Et tamẽ nõ solũ istũ puerũ nõ inuenisti, sed nec illis pueris aut quid nouisti, imò in-

saus

Occiso in:
nocerū me:
rodi pl^o no:
cuit q̄ chi:
sto aut pue:
ris ip̄s.

sāus, quod illis proderat, hoc egisti. Per seuitiam qui p̄
pe tuā facti sunt martyres, qui p̄ infantiam suam fuerāt
innocentes: quando p̄ gratiā huius pueri, pro eo merue=
rūt mori, priusq̄ eū possent corā hoībus cōfiteri. Iste itaq;
puer, q̄ mundū creauit, q̄ mundū regit, q̄ omnia quæcum
q; uult facit, q̄ cūcta mirabili atq; insupabili ordine di=
sponit, hoc ordinauit, hoc egit, ut p̄ tuam inuidiā furio=
sam, illi pueri mortē susciprēt præciosam: & quod eis
ad salutē tuā præstare nō possis amicus, hoc ad dānatio=
nē tuā faceres ininūcus. Ad hoc ergo te pmisit infantes oc=
cidere, ut illos de te faceret triūphare. Te ergo pmisit ad
nequitia, illos pduxit ad palma. Vnus enim idēq; est do=
minus omnipotēs, q̄ paruulus uagies: unus idēq; est, q̄
tuā crudelitatem dignatus est fugere, cuius maiestatē non
potes effugere. Fugit enim non formidine humana, sed di=
spēsatione diuina. Fugit non necessitate, sed potestate.

Fuga Chri:
sti in egyp:
tum.

Ideo autem dignatus est ī Aegyptū fugere, ut postea cru=
cem dignaretur ascendere. Et illa potestate puer latuit in
Aegypto, qua potestate iuuenis pepedit in ligno. Vnus
enī idēq; mortis susceptor, uitæq; largitor, unus idēq;
immortalis ex patre, mortalis ex matre, propria potesta
te mories, propria potestate resurgens. Iste itaq; puer, q̄
natus est, ideo non inuenitur in numero paruulorū mo=
ricium, quia ipse expectatio gentiū. Sanguis huius pro=
inde propterea non cū istorū sanguine funditur puero=
rum, quia solus in remissionem fundendus est peccatorū.
Et illi omnes pueri inaniter morerentur, nisi huius san=
guine saluarentur, Et iste quidem puer ærtissime mo=
rictur,

rietur, quia si mori nollet, nullatenus nasceretur. Morietur autem, non ut impleat seuitiam tuam, sed ut perficiat mansuetudinem suam. Faciet enim cum mori benignitas propria, non malignitas aliena. Morietur, non ut tu infidelis regnes in seculo, sed ut secū regnare faciat fideles in caelo. Morietur, non ut pdat breuē uitam, sed ut cōferat sempiternam. Morietur, non ut seruus iniquitatis, sed ut dominus maiestatis. Morietur, nō uinulo necessitatis, sed proposito uoluntatis. Morietur mirabiliter, morietur misericorditer, morietur singulariter, morietur per propriā potestātē, ut suā in oībus adimpleat uolūtātē. Ad hoc enī misericorditer morietur, ut resurgēs cunctis gētibus dominetur. Morietur ergo sicut unus, & qdē, quē dcū hoīem cōcepit fides uirginis, & deū hoīem pepit fecunditas uirginalis. Si nescis uerā huius pueri dcitatē, attēde stellā in caelo fulgentē, Magos praecedentē, & iter ignorantibus ostēdentē. Hęc stella nunq̄ ante appuit, quā nunc eam puer iste creauit, & Magis ad se uenientibus prauiam deputauit. Iste puer in praesepi quidē paruulus collocatur, sed magnus ī caelo mirabiliter opatur. Permittit se manibus in terra portari, sed praecipit sibi caelestia famulari. Quid est ergo, quod infantilem attendis etatem, & eius diuinā non intelligis potestatem? Sic fuit ueraciter intimanda pueri huius naturalis diuinitas, & naturalis humanitas, utraq; naturaliter uera, utraq; unita, nec ī se inuicē confusa, nec à se inuicē sepata. Ipsum enim habuit Maria filium de se natum, cui stella debite seruitutis exhibuit famulatum. Ipsum eundēq; Maria

Ad quid
Christus
mortu⁹ est/
nō puer / s; vir.

Stella signū
deitatis in
Christo pue
ro.

in

in Bethlehē dominum hoīem pepit, quē stella Magis in
 oriētē positis nūāauit. Magi ergo uenerunt, & filiū uir
 ginis unū eundēq; dominum hominem cognouerunt. De
 nūq; attende, quid obtulerunt, & agnosca, quid credide=
 runt. Refert enim Euangelista, quia intrantes domum,
 inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & proadē=
 tes, adorauerunt eū, & apertis thesauris suis, obtulerūt
 ei munera, aurum thus & myrrham. Per ista tria mune=
 rum genera, in uno eodēq; Christo, & diuina maiestas,
 & regia potestas, & humana mortalitas intimatur. Thus
 enim ad sacrificiū, aurum p̄tinet ad tributum, myrrha
 ad sepulturam pertinet mortuorum. Omnia hæc sancta fi=
 des Christo ueraāter offerre nō desinit, dū unū eūdēq;
 uerum deum, uerum regem, uerūmq; hoīem credit, ut
 uere pro nobis mortuum, ueraāter recognoscat. In ob=
 latione thuris, confunditur Arrianus, qui soli patri sa=
 crificiū debere contendit. In oblatione myrrhæ confun=
 ditur Manichæus, qui christum uere mortuum pro nostra
 salute non credit. In auro uerō simul uterq; confundi=
 tur, quia & Manichæus de semine Dauid secundum car=
 nem natum non credit regem, & Arrianus de unigenito
 naturalē assignare nititur seruitutem. Proinde uterq; nō
 experietur regē, à quo per fidem regatur, sed à quo pro
 infidelitatis crimine puniatur. Quia ab uno diuinitatis,
 ab altero carnis ueritas denegatur. In hisdem muneribus
 confunditur etiam Nestorius, qui nititur Christum in du=
 as personas diuidere, cum uideat Magos, non alia deo
 & alia homini, sed unī deo homini eadem munera obtu=
 lisse

Error: he
 reticorū cō
 uicti ex mu
 nerib⁹ Ma
 gorum


lisse supplianter. Non ergo diuidatur in personis, qui nõ inuenitur diuisus in donis. Propterea quippe unus idemq; istis muneribus honoratur, ut unus idemq; Deus & homo cognoscatur. Ista Magorum oblatio confundit etiam Eutychetis insaniam, qui non uult in Christo utranq; ueram prædicare naturam. Veritatem quippe istorum munerum tollit, dum in Christo unam naturam prædicare cõ tendit. Nos itaq; dilectissimi fratres, offeramus Christo indubitanter in fide, quod Magi obtulisse cognoscuntur in munere, ut uere diuinitatis humanitati sq; confessio ipsa sit apud Christum nostra fidelis oblatio. Hæc munera cum Magis unanimiter offeramus, & ad regionem sanctorum tota cordis deuotione tendamus. Nec teneamus uiam ueteris uitæ, sed diuinis mandatis humiliter obsequentes, uiam mutemus, et in qua præcepit dominus ambulemus, ut ad patriam puenire ualeamus, ubi sine fine cum ipso gaudæmus. *Via enim hominis est uita eius. Qui male uiuit, uiam tenet erroris. Qui bene uiuit, p uiam graditur ueritatis. Qui propter qui ambulabat uiam fornicationis, uiam tenet castitatis. Qui uia tenebat auaritiæ, teneat uiam uitæ. Qui ambulabat per uiam fictionis, uiam tenet nunc puritatis. Ambulemus bene per fidem, ut perueniamus ad spem, ubi plenum erit gaudium nostrum: quia implebitur in nobis desiderium nostrum. Per eum, qui uiuit & regnat in sæcula sæculorum*

Exhortatio ad exēplum magorum.

Via hominis uita eius

Amen.

FINIS.



OPV

SCVLA MAXENTII
IOHANNIS, SERVI
DEI, THEOLOGI
ANTIQVI.

CLARISSIMO

MO VIRO, DOMINO PHILIPPO FVR
STENBERGER, SVMMO IN REPV=

BLICA FRANCOFORDIANA CONSVS

LI, IOHANNES COCHLAEVS NORIN=

BERGENSIS S. D. P.



XSCRIPTA SVNT
à me nuper, magnificæ Do
mine Philippe, dũ Norin=
berge morarer, ex codicæ
quodã uetustissio opa bea
ti Fulgentij, quæ nũc sub
prelo uersantur impresso
rio, ut sic multis commu
nicentur. Erant autem in
codẽ codicæ nonnulla Ma=

xentij opuscula, quæ ego tum ob instantem transmigra
tionẽ excribere non potui. Alius itaq; scribẽdi laborem
subijt, relicto mihi munere recognoscendi. Quod cũ illuc
præstare non possem, huc exemplar mecum recepi. Verũ
ita molesta mihi fuit eiusmodi erratorum emendatio, ut
ipsa codicis transcriptio longe minus futura fuerit one
rosa, Adcõ crebris utendum fuit erasionibus, notisq; et
lituris, non solum in uerbis sententiisq; restituendis, ue
rum etiam in punctis hic apponendis, illic delendis. Ma
xime uerò in punctis interrogatorijs, quæ scriptor, ami
quim

EPISTOLA COCHLÆI

quum punctandi modum ignorans, frequentissime pro puncto (ut uocant) suspensiuo adiecerat, & in proprijs locis male omiserat. Similis item fuit molestia in diphthōgis, literisq; uerborū initialibus, nūc tollendis, nūc angusto in spacio reponēdis. Hæc et id genus minutula, in quibus nullum uidetur esse operæpretiū, multo magis me cruciabant, quā operosiores illi labores, quibus et fructus aliquis inest, & sensus authoris explanatur. Neq; tamen scriptorē, qui præstilit quod potuit, in cuso: quando ci haud quaquam facile fuerit, ignotā curiosamq; scripturam rescribere, sed culpā deprecor, si nō ubiq; satisfecerim lectori. Nam uetus quoq; codex, hac in parte nouissima, minus fuit integer, & ego inter has noui status occupationes, institutionemq; domesticam plerisq; alijs (ut fit) curis implicatus fui. Sed et librorum casus, quē à prædonibus in itinere passi sunt, laborē mihi diffialiorē reddidit, Calchographus uerò, cui damnosa foret mora, omnem dilationē abrumpere coegit. Omnis igitur annotationibus, præcipuas authoris sententijs, breuiter extractas, marginibus ascripsi, ut in præopto sit lectori, quid prolixioribus uerbis prætēdat author, pspicere, idicēq; ubi uelit inde conficere. Perpetuū uerò textū adiectis in margine numeris distinxī, ut sic uel sine capitulis distinctio sit et ordo dictorū. In dialogis aut præmissa quidem erāt libris capita, sed suis locis nusq; adsignata, quæ ego similiter per numeros continuato uerborū contextui aræ proprias sedes adaptaui. Itidem scā in ultima responsione. Quos uerò titulos reperi, ad certiorē antiquitatis fidē

A 2 integros

EPISTOLA COCHLAEI

integros reliqui, breuiorēsq; singulis chartis superpo-
 sui, ut inquirenti nō sit opus ad librorum initia recurrere.
 Deniq; allegata scripturarū loca in marginibus desi-
 gnauit, ut unius ita labore multorū īquisitio leuctur. Cæ-
 terū de uita temporēq; authoris post longā uariāmq; in-
 quisionē nihil usquam inueni, quamuis multas eius rei
 gratia Bibliothecas in patria discesserim. Ex his autē scri-
 ptis eius conijcere licet, eū fuisse patria Cōstantinopolita-
 num, uita Monachum, studio Theologū, & quidem acuz-
 tum minimeq; uulgarē. Sæpe enī in regia urbe (quā Cō-
 stantinopolim tū fuisse, ubi sedes erat Imperatorū, nemo
 dubitat) se agere indicat. Et pro Monachis Scytharum
 ideo se non leuiter scripsisse ait, q; pro fratribus animas
 quoq; ponere debcamus. Vixit autē temporibus Iustini
 Prināpis et Hormisdæ Pontificis, quod inde sane cōiāo,
 quia mox in primo titulo ait libellum suum ab Hormisdæ
 Papa fuisse approbatum. Quos uerò Legatos ibi nomi-
 natim exprimit, eosdē Platina ad Iustinum ab Hormisdæ
 missos affirmat. Sunt & aliæ cōiecturæ, quas nūc refer-
 re nō libet. Scripsit igitur eisdem fermē tēporibus qui-
 bus & Fulgentius. Vnde factum est, ut quos olim tempo-
 ra iunxerant, deinde cōiū uni codici cōmēdauerat. Dei
 benignitas p tot iterim rerū urbiūmq; interitus, sub lon-
 gissima barbarie latētes, nunc demū, reuiuiscētib; bo-
 nis literis, in lucem pariter coniunctos emittat: & tantā
 quidem cū iustitiā, ut is qui antæsit tempore, ingenio,
 eruditōe, eloquētia, dignitate, laboreq; et uita sanctita-
 te, priores quoq; partes retineat in editiōe. Quāq; uerō
plet. 19;

EPISTOLA COCHLEAI

pleriq; Maxenij à Fulgentio quoq; sunt copiose ptra-
ctata, digna tamen ut exhibeantur uisa sunt, non solū ad
iucūdiore antiquitatis cognitionē, uerūetiam ad clario-
rem intelligentiā diffiāllimæ de Trinitate ac Verbi incar-
natione contemplationis, quæ ex diuersa tractatione fa-
cius haberi potest. Equidem nō aliū adhuc extare arbi-
tror, q Nestorianos errores aut tā luculēter exprimat,
aut ita efficiāter ipugnet, ut hic nosler Maxētius, præ-
sertim in Dialogis. Sed & Pelagij ac Faustii, Acphalos
rūmq; hæreses ualidis rationū malleis concutit et perfrī-
git. Possumus itē ex eo cognoscere, quanta fuerit illis
quoq; temporibus Apostolicæ Sedis authoritas, ad quā
pro orthodoxa fide consulendā, fluctuantibus in Oriēte
animis, propter apparentes hæreticorū rationes, ab ex-
tremis mundi partibus uenerūt Monachi Scytharū, ue-
lut ad sacram Ancorā à periculosis neuorum dogmatū
undis cōfugientes, & tanta fuit tū quoq; Ro. Pontifica-
tus amplitudo, ut in legatione sua Episcopos habuerit.
Tanta itē honorificātia, ut Legati quoq; illius cōpellarē
tur Beatissimi. Tantū deniq; iudiāū, ut reliquis in diuer-
sas partes disceptantibus, Catholicū aut hæreticū decla-
raret Pontifex Ro. Hæc ita se habere Maxentius statim
in primo indiat libello, quē nisi approbasset Pontifex,
oppressus fuisset author ab Hereticis. Eius itaq; opuscu-
la, priusquā edātur, ad te, Doctissime simul atq; prudent-
issime Cōsul, mitto, tuoq; iudiāo submitto. Ut quæ non-
dū satis uideantur emēdata, demōstres, uirgulaq; notes
Censoria, Atq; ita uicē fungaris Bilibaldi nostri, ad quē

EPISTOLA COCHLAEI

ego Norinbergæ i Fulgentij editione confugere solebã. Nunc uerò in hac urbe degens, ad te potissimũ confugio, qui illum tam iuande mihi refers ac representas, nõ solum in administratione Reipub. uerum etiã in studio literarũ tam Græcarum quã latinarum. Cuius nomen ita est apud te uenerabile, ut eius studiorũ sis nõ mō ingens laudator, uerũ etiã uehemens mecũ admirator, q̄ is inter tantas illius Reipub. occupationes tam uaria scribit ac transfert. Quod si domesticas quoq; curas (quas ille, defuncta cõiuge arãter triã iã lustra solus sustinuit) inter filias familiãmq; plurimã in haud angusta re familiari, publicis negotijs legationibũsq; adiuxeris, iuste mirari queas, ullã ei ad literarũ studiũ horã relinqui uacua. Cũ is interim ita ingenũ occupatus excoluit, ut in omni studiorũ genere nõ solum se doctẽ, uerum etiã nõ uulgariter eruditũ ostendere queat. Quem admodũ igitur illi nuper Fulgentium, sic tibi nunc, Cordatissime Consul, Maxentium & offero & commendo, ut habeat uterq; post longas latebras Patronum aliquẽ, cuius auctoritatẽ cõfissus, audeat in lucẽm conspectũmq; doctorum prodire. Bene uale, & Cassiodori, quo de mihi nuper dixisti, fac que so per te mihi copia fiat, ut et ille, illorum Synchronos (cuius operũ bonã iam partẽ adeptus sum) prope diẽ cũ fructu exhibeatur. Interim tuis prodeat auspicijs Maxentius, sceliãbus profecto, si tã iucunda eius fuerit studiosis lectio, q̄ gratis tuus est salutarisq; oĩbus Magistratus. Iterũ uale. Ex ædibus nostris, Frãcofordiæ, quibus Idus Feb. Anno dominicæ Incarnatiois. M.D.XX.

Inapit

INCIPIT LI

BELLVS FIDEI, OBLATVS LEGATIS
Apostolicę sedis Constantinopoli, quę acipe noluerūt.
Susceptus uerò Romę à beato Papa Hormisdā, & in
cōuentu Episcoporū siue totius Ecclesię, necnō etiā oīm
Senatorum lectus, & Catholicus est p̄ oīa approbatus.

DOMINIS

VIRIS BEATISSIMIS, GERMANO
& Iohanni, Episcopis: Fæliā & Dioscoro, Diaconis:
Blando, Presbitero: et uniuersę Legationi sedis Aposto-
licę, libellus ab exiguo Maxëtio, & oīm qui mecū sunt.



VONIAM NON
nulli uidentes nos contra
eos, qui inimico proposito
uenerabilis Chalædonen-
sis Conālij fidem nituntur
euertere, patrū proferre
sententias, & nouis pra-
uorum argumētationibus
uerbis Catholicis obuia-
re, augmentū aliquod nos

Causa huius libelli satisfactoria.

in fide facere iudicant, aut certe contra statuta uenire Con-
ālij: necessarium credimus, probabilibus documentis hęc
incōuenientem ab eorum animis expurgare opinionem,
docentes, nullatenus esse contrarium, si ex eorū patrum
sentētijis, quas ipsa recepit Synodus, falsam docuerimus
Hæreticorū eē sentētia, quę eā quasi cōtraria atq; incō-

A 4 ueniencia

II
Quo fides
recipit au-
gmentum.

uenientia docere, quæ ante se fuerunt, Conalij tentant
adstruere. Et primo quidẽ Catholicam fidem augmẽ
tum aliquod posse reãpere, improbũ est credere. Quia
cum sit perfecta & plena in omnibus, augmentum reã-
pere non potest. Hoc enim sine dubio augmentũ reãpit,
quod est imperfectum. Si autẽ in nõ de intelligentia fidei,
sed de uerbis agitur, hoc non est semper cõtrarium, quia
aliquando explanationem fidei, uerborũ faãt adiectio,
aliquando corruptionem, quod non augmentum, sed de-
trimentum est potius fidei. Quapropter tunc adiectio
uerborum uitanda est, quando non explanationem, sed
corruptionẽ aut cõtrarietate fidei operatur. Quod si o-
mnis adiectio uerborum catholicæ fidei noxia creditur,
cur beatus Cyrillus, ad destruendã Nestorij impiã inter-
pretationem sancti Symboli, in Cõalio Ephesono, tam
multas sanctorũ Patrũ sententias proferẽs, nullũ repre-
hensionis dignũ reãpere augmentum creditur? Quod
si ideo augmentum reãpere non creditur, quia non in i-
pso sancti Symboli mathemate ipsas sanctorum Patrum
sententias inseruit, sed eas extrinsecus proferens syn-
axissimum sensum eiusdẽ sancti Symboli reddidit mani-
festum. Aequẽ ergo & de nostra paruitate conuenit
iudicare, qui non in ipso termino uenerabilis Chalædo-
nensis Cõalij inscriimus Patrum sententiã, sed eas extri-
secus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus.
Sic deniq; Beatus Papa Leo etiam post definitionẽ eius-
dem Conalij coactus, diuersorum Patrum sententijs, per
illa, quæ diantur Encydia, contradicentiũ ora obstruere,

III
Exẽplo Cy-
rilli licitã
adiectio
uerborũ.

mathema
dogma.

III
Licet oppo-
nere patris
sententiã ad
Cõciliorum
Decreta.

o

Et prauorum nouas adinventiones atq; calumnias dissi-
 pare. Quorum etiam nos exempla sequentes, his qui er-
 rorem propriæ impietatis ex auctoritate Synodi confir-
 mare nituntur, et uerba simpliâter atq; integre à san-
 ctis Patribus edita, ad suam prauitatem conantur retor-
 quere, compulsi sumus sanctorum uirorum probatissimo-
 rumq; doctorum sententijs armati occurrere, et impias
 assertiones eorum per Dei gratiam refutare: Euidenter
 arguentes, eos à fide sanctorum Patrum eiusdemq; Cœ-
 lij esse penitus alienos. Quid enim contra Synodum
 et non magis pro Synodo est, si contra inimicos Chalce-
 donensis Conlij, qui eam contra sanctorum Patrum fidem
 uenisse calumniantur, sanctorum uirorum (qui ante ipsam
 in ecclesia claruerunt) sententias proferentes, docueri-
 mus, nihil nouum, aut sanctorum Patrum fidei contrarium,
 à memorato fuisse Conalio statutum. Præsertim cum in-
 pientes Beatissimi Patres, qui in ipsa Synodo conuene-
 runt, sensum propriæ fidei explanare, ita de se mani-
 festa uoce testentur, dicentes: Sequentes igitur et nos san-
 ctissimos Patres, confitemur &c. Qui autem retra-
 ctationem conlij esse iudicât, contra Hereticorum nouas
 adinventiones quippiam ex libris proferre sanctorum,
 aut id quod conuenienti ratione collectum fuerit: primo
 arguant Beatum Cyrillum, qui (sicut superius edocuimus)
 perfecto et primo sanctorum Patrum manente symbolo,
 ad destruendam impiam interpretationem Nestorij, di-
 uersorum patrum sententias protulit: et Beatum Leonem,
 qui similiter sanctorum patrum testimonijs statuta uene-

V
 Defessio
 Concilio
 Chalcedo-
 nensi.

VI
 Exemplo
 Cyrilli et Le-
 nis.

A 5 rabilis

rabilis Chalædonensis Synodi, cum fide patrum cōueni-
re docuit: Et tum demum nos quasi retractatores Con-
lij arguere poterunt, qui per sanctorū Patrū bene pro-
latas sententias, repellimus hæreticū fallaciā. Nemo
enim recte reprehenditur retractare Synodum, nisi q̄ de
ipsius statutis iudicans, nō pro ipsa, sed contra ipsam pa-
trum proferre tentat sententias, sicut Hæretici faciunt.

VII

Qui recte
dicūt re-
tractatores cō-
cili.

• Qui autem non contra ipsam, sed pro ipsa patrum sen-
tentias proferūt, defensores sunt, non retractatores Cō-
alij. Frustra ergo omnino nos Synodū retractare argu-
unt, quos uidēt non contra ipsam, sed pro ipsa Patrum
proferre sententias, Quia Synodus alterā fidē aut ma-
thema præter sanctorū patrum tradere his, qui ad atho-
licam fidē confugiunt, prohibuit: non autē hæreticorum
prauitati, aut eis qui sensum eius moliantur corrūpere,

VIII

Quæ recte noua
recogitare
vocalia.

rationabilibus documentis uestit obuiare. Vnde sup-
fluum est etiā illud quod nobis obijātur: Quia quod Sy-
nodus non diāt, nullatenus diā debere. Quia multa sunt
quæ nō dicūtur à Synodo, nec in ullā scriptura Canonica,
et tamen cum ratio postulauerit, ea nullatenus proferre
ambigimus: sicut est Trinitas, aut cū de patre diāmus,
quia ingenuus est, et alia plura. Nec enim in rebus con-
siderandum est (sicut diāt beatissimus Augustinus) quid
uel sinat uel non sinat diā usus sermonis nostri, sed quis
rerum ipsarum intellectus eluāt. His ita se habentibus,

IX

De duobus
proponitur
satisfactio

Beatissimū, ad expugnandam et auferendam ab
omnium animis suspitionem, sicut iam superius præ-
fati sumus, nunc iam qualiter de incarnatione tantum do-

minica

minica sentiamus, siue quid de gratia Dei, non qua creamur, sed de ea qua recreamur, sapiamus, necessario uobis credimus facere manifestum. Quia nulli nobis est nunc de filij Dei diuinitate, qua constat & unitus est patri & spiritui sancto, dubietas. Si quid ergo in hac satisfactione fidei nostrae, contrarium catholice fidei, aut sanctorum Patrum traditionibus uestra sanctitas iudicauerit, instruere & emendare dignetur: si autem conuenientem, propria auctoritate firmare. Igitur sequentes in omnibus fidem sanctorum patrum, confitemur: **Vnum eundemque filium dei, dominum nostrum Iesum Christum, perfectum eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate, Deum uerum & hominem uerum, eundem ex anima rationali & corpore, Homouision patri secundum diuinitatem, Homouision nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato. Ante secula quidem à patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem, propter nos & nostram salutem, ex Maria uirgine dei genitricis secundum humanitatem. Vnum eundemque Christum filium Dei unigenitum, in duabus naturis, inconfuse, incommutabiliter, indiuisum, inseparabiliter, cognoscendum. In nullo naturarum diuersitatem propter unitatem perimendam, salua potius proprietate utriusque nature, in una persona, unaque subsistentia concurrente. Non in duabus personis partiendum aut diuidendum, sed unum eundemque filium unigenitum Deum uerbum, Dominum I E S U M, sicut ab initio uobis Prophetæ dixerunt**

X
Catholica
professio de
Criso.

XI
 Unio dñi
 rum natura
 rum in vna
 persona
 Christi

dixerunt de eo, & ipse nos Christus erudiuit, & Patrū tradidit Symbolum. Has igitur duas naturas Dei Verbi donūni nostri Iesu Christi, hoc est diuinitatis et humanitatis, naturaliter siue substantialiter, secundum traditionem sanctorū Patrum, credimus et confitemur unitas, eo quod natura inuiolabilis Dei Verbi, naturæ est unita passibili, Beatiſſimo simul atq; doctiſſimo Athanasio dicente: Verbum caro, non caro uerbum factum est. Verbū autem caro factū dicitur, quia Verbi facta est caro, & nō alicuius hominis, hoc est, Deus homo factus est: & dicitur caro, ne prætereat carnis nomen. Cur ergo non suffiāt nobis naturalis unio Verbi ad propriam carnem, & quia Deus homo factus est? his cōgrue sanctiſſimus Theologus Cyrillus ad Nestorium: Non enim, inquit, dicimus quod Dei natura conuersa aut imutata, facta sit caro, uel quod ī totum hominē, qui est ex anima et corpore, trāsformata sit: sed illud magis quod carnem animatā et animam rationalem sibi copulauerit Verbum, & filius dei substantialiter, ineffabiliter, incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit filius hominis. Nec nuda tantum uoluntate, nec assumptione personæ, sed quod diuersæ quidem naturæ in unum conuenerint, unus tamen ex utraq; Christus & filius, non euacuata aut sublata naturarum diuersitate propter unionem. Horum igitur

XII
 Nō est unio
 duoꝝ personarū
 seu filioꝝ
 in christo s; naturarū.

sanctorum Patrum doctrinam sequentes, abominamur omnia eorum deliramenta, qui filium filio copulatū, aut alterū inhabitantem in altero, alterū aut alteri cōfitemur unitum secundum affectum, aut gratiam, aut dignitatē,
 aut

aut æqualem honorem siue auctoritatem, aut secundum
 conuincationem, aut concordiam, aut inlustrationem,
 siue secundum inoperationem, aut personalem factam cre-

Cyrillus

dunt unitiōem, beato Cyrillo in capitulo tertio contra Ne-
 storium dicente: Si quis in uno Christo diuidit substantias
 post unitiōem, sola eas societate connectens, secundum di-
 gnitatem, aut auctoritatem aut potentiam, & non magis
 conuēto ad unitatem naturalem, Anathema sit. Similiter
 Beatus Gregorius in epistola ad Didonium: Si quis, in-

Gregorius
Nazāzenus

quit, sicut in propheta secundum gratiā dicit inoperasse
 deum uerbū, & non substantialiter factam confitetur uni-
 tionem, sit uacuus melioris inoperationis: magis autē &
 plenus deterioris. Vnam uerò duarū naturarum subsistē-
 tiam, siue personam, quā nobis ueneranda Chalcedonen-
 sis Synodus tradidit, nullius alterius nisi dei uerbi incar-
 nati & hominis facti confitemur. Propter quod nec il-
 lam sententiam, quam quasi contrariā quidam Synodo
 estimant, id est, Vnam naturā Dei uerbi incarnatā, auer-

XIII
Una natu-
ra dei uer-
bi incarna-
ta.

tinus: quia nihil aliud nisi unam subsistentiam siue per-
 sonā in duabus naturis docet unitis. Vnde & beatus Fla-
 uianus huius urbis Episcopus, in libello quem de fide sua
 • Theodoro Imperatori, ad excludendos eos, qui sicut
 duas naturas, ita duas prædicant subsistentias, unam Dei
 uerbi naturam incarnatā confiteri non dubitauit, dicens:
 Etenim ex duabus naturis Christum post incarnationē ex
 uirgine sancta, siue post adsumptam naturam humanā,
 in una subsistentia siue persona, unum Christum, unū fi-

• Theodo-
sio legendū
puto: nā sub
Theodosio
iuniorē Fla-
uianus flo-
ruit.

lium, unum dominum confitemur, et unam quidē naturā
 dei

XIII
Ad eū verbo
nō quod sub
stantia.

dei uerbi incarnatam nō reuimus cōfiteri. Quapropter impie quidam, personā quidem homini, subsistentiā uerò Deo uerbo credunt à Synodo deputatam. Non quod ne sciant apud Synodū id ipsum esse subsistentiā quod et personā, sed ne aperte uideantur duas subsistentias, aut duas personas introducere, hoc pessimo abutūtur argumento.

XV
Christus uere
credere. Et
nō de uel ex
trinitate

Nos autem unū & idem sentientes subsistentiā esse quod & personam, non diāmus Trinitatem in Christo inhabitare, sicut consueuerunt Theodori, Mansuesleni, et Nestorij sectatores, quasi quod extra Trinitatem sit Christus, sed Deum uerbum unigenitū filium patris, dominū nostrū Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unū de tribus subsistentijs unius diuinitatis esse credimus. Nec enī uerendi sunt, hi qui nos reprehēdere tentant, dicentes: Eo quod Trinitatē diuidere, est Christum dicere unum de Trinitate, cum & ex Trinitate, & quod

Augustin⁹.

amplius est, unus trium, à beato dictū sit Augustino. Deniq; in libro Enchyridij, dum ageret de eo quod dictum est, Natum Deum Verbum ex spiritu sancto & Maria uirgine, inter cetera ait: Sed cum illam creaturam, quam uirgo concipit & peperit, quamuis ad solam filij personam pertinetem tota Trinitas fecerit, (neque enim separabilia sunt opera Trinitatis) cur in ea faciēda solus Christus nominatus est? An & quando unius triū aliquo opere nominatur, uniuersæ opera intelligitur Trinitatis?

XVI
Questio
Aug. de eo
quod deus
patrib⁹ ap-
paruit.

Rursus in libro secundo de Trinitate: Vtrū, inquit, indiscrete Deus apparuerit patribus nostris, antequam Christus ueniret in carne? An aliquis ex Trinitate psona,

an

an singulatim, quasi per uices appareat? Et iterum post pauca: Neq; hic ergo, inquit, euidenter apparet, utrum aliqua ex trinitate persona, an Dominus ipse Trinitas (de quo dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias) uisus Abrahæ. Sed his paulò manifestius beatus Proclus, huius urbis Episcopus (quæ etiã uenerãdã recepit Synodus Chalædonësis) ad Armenios, cum contra Theodori blasphemias, qui Quaternitatem pro Trinitate impie dogmatizauit, petitur ab ipsa gente ut scriberet, eiusdemq; blasphemias refutaret, de hac sententia est locutus, dicens: Sed sãtãris me fortassis illum nouiciũ uanũq; sensum seu uariloquum, dicẽs: Quia qui confitetur cum qui crucifixus est Christũ Deũ, & patrẽ & spiritum sanctum crucifixũ cõfiteatur, si una est Trinitatis natura. Ego autem e contrario obijão tibi, & quero: Vnus ex Trinitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis extra Trinitatem? & si quidem unus, solutum est iurgium. Si autem alius aliquis præter Trinitatem, quartus est sine dubio gloriæ Dominus: & ab illa glorificatione, qua Seraphin glorificant, existit extraneus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, et unitatem cõfitentur. Hoc aut si nõ mēdãtẽr doct uox illa, quomodo quartus, quos non plasmauit, saluauit? Aut chirographum peccatorum destruxit in cruce, quĩ nõ habet potestãtẽ peccata dimittere, si nõ est secundũ te Deus? Et iterum post aliquanta: Si autem proferas mihi, inquit, dicens: Quia qui confitetur crucifixum Deum filium, & patrẽ & spiritum sanctum crucifixum confitetur,

super

S. Proclus
episcopus
Constanti
nopol.

XVII
Seraphin
probãt con
tra Theo
dorũ trini
tatẽ, nõ qua
ternitatem
credendam

XVIII
Unus ex
trinitate
crucifixus.

super aquam scribis, & super harenam aedificas. Attende igitur catholicæ fidei nervos, & abluere impudentiam tuam. Quid enim est quod nos sapimus. In hac ipsa essentia, qua constat & unitus est filius patri & spiritui, non dicimus eum passum, sed carne quæ ex nobis & pro nobis est factus, Non autem alius est factus nisi unus de trinitate, & crucifixus est, carne qua factus est, & non est passus diuinitate, qua unitus est patri & spiritui, ut et ipsos conuassixos dicimus. Si autem diceremus eum diuinitate crucifixum, reuera in trinitate passionem induceremus. Si autem dicimus, quod in carne sua passiones Verbum suscepit, confitemur, quia & unus est de trinitate qui passus est, & trinitatis natura impassibilis mansit. Et iterum: Si autem incarnatus, inquit, non esset passus, haberet fortassis rationem uersutissima obiectio. Si autem incarnatus passus est, euidenter: quoniã causa incarnationis est crux: hoc crucifixum est, quod incarnatum est. Si autem quod incarnatum est, crucifixum est, Pater autem & spiritus non est crucifixus, unius ergo de trinitate est crucifixus. Diuinitatem uerò qua comunicat patri & spiritui, seruauit impassibile. Carne autem, qua ipse solus est factus, ipsa & solus idem ipse est passus. Quapropter si quis hanc huius beatissimi patris super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audeat, unã totius trinitatis subsistentiã, Id est, patris & filij & spiritus sancti manifeste cum Sabellio credere deprehenditur. Quia si secundum ipsos, quicumque dixerit, unum ex trinitate Christum, qui pro nobis est carne passus, diuisionem facere deprehenditur

XIX

Non pater
aut pater
filius incar
nat⁹ ē/cru
cifixus est.

XX

Dicere unū
ex trinitate
non impos
tat diuisionē
Trinitatis.

deprehenditur trinitatis. Ergo & qui auctorem ex deo dixerit, diuisionem efficiat deitatis. Quod si Deum ex deo dicere, diuisionem non faciat diuinitatis, præsertim cum una sit diuinitas Trinitatis, multo magis unum ex Trinitate dicere diuisionem non faciat Trinitatis. Quia non secundum id quod unus est Deus, & una diuinitas Trinitatis, sed secundum id quod tres sunt, id est, pater & Christus et spiritus sanctus unus Deus, Christus de Trinitate, qui pro nobis passus est carne. Verum si uellent aduertere hi, qui hanc totius ecclesie uocem, et Apostolicis traditionibus conuenientem temere audent reprehendere: quoniam unus Deus Trinitas, et quoniam Deus ex deo, & unus ex uno, nullatenus dubitarent dicere unum ex trinitate Christum, qui pro nobis passus est carne. Quia si non Trinitatem, quæ unus est Deus, sed deum, qui substantialiter ex deo est, genuit secundum carnem uirgo Maria: sine dubio unus ex Trinitate est, qui secundum carnem ex ipsa natus est. Aut ergo confiteantur hi, qui hanc uocem putant catholicæ fidei esse contrariam, deum qui est Trinitas natum ex foemina: aut si hoc non audent dicere, dicant unde est Deus, qui de uirgine natus est, si non est de Trinitate, cum præter Trinitatem nullum alium Deum agnoscant Catholici. Sed si eam uere & proprie Dei crederent genitricem, utique Deum uerbum unum esse crederent de Trinitate: quia non ex ea Deus qui est Trinitas natus est. Nam cum Apostolus Christum testetur super omnia deum, Trinitas autem unus est Deus, non incongrue ab eis queritur: Vtrum Trinitas Christus sit, aut alter præter Trinitatem Deus Christus sit. Aut forte etiam

XXI

Non Trinitatem / sed unum ex trinitate genuit uirgo Maria.

Rom. 12. 21

B super

super Trinitatē Deus est Christus, quia super oīa eum deum testatur Apostolus. Quod si horum triū quodlibet dicere est impiū, restat ut unus de Trinitate sit deus uerbum, q̄ de uirgine secundum carnē natus est, & homo factus, passus est carne pro nobis. Hinc est quod beatam uirginē Mariā propter honorē tantū hoīs illius, qui ex ipsa natus est, quē gratia, non natura deū consentitur, dei adserunt genitricē. Nos autē uere & proprie Dei genitricē credimus & confitemur. Quia puerū illū quē ipsa peperit, natura deū cognosamus, et per ipsum facta sunt omnia, secundum B. Cyrillum dicentem: Homo natus est, cum sit natura Deus, dei patris uerbum. Quia similiter ut nos sanguini communicauit & carni. Sic enim terrenis apparuit, non amittens quod erat, sed adsumēdo humanitatis naturam in sua ratione perfecta. Et iterum in primo capitulo contra Nestorium: Si quis, inquit, non cōfiteatur Deum esse secundum ueritatem, cum qui est Emmanuel, & ob hoc ipsam Dei genitricē sanctam uirginē, (Peperit enim carnaliter Verbum, quod * ex Deo est caro factum, secundum quod scriptum est: Verbum caro factum est,) Anathema sit. Quapropter duas etiam natiuitates Dei Verbi, unam ante secula à patre secundum diuinitatem, alteram uerò in nouissimis temporibus, secundum humanitatem à uirgine sancta, confitemur. Quia non alium matris, alium patris filium credimus, sed unum eundemque naturalem filium patris, naturalem filium matris agnosamus, Beato Papa Leone ad Flavianum dicente: Cum enim Deus & omnipotens

XXII
 Maria uirgo uere et proprie dei genitricē / non solū honore aut gratia.

• ex deo: lege ex ea

XXIII
 Due natiuitates uerbi

dens & æternus pater creditur, consempiternus eidem quoque Filius demonstratur. In nullo à patre differens, quia de deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est cœternus. Non posterior tempore, nõ inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia: idem uerò sempiterni genitoris unigenitus sempiternus. Natus est de spiritu sancto & Maria uirgine, quæ natiuitas temporalis, illi natiuitati diuinæ et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit. Secundum huius beati patris sententiam, Deus factus Christus, non autem Christus Deus factus doætur, sicut dicunt sectatores Theodori Mansuesteni Magistri Nestorij, qui per profectum Christum Deum factum credunt. Quia non cum esset pauper, diues factus est, sed cū diues esset, pauper factus est, ut nos diuites faceret. Sicut & Psalmista testatur, dicens: Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iustiam & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quomodo autē Deus ungi potuit aut habere consortes, nisi fieret homo? Et ideo recte unius eiusdemque dei Verbi incarnati, & hominis facti creduntur esse mirabilia & passiones, quia non est alter Deus, alter homo, sed idē Deus, idē homo, secundum illam Papæ Leonis sententiam, dicentis: Quia impassibilis Deus non est dedignatus fieri homo passibilis, & immortalis, mortis legibus subiacere. His congruens etiā beatus Cyrillus contra Nestoriū: Si quis,

XXIII

Deus factus
est Christus,
nō autē Chri-
stus factus
est Deus.

XXV

Idem Chri-
stus impassibilis deus
et passibilis homo.

B 2 inquit,

inquit, nõ confitetur Deũ Verbũ passum carne, cruafixũ carne, et mortẽ carne gustasse, factumq; primogenitũ ex mortuis, secundũ quod est uita et uiuificat nos tanq̃ deus,

XXVI Anathema sit. Secundũ horũ igitur hunc oĩm sanctorũ
 Quatuor cõcilia appo-
 bata.

Patrũ catholicũ sensum suscipimus quatuor Synodos, id est, Nicenã trecentorũ decẽ & octo: & amũ quinquaginta, q̃ in hac urbe regia conuenerũt: & eã quæ in Epheso cõgregata est, cui præfuerũt Cælestinus et Cyrillus beatissimi Patriarchæ, cũ oĩbus quæ ibi cõtra Nestoriũ siue contra quãlibet hæresim acta sunt: nec nõ etiam, quã sequimur et amplectimur, uenerãdã Synodũ Chalædonẽsem, oĩaq; scripta patrũ sanctorũ, q̃ unũ & idem secundũ horũ Conaliorũ definitiões senserũt. Anathematizamus aut oēs, si quis dubitat, aut retractat, aut imperfecta iudicat, aut q̃ ea á fide sanctorũ patrũ æstimat aliena. Similiter igitur anathematizamus oĩa scripta Theodori Mansuesteni, & Nestorij discipuli eius, & oēs qui similiter illis sapiunt. His adijacentes Euthycẽ, Dioscorũ, Timotheũ, Ellusiũ, Petrũ Alexandrinũ, et Petrũ Antiochenũ, et Actiũ Cõstantinopolitanũ, cũ omnibus sectatoribus eorũ, & successoribus, cõmunicatores & complices, aut q̃ quacũq; sorte eorũ maculãtur cõtagione, aut memorias eorũ celebrãt, q̃ in ipsa dãnatione defuncti sunt, aut innocẽtes defendũt.

XXVII Anathema sit
 Anathema
 tizandi præ-
 retici.

His ita se habẽtib; beatissimi, nũc iam qd de gratia Dei, nõ qua creamur, sed de ea qua recreamur & renouamur, sentiamus, breuiter exponentes, sanctitati uestre necessario credimus facere manifestũ, Eo q̃ etiã in hac parte inimicã gratiæ Dei, id est,

XXVIII Altera bñ-
 mo libelli
 materia. de
 materia cõ-
 tra Pelagi-
 anos.

Pelagij

Pelagij & Cælestij sectatores nimium nobis infesti esse uidentur. Igitur cõfitemur rectum in oibus à deo creatum Adã, non mortalem, nec immortalem, sed utriusque capacem habentem in proprijs facultate arbitrij, & uelle & posse ad oia, hoc est, & ad bonum & ad malum. Huc callidi serpentis deceptum astutia, propria sponte, prauariorum extitisse diuini præcepti, atque ob hoc iusto iudicio dei, non solum morte corporis, uerum etiam anime effectum obnoxium, & pristino honore nudatum, iumentis simile factum: non quo inrationabilis sit effectus, sed quia rationalis uigor eius carnali delectatione est obligatus: sensit denique mox inobedientie merito legem contrariam in proprijs membris, repugnantem legi mentis sue, captiuam se in lege peccati. Quod malum & poenam mali in uniuersum credimus transisse genus humanum. Nec enim mortem corporis tantum, quæ poena peccati est, sicut quidam dicere uolunt, sed et auleum mortis, hoc est, peccatum, ingressum mundo. Quia non istis, sed Apostolo potius acquiescimus, qui & peccatum & mortem in omnes homines pertransisse testatur, dicens: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Propterea & recentes ab utero paruulos, non tantum, ut adoptionem mereantur filiorum, aut propter regnum celorum (sicut Pelagij & Cælestij, siue Theodori Mæsucsteni discipuli, qui unum & idem naturale & originale peccatum esse adfirmare conatur.) sed & in remissionem peccatorum eos credimus baptizari, ne pereant in eternum. Infirmatus igitur natura uigor per malum prauaricationis, nullatenus ualuit

XXIX

Peccatum
Ade et pe-
na eius in
oēs homi-
nes transi-
uit.

Rom. v. 8.

XXX

Ad quid baptizant paru-
li.

XXXI

Gratia dei
cunctis ad sa-
lutem necessa-
ria/

B 3 per

16 LIBELLVS FIDEI MAXENTII.

p̄ semetipsum inde adfurgere, unde p̄ propriã uoluntatē incurrit. Quapropter nullū ab Adam nūc usq; p̄ naturæ uigorē credimus esse saluatū, nisi dono gratiæ Spiritus sancti in fide noīs Iesu. Qui a nō est aliud nomē datū hominibus sub cælo, in quo oporteat eos saluos fieri, nisi in noīe Iesu Christi. Liberū aut̄ naturale arbitriū ad nihil aliud ualere credimus, nisi ad discernēda tantū et desiderāda carnalia, siue secularia, quæ non apud Deū, sed apud hoīes possūt fortassis uideri gloriosa. Ad ea uerò quæ ad uitā eternā p̄tinēt, nec cogitare, nec uelle, nec desiderare, nec p̄ficere posse, nisi p̄ infusionē et inopationē intrinsicæ Spiritus sancti, q̄ est etiã Spiritus Christi. Spiritū enī Christi qui nō habet, hic nō est eius. Quod si q̄s credit in Christo, iã Christi est. Sicut et uerū est, nō utiq; p̄ donū naturæ, sed p̄ spiritū sanctū est q̄ Christi est. Qui iã credit in eū, q̄ iustificat̄ ī piū, ut cōfiteatur, q̄a dominus est Iesus, quod nemo potest dicere, nisi in Spiritu sancto.

XXXII
Ad quid
per se ualet
liberū arbi-
trium.

XXXIII
Ab Abel ad
Christū usq;
oēs per gra-
tiã saluati
sunt / sicut
et nos.

Act. xv. B.

Quapropter anathematizamus eos, q̄ naturale aut substantiã aliquã dicūt esse peccatū. Abominātes etiã eos, q̄ cōtra uocē Apostoli audēt dicere: nostrū est uelle, dei uerò p̄ficere: cū idē Doctor & uelle & p̄ficere donū testetur esse diuinū, ipso dicēte: Deus enī est q̄ opatur in uobis et uelle & p̄ficere pro bona uoluntate. Credentes etiã oēs ab Abel usq; ad Christū, si q̄ saluati sunt, ea gratia, qua & nos, esse saluatos, secūdū uocē B. Apostoli Petri dicētis: q̄d tēctis deū, īponere iugū sup̄ aruias discipulorū, q̄d neq; patres uestri, neq; nos portare potuimus, sed p̄ gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodū & illi.

Ināpiunt

INCIPIT

VNT CAPITVLA MAXENTII IOHANNIS, EDITA CONTRA NESTORIANOS ET PELAGIANOS, AD SATISFACTIONEM FRATRVM.

Si quis non confitetur in Domino nostro Iesu Christo A duas naturas unitas, hoc est, diuinitatis & humanitatis, ac sic unam naturam Dei Verbi incarnatam, sicut duas unitas in una subsistentia atq; persona, secundum quod nobis tradidit ueneranda Synodus Chalædonensis, Anathema sit,

Si quis non confitetur proprie & uere sanctam Mariam Dei genitricem, sed propter honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem, qui secundum gratiam dicitur Deus, non autem quia peperit Deum incarnatum & hominem factum, Anathema sit.

Si quis non confitetur substantialem siue naturalem C unitatem, secundum id quod manens natura Deus Verbum, nature est unitus humane, sed subsistentialem siue personalem dicit unitatem, aut secundum illustrationem, siue secundum dilectionem, aut secundum affectionem, Anathema sit.

Si quis non acquiescat confiteri Christum unum de D Trinitate, etiam cum carne propria, qui pro nobis passus est carne, quamuis secundum carnem non sit de substantia Trinitatis, sed sit idem ex nobis, Anathema sit.

- E** Si quis puerū illum, quem sancta uirgo Maria genuit, non confitetur natura Deum, per ipsum facta omnia uisibilia & inuisibilia, caelestia & terrestria, conditor emq; omnium, Deum fortem, prināpem pacis, patrem futuri seculi, Anathema sit.
- F** Si quis diāt Christū passum carne, Deum uerò passum carne dicere non acquiescāt, quod id ipsum intelligitur, Christum passum carne, Anathema sit.
- G** Si quis diāt, Deus non est factus Christus, Christus autem Deus factus est, Anathema sit.
- H** Si quis non confitetur duas natiuitates in uno filio Dei, Deo uerbo, ante secula quidem nato de patre, in nouissimis autē tēporibus eodē de matre genito, Anathema sit.
- I** Si quis non confitetur compositum Christum post incarnationem, Anathema sit.
- K** Si quis diāt naturale esse peccatum, peccati causam naturarum conditori dementer adscribens, Anathema sit.
- L** Si quis nō cōfiteatur originale peccatū p̄ præuersionē Adæ ingressum ī mundū (secundū Apostoli uocē dicētis: per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt,) Anathema sit.
- M** Item: Anathematizamus oēm sensum Pelagij & Cælestij, & oīm qui illis similia sapiūt, suscipiētes oīa quæ in diuersis locis contra ipsos acta sunt & scripta à Præsulibus Apostolicæ Sedis, id est, Innocētio, Bonifacio, Zosimo, Cælestino, & Leone, Attico etiā Cōstantinopolitano, & Augustino, Aphriane prouinæ Episcopis.

Item

ITEM INCI

19

PIT EIVSDEM PROFESSIO BRE

uissima catholica fidei.

ST Deus pater, Deus filius, Deus etiam Spiritus sanctus, non tres, sed unus Deus, una substantia siue natura, una sapientia, una uirtus una dominatio, unū regnū, una oī potētia, una gloria: tres tamē subsistētia siue psonae. Vnaquaeque persona incommutabiliter semper obtinens quod proprium est: ita ut nec pater sit filius aut spiritus sanctus: nec filius sit pater aut spiritus sanctus: nec spiritus sanctus pater sit aut filius. Filius autem, id est, Verbum dei, unigenitus Deus, consubstantialis patri, manēs in propria subsistentia Deus, in nouissimis diebus ex uisceribus beatae uirginis Mariae naturam suscepit humanam, et sibi carnem coadunans, homo factus est, habens animam rationalem uel intellectualem. Quamobrē fatendum est, Deum natum ex foemina, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem: Deum in cunis inuicisse, pannosum, sordibus inuolutum, cruciuisse et profectū esse aetate et sapientia, secundum humanitatem, nō secundum diuinitatem: Deum esurisse, sitisse, lassum ex itinere quicuisse, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem: Deum comprehensum manibus impiorum, iudicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea perforatum, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem: Deum mortuum, sepultum, resurrexisse, non secun-

I
fides catholica de trinitate.

II
filius dei in carnate et hō factus

III
Deus natus ex femina/ pater suus/ crucifixus/ mortuus. ec.

B 5 dum

20 PROFESSIO CATHOLICA.

dū diuinitatē, sed secundū humanitatē : Deū cū ipsa carne ascendisse in cælū, sedisse ad dextrā patris, inde rursum cū ipsa carne in gloria uenturum iudicare uiuos & mortuos. Rursus profitendū est, Iesum Christū filiū hominis, siue hoīem, ante secula de patre natū, unū ex Trinitate, & p̄ eū facta oīa uisibilia & inuisibilia, & sine ipso factū esse nihil, nō tamen secundū humanitatē, sed secundū diuinitatē: hūc eundē hominem esse uitā eternā, sapientiā, & uirtutē patris, non tamen secundū humanitatē, sed secundū diuinitatē: hunc eundē hoīem esse figurā substantiæ siue imaginē patris, & emanationē claritatis dei, non tamen secundū humanitatē, sed secundū diuinitatē. Rursus dicendū est, eū qui est uita eterna, sapientia, & uirtus patris, natū secundū carnē ex fœmina: uitā eternā, sapientiā & uirtutē patris, p̄anis inuolutū in uanis inuoluisse: uitā eternā, sapientiā & uirtutē patris, passū, crucifixū, mortuū secundū carnē. Quæ cū ita sint, nemo potest esse catholicus, nisi qui in Verbo dei filio unigenito, duas fuerit professus post adunationē semper indissolubiliter manere naturas, id est, Verbi & carnis, Dei & hominis, diuinitatis & humanitatis. Quia sicut unus de Trinitate est, & in principio Verbū deus est, ita etiā idē ipse ex nobis est, homo perfectus & uerus. Qui enī ex lumbis Abrahæ & ex semine Dauid puer datus ē nobis, deus cæli ē, & p̄ncip̄s pacis, & ideo nō duæ, sed una Christi p̄sona est, quia nemo ascendit in cælū, nisi qui de cælo descendit, filius hoīs, qui est in cælo, Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.

Item.

III
Christus uero ex trinitate ipse et uita eterna et sapientia patris.

V
Sapientia patris nata et passa.

VI
Duet nature in Christo indissolubiliter unite.

VII
Una Christi persona.

ITEM INCI

21

PIT EIVSDEM BREVISSIMA ADV

nationis ratio uerbi dei, ad propriam Carnem.



Filius Dei Verbū patris, unus ex Trinitate, cōsubstantialis patri, natus de deo ante secula, subsistēs in propria psona deus: in nouissimis tēpibus, mox inter euangelizantis angeli uerba, & ad commodantis uirginis fidē, propria potentie uirtute, ex uisceribus eiusdē uirginis sine semine uiri carnē sibi coadunās, manēs in propria natura deus, homo factus est, habēs animā rationalē siue intellectualē, & ita cōpleto tpe, secūdū legē hūanę naturę procreuit de thalamo uirginali. Hac de causa naturalis, nō socialis adunatio siue unio in Christo rectissime dicitur. Quia nō carni formate aut animate, quod iā hoīs cuiuslibet pōt demonstrare psona, semet psona Verbi uniuert in utero uirginis, sed ex ipsis eius uisceribus sapiētia sibi domū edificauit. Alioqui si formate aut animate carni semet Verbū dei inseruit in utero uirginali, nō iā naturalis, sed socialis hęc potius unio siue adunatio dicenda est: nec psona Verbi ad naturā carnis, sed ad psonam alicuius hoīs cōcurrere credēda est. Sed hoc qui dicūt, errore Nestorij traduuntur. Catholica autē fides nō psonā uerbi ad personam alicuius iam formati hominis, sed ad naturam carnis conuenisse credit & predicat, et ideo non sociale, sed naturale factam docet esse unionem.

I
Qualiter in
carnat⁹ est
filius Dei.

II
Adunatio
in Christo
naturalis/
nō socialis

Item

ITEM INCI

PITEIVSDEM RESPONSI O CONTRA

Acephalos, qui post adunationem stulte unam profiten-
tur in Christo naturam .

Acephali /
sunt sine ca-
pite / quia
nullus inue-
nit auctorem a
quo exorti
sunt.

I

Acephalo
rumeros



Xposita breuiter Catholice fidei professio-
ne, pergimus nunc illorum respondere desi-
gnationibus, qui lapsu miserabili corruentes,
nouis & exquisitis argumentationibus ne-
pharium dogma Christi ecclesijs moliuntur inferre, &
Deum & hominem, Verbum & carnem confitentes, unam
post adunationem in Christo naturam, stulte nimis im-
prudenterq; conantur adstruere: quia inquiunt non es-
se naturam sine persona. Quibus respondetur. Si una
post adunationem in Christo natura est, ergo nec aduna-
tio carnis facta est. Quod si coadunatio carnis facta non
est, cur adunationis fit mentio? si uero adunatio carnis fa-
cta est, iam non tantum diuina, sed & carnis natura in
Christo est: duæ igitur nature sine ulla dubitatione post
adunationem in Christo sunt. Si autem & adunatio-
ne facta una & sola manet in Christo diuinitas, ergo non
simplex, sed composita passibilisq; est eadẽ Verbi diuini-
tas. Quia quicquid ex adunatione subsistere creditur,
nullatenus secundum ueritatem proprie simplex est, sed
omnino compositum intelligitur. Hoc autem de sola diui-
nitate Christi sentire probatur esse sacrilegium. Restat
ergo, ut adunatio quæ compositionem facit, refugiat sim-
plicitatem, susceptionemq; proculdubio à filio Dei hu-
manæ

III

Post aduna-
tionem factam
non sola diui-
nitas in
Christo cre-
denda est.

manere nature significat. Et ideo constat duas, id est, diuinitatis et humanitatis, in filio dei post adunationem esse naturas, ex quibus & in quibus subsistit una & singularis Christi persona. Rursus, si post adunationem una natura in filio dei profitenda est, aut humanitas sola in Christo est, aut certe sola diuinitas. Item, si non est sine persona natura, multo magis persona non potest esse sine natura. Si ergo non est natura sine persona, & persona non est sine natura, tres ergo sunt nature diuinitatis, non una. Quia tres sunt sine dubio subsistentie siue persone, patris & filij & spiritus sancti. Sed hoc qui dicunt, Arrianis omnino sociantur, & pari cautela cauendi sunt, quia similiter ut illi blasphemare noscuntur. Queramus tamen quid sibi uult adiectio illa significare, cum dicunt, post Adunationem. Vtrum quia ante adunationem due in Christo nature fuerunt, & ideo dicunt post adunationem: an & ante adunationem unam proficitur fuisse in Christo natura. Quod si ante adunationem unam fuisse dicunt, superfluum omnino est, post adunationem dicere: quia semper una secundum ipsos constat fuisse & esse in Christo natura. Verum si ita est, omnino fallaciter ab eis etiam mentio adunationis affertur. Quia si una & ante & post mansit in Christo natura, nulla omnino facta est adunatio, quia adunationem ex diuersarum rerum naturis fieri nemo est qui nesciat. Si autem duas ante adunationem fuisse naturas in Christo dixerint, duas etiam sine dubio ante adunationem dicere conuincuntur in Christo fuisse personas, quia secundum ipsos non est natura sine persona.

Quod

III

Non oportet
persone et
nature cum
de semper
esse numeru.

V

Alia contra
eos ratio / ex
vocabulo
Adunationis

Quod cum dicunt, quis eos nesciat Nestorianæ perfidiæ (quod fugiunt) laqueis compedi, qui hominem plenum deo, non deum hominem factum prædicare conuinatur.

VI

Alia rō ex
errore iude
orū et Ma-
nichæorum.

Item, si non est natura sine persona, queramus ab eis. Vtrū post adunationem Verbi & carnis in Christo dicant duas esse naturas, aut denegent. Quod si uel uerbi uel carnis essentiam in Christo negauerint, aut Iudæorū impietati omnino iungendi sunt, qui Christum purum hominem fuisse asserunt: aut Manichæorum sacrilegijs cœquandi, qui carnis in Christo negant essentiam uel naturam. Si uerò & Verbum & carnem esse in Christo dixerint, duas utiq; essentias inuiti diuersarum naturarū in ipsorum nominum testimonio profitentur, quia non eadem sunt nomina Verbi & carnis, nam uerbum uerbum est, & caro caro est.

VII

Alia rō / er
falso corū
fundamēto.

Verum quia nolunt esse naturam sine persona, proculdubio etiam sic secundum hanc stultam & impiam definitionem suam, ipsi potius duas inueniuntur in Christo adseuerare personas. Quia uerbum & carnem etiam post adunationem in Christo negare non possunt, quorum diuersas esse naturas nullus ignorat. Sed duas, inquiunt, ideo non debere diā in Christo post adunationem fatemur esse naturas, quia duo, numerus esse non potest indiuisus, cum secundum ueritatem omnis numerus diuisioni subiaceat.

VIII

Falsa eorū
argumenta
tio ex rōne
numeri.

Hæc & huiusmodi solet eorum impudentissima contra Catholicam ueritatem argumentari uanitas. Et primum quidem non per se ipsum, sed in rerum naturis omnem subsistere numerum euidentissima ratione do-

IX

Solutio /
quod inue-

omur.

œmur. Deinde, si nullatenus ea quæ secundum ali-
 quid discernuntur & numerantur, possunt in unitate
 subsistere, quæro, pater & filius & Spiritus sanctus,
 qui non re ipsa, sed cognitione tantum ab inuicem discer-
 nuntur, quomodo non in diuisione, sed in naturæ unitate
 subsistant? Quod si hi tres unum sunt, & personarum
 suarum proprietates integras & perfectas inconfuse au-
 stodiunt, nec in diuisione, sed in unitate subsistunt: re-
 stat, ut iam non omnia quæ secundum cognitionem nu-
 merantes discernimus, etiam rebus ipsis nepharie diui-
 damus. Quia nec cum carnis & animæ duas pronun-
 mus diuersasq; naturas, unum hominem in duo diuidi-
 mus, quem non rebus, sed cognitione discernimus. Alio-
 quin diuidant primo si possunt, non solum intellectu, sed
 etiã rebus, à splendore colorē, & calorē à sole: & tunc eo-
 rû poterit hæc stulta sententia stabiliri. Quod hoc
 facere nequeunt, credant ueritati, & duas nobiscum in
 Christo profiteantur esse naturas, qui eas non rebus i-
 psis diuidimus, sed cognitione tantû discernimus & pro-
 bamus. Si uerò dixerint: Sicut ex anima & car-
 ne una humana natura confiatur, quæ singulari, non
 plurali numero pronunãatur: ita ex diuinitate & hu-
 manitate una facta est Christi natura. Primo quidem
 hoc exemplum filio Dei minime existimo conuenire,
 cui subsistendi causa caro non fuit. Quippe qui ante se-
 cula à patre natus in propria persona incommutabiliter
 subsistit: sed ut Verbum caro fieret, misericordiæ fuit.
 Animam autem humanam ante carnem alicubi subsiste-

nit numer?
 sine diuisio-
 ne.

X
 Diuidere
 pro separa-
 re/ ut con-
 trarium sit
 uire.

re,

XI

Hec vox /
verbi in car-
nati, nō v-
nā signifi-
cat naturā
sed duas.

re, & postmodum carni inseri, nemo ausus est adfirmare. Sanè quia nulla res siue natura est, quæ non proprio appelletur nomine, unius naturæ, quam ex diuinitate & humanitate factam esse contendunt, nomen doceant. At si uoluerint dicere, Verbum incarnatum, siue unam naturam dei Verbi incarnatam, eo ipso quo hoc dicunt, duas proculdubio dicere conuincuntur in Christo naturas, duarumq; non unius, nomina naturarum, eius uidelicet, qui incarnatus est, id est Verbi dei, & eius quæ ab ipso assumpta est, id est, carnis. Non ergo hoc unius rei nomē est, quod sic expressam significationem duarum diuersarumq; unitarum doceat naturarum, quemadmodum cum dicitur, humana natura, quam ex duabus seu potius in duabus diuersisq; naturis, id est, carnis & aīæ, subsistere nemo dubitat: sed quemadmodum si dicitur, anima incarnata, siue una natura animæ incarnatæ. Et ideo nomē naturæ unius, quæ diuinitatis & humanitatis expressā possit habere significationem, docere coguntur.

XII

Christ⁹ nō
nature / sed
unctionis no-
men est.

rum si intantum desipuerint, quo dicunt eam Christi esse naturam, rursus ab eis queritur, qualis illa sit. Quia Christus non naturæ, sed operationis siue efficientiæ, id est, unctionis nomen est: & ideo adhuc coartantur, ut illius naturæ singularis, quam post adunationem in Christo cōuolunt, nomen doceant. Quia nulli rei natura est, quæ non proprio & singulari nomine secundum specialem uidelicet appelletur significationem. Christum autem non esse naturæ nomen, sed unctionis, & ex hoc, quod multi Christi dicti sunt in uetere Testamento, manifestū

manifestū est. Quapropter aut nomē illius naturæ ænius, quod ab eis rectissime queritur, docēt: aut, si hoc facere minime possunt, (quia omnino est impossibile) duas, non ante, sed post adunationem, & deinceps semper indissolubiliter manentes, naturas, in una Christi persona, sprete erroris sui caligine, profiteri non metuant, ne aut humanam tantum cum Iudæis, aut diuinam tantum cum Manichæis confitentes, ab unica & catholica damnati matre Ecclesia in perpetuo crucientur.

XIII
Conclusio
catholica
cōtra Ace-
phalos.

ITEM IN CIPIT EPISTOLA BEATI PAPAE LEONIS, ad Flavianum, utilissima.

Dilectissimo fratri Flaviano, Leo.



LECTIS DILECTIONIS TVAE literis, (quas miramur fuisse tam seras) & gestorū Episcopaliū ordine recensito, tandē quid apud uos scādali contra integritatem fidei exortū fuerit agnouimus, & quæ prius uidebantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt.

Quibus Eutyches, qui presbyterij noīe honorabilis uidebatur, multū imprudēs & nimis impitūs ostēditur, ut etiā de ipso dictum sit à Propheta: noluit intelligere ut bene ageret, iniquitate meditatus est in cubili suo. Quid aut iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus do-

I
Contra Eutychen hereticum et imperitum

C etioribusq;

etioribusq; non credere? sed in hanc insipientiam cadūt, qui, cum ad cognoscendam ueritatem aliquo impediunt obscuro, non ad Propheticas uoces, non ad Apostolicas literas, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semet ipsos recurrunt: et ideo magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuerunt. Quam enim cruditionē de sacris noui ac ueteris Testamenti paginis acquisiuit, qui ne ipsius quidem Symboli initia comprehendit? & quod per totum mundum omnium regenerātorum uocē depromitur, istius adhuc senis intellectu non capitur?

II

Euryches
contra sym-
bolum erras.

Nesciens igitur quid deberet de Verbi dei incarnatione sentire, nec uolens ad promerendum lumen intelligentiæ in sanctarum scripturarum latitudine laborare, ut illam salutem communem et indiscretam confessionem solitā recepisset auditu, qua Dei filium uniuersitas profiteretur credere se in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto & Maria uirgine, quibus tribus sententijs omnium ferē hereticorum machinæ destruiuntur. Cum enim Deus & omnipotens & æter-

III

In simbolo
recte et di-
uinitas / et
humanitas
Christi ex-
primitur.

nus pater creditur, consempiternus eidem filius demonstratur, in nullo à patre differens. Qui de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est cœternus. Non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia: idem uerò sempiterni genitoris unigenitus sempiternus, natus de spiritu sancto & Maria uirgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ & sempiternæ nihil minuit,
nihil

nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut & mortem uinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua uirtute destrueret. Non enim superare possumus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de spiritu sancto intra uterum uirginis matris, quæ ita illum salua uirginitate edidit, quemadmodum salua uirginitate concepit. Sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimo syncærum intellectum haurire non poterat, (quia splendorem perspicuæ ueritatis, obcæatione sibi propria tenebrarat) doctrinæ se Euangelicæ subdidisset, dicente sancto Mattheo: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Apostolicæ quoq; prædicationis expetisset instructum, & legens in Epistola ad Romanos: Paulus, Christi Iesu uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Ad Propheticas paginas piam solitudinem contulisset, & inueniens promissionem Dei ad Abraham dicentis: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Nec de huius seminis proprietate dubitaret, sequutus fuisset Apostolum Paulum dicentem: Abraham dicte sunt promissiones, & semini suo quod est Christus. Esaiæ quoq; prædicationem interiore adprehendisset auditu, dicentis: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuel, quod

IIII
Testimonia
scripturarum
de incarnatione
filij
Dei.

Mat. 1. A

Ro. 1. A.

Ge. 22. D.

Gal. 3. C.

Esai. 7. C.

C 2 interpretatur

Ibid. ix. B

V
 Cetera hūani-
 tas in chri-
 sto et virgi-
 nis suscepta.

interpretatur nobiscū Deus. Eius deniq; Prophetæ fide-
 liter uerba legisset. Puer natus est nobis, Filius datus ē
 nobis, cuius potestas sup humeros eius, et uocabūt nomen
 eius magni consilij angelus, Deus fortis, prinæps pacis,
 pater futuri seculi, &c. Nec frustrarie loquens, ita
 Verbum dicitur carnem factum, ut editus utero uirginis
 Christus haberet formā hominis, & non haberet mater-
 ni corporis ueritatē. An forte ideo putauit dominum Ie-
 sum Christum non nostræ esse naturæ, quia missus ad Be-
 atam Mariā angelus ait: Spiritus sanctus superueniet
 in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Idcoq; et quod
 nascatur de te sanctum, uocabitur filius Dei. Vt quia cō-
 ceptus uirginis diuini fuit operis, nō de natura concipi-
 entis fuerit caro concēpti. Sed non ita intelligenda est il-
 la generatio singularis, ut per nouitatem creationis pro-
 prietas remota sit generis. Fecunditatem uirginis spiri-
 tus sanctus dedit: ueritas autem corporis sumpta de cor-
 pore est, edificante sibi sapientia domū, uerbum caro fas-
 ctum est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne quam
 sumpsit in homine, & quam spiritus uite rationalis ani-
 mauit. Salus igitur proprietate utriusq; naturæ, &
 in unam coeunte personam, suscepta est à maiestate hu-
 militas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas.
 Et ad resoluendum conditionis nostræ debitū, natura in-
 uiolabilis naturæ est unita passibili, ut quod nostris res
 medijs congruebat, unus atq; idem Mediator dei & ho-
 minum, homo Christus I E S U S & mori posset ex uno,
 & mori non posset ex altero. In integra ergo ueri ho-

VI
 Cere fuit
 in chri-
 sto et
 diuina et
 hūana na-
 tura

mini

minis, perfectaq; natura uerus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem diuinus, quæ in nobis ab initio creaturæ cōdidit, et quæ reparāda suscepit. Nam illa quæ deceptor intulit, et homo deceptus admisit, nullum habuerunt in Saluatore uestigium. Nec quia cōmunionem humanarū subijt infirmitatum, ideo nostrorum fuit participes delictorum. Adsumpsit formam serui, sine sordē peccati, humana augens, diuina non minuens. Quia exinanitio illa, qua se inuisibilis uisibilem præbuit, & creator & dominus omnium rerum unus uoluit esse mortalium, inclinatio fuit misericordis, non defectio potestatis. Proinde quia manens in forma Dei, scāt hominem, in forma serui factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraq; natura. Et sicut formam serui, Dei forma non adimit, ita formam Dei, serui forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de præuicatoris consortio inuenisse solatium, Deūque iustitiæ exigente ratione erga hominem, quem tanto honore condiderat, propriam mutasse sententiam: opus fuit secreti dispensatione consilij, ut incommutabilis Deus (cuius uoluntas non potest sua benignitate priuari) primā ergo nos pietatis suæ dispositionē sacramēto occultiore cōpleret, et homo, diabolice iniquitatis uersutia actus in culpā, cōtra dei propositū non periret. Ingreditur ergo hæc mūdi infima si-

VII
Nostra fili
dei assūpsit
nō uitiata /
sed pura.

VIII
Ad reparā
dū primū ho
minis lapidū
deus hō ta
ctus est.

IX
 Filius Dei
 incarnatus
 nouo ordi-
 ne / et noua
 natiuitate.

lius Dei, de caelesti sede descendens, et à patris gloria nõ
 recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo
 ordine, quia inuisibilis in suis, uisibilis est factus in no-
 stris. Incõprehensibilis uoluit cõprehendi, ante tẽpora
 manens, esse cœpit ex tempore. Vniuersitatis dominus
 seruilẽ formam, obumbrata maiestatis suę immensi-
 tate, suscepit. Impassibilis Deus nõ dedignatus est homo
 esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiaccere.
 Noua autem natiuitate generatus, quia inuolata uirgini-
 tas, quę concupiscentiam nesciuit, carnis materiam mini-
 strauit. Adsumpta est de matre Domini natura, non cul-
 pa. Nec in Domino I E S V Christo, ex utero uirgini-

X
 proprietate
 utriusq; na-
 ture in chri-
 sto remansit:
 in actibus
 et officiis
 propriis.

nis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo nostri est
 natura dissimilis. Qui enim uerus Deus idem uerus
 homo: & nullum est in hac unitate mendacium, dum in-
 uiciam sunt & humilitas hominis, & altitudo diuinita-
 tis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo
 non consumitur dignitate. Agit utraq; forma cum alte-
 rius communiõne, quod proprium est, Verbo saliat
 operanti quod uerbi est, & carne exequente quod carnis
 est. Vnum horũ coruscant miraculis, aliud succumbit in-
 iurijs. Et sicut Verbum ab æqualitate paternę glorię
 non recedit, ita caro naturam nostri generis non relin-
 quit. Vnus enim idẽmq; est uere Dei filius, & uere ho-
 minis filius: Deus, per id quod in prinãpio erat uerbũ,
 homo, per id quod uerbum caro factum est, & habita-
 uit in nobis: Deus, per id quod omnia per ipsum facta
 sunt, & sine ipso factum est nihil, homo, per id quod
 factus

factus est per mulierem, factus est sub lege. Natiuitas
 carnis manifestatio est humane nature: partus uirginis
 diuine est uirtutis indiũum. Infantia paruuli ostenditur
 humilitate curarum: magnitudo altissimi declaratur uo=
 abus angelorum. Similis est rudimentis hominum, quẽ
 Herodes impie molitur occidere: Sed dominus est omni=
 um, quem Magi gaudent supplianter adorare. Iam cum
 ad præcursoris sui Iohannis Baptismum uenit, ne la=
 teret quod carnis uelamine diuinitas tegeret, uox pæ=
 tris de cælo intonans dixit: Hic est filius meus dilectus, Mat. iij. D
 in quo mihi bene complacui. Quem itaq; sicut hominem
 diabolica putat astutia, eidem sicut Deo angelica seruul=
 antur officia. Esurire & sitire, lassiscere atq; dormire
 euidenter humanũ est: sed quinq; panibus quinque mil=
 lia hominum saciare, & largiri Samaritanæ aquam ui=
 uam, cuius haustus bibenti præstet ne ultra sitiat, supra
 dorsum maris, plantis non desidentibus, ambulare, &
 elationes fluentum, increpata tẽpestate, consternere, si=
 ne ambiguitate diuinum est. Sicut ergo (ut multa præte=
 ream) non eiusdem nature est, flere miserationis affe=
 ctu amicum mortuum, & eundem remoto quadriduanæ
 aggere sepulture, ad uoas imperium exatere rediui=
 uum, aut ligno pendere, & in noctem lucæ conuersa,
 omnia elementa tremescere: aut clauis transfixum
 esse, & paradisi portas fidei latronis aperire: ita non
 eiusdem nature est dicere: Ego & pater unum sumus,
 & dicere, Pater maior me est. Quamuis enim in Do=
 mino I E S V Christo, Dei & hominis una persona sit,

C 4 aliud

aliud tamen est, unde in utroq; cōmunis est contumelia,
 aliud unde communis est gloria. De nostro enim illi est
 minor patre humanitas, de patre illi est equalis cum pa-
 tre diuinitas. Propter hanc ergo unitatem personæ in
 utraq; natura intelligendam, & filius hoīs legitur descen-
 disse de cælo, cum filius Dei carnē de ea uirgine, de qua
 est natura, sumpserit: & rursus filius Dei crucifixus di-
 citur ac sepultus, cū hæc non in diuinitate ipsa, qua unige-
 nitus, consempiternus, consubstantialis est patri, sed in
 naturæ humanæ sit infirmitate perpeffus. Vnde unigeni-
 tum filium Dei crucifixum & sepultum, omnis etiam in
 simbolo ecclesiæ confitetur, secundum illud Apostoli: Si
 enim cognouissent, nunquam Dominum maiestatis cruci-
 ifixissent. Cum autem ipse Dominus noster & Salua-
 tor fidem discipulorum suis interrogationibus crudē-
 ret: *Quem me, inquit, dicunt homines esse, filium homi-
 nis? Cūq; illi diuersas aliorum opiniones prætexuis-
 sent: Vos, ait, quem me diātis esse, me utiq; qui sum fili-
 us hominis, & quem in forma serui, atq; in ueritate car-
 nis aspiciātis, quem me esse diātis? Vbi Beatus Petrus di-
 uinitus inspiratus, & professione sua omnibus gentibus
 profuturus: Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. Nec
 immerito beatus est pronunāatus à Domino, & à prinā-
 pali petra soliditatem & uirtutis traxit et nominis, qui
 per reuelationem patris eundē & Dei filiū est cōfessus
 & Christum. Quia unum horum sine alio receptum nō
 proderat ad salutem, & equalis erat periculi, Dominū
 nostrum Iesum Christum aut Deum tantummodo sine
 homine,*

XII

Quæ dicunt
 homines et
 se filium ho-
 minis?
 Mat. xvi. c

homine, aut sine deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem uerò domini, quæ utiq; ueri corporis fuit (quia non alter est resuscitatus, q̄ qui fuerat crucifixus & mortuus) quid aliud quadraginta dierum moragestum est, q̄ ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mūdaretur? Conloquēs enim cum discipulis suis, & cohabitans atq; conuēsans, & pertractari se diligenti curiosq; contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens. Ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat, & flatusuo dabat Spiritum sanctum, & donato intelligentiæ lumine, sanctarum scripturarum occulta pandebat. Et rursus idē uulnus, latus, fixuras clauorū, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus meas & pedes meos, quia ego sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Ut agnosceretur in eo proprietates diuinæ humanæq; nature indiuidua permanere, & sciremus Verbum nō hoc esse quod carnem, ut unum dei filium & uerbum confitemur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium estimandus est uacuis. Quia naturam nostram in unigenito dei, nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit, nec sententiā Beati Apostoli & Euangelistæ Iohannis expauit, dicens: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristi. Quid est autem soluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum, per quod unum saluati sumus, im-

XIII

Post resur-
rectionem
quod uer-
naturam
Christi ostē-
dit

Lu. xxxiii

XIII

Cōtra Eutychē natu-
rā humanā
in Christo
negantem

1. Jo. iiii. 2

prudentissimis uacuare figmentis? Caligans uerò arca natura
 corporis Christi, necesse est, ut etiam in passione
 eius eadem obsecratione desipiat. Nam si crucem domini
 non putat falsam & susceptam pro mundi salute, sup-
 pliaum uerum fuisse non dubitat, cuius credit mortem:
 agnoscat & carnem, nec diffiteatur nostri corporis homi-
 nē, quē agnoscat fuisse passibile: quoniā negatio uere car-
 nis, negatio est etiā corpis passiōis. Si ergo Christianā su-
 scipit fidē, & à prædicatione euangelij suum non auertit
 auditum, uideat quæ natura transfixa clauis pependit
 ī crucis ligno, & apto militis lāca latere crucifixi, intel-
 ligat unde sanguis & aqua fluxerit, ut ecclesia dei et la-
 uacro rigaretur & poculo. Audiatur Sanctū Petrum Apo-
 stolum prædicātem, quod sanctificatio spiritus per aspe-
 sionem fiat sanguinis Christi: nec transitorie legat eius
 Apostoli uerba, dicentis: Scientes, quod non corrupti-
 bilibus argento & auro redempti estis, de uana uestra
 conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine
 quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi.
 Beatiq; Ioannis Apostoli testimonio non resistat, dicen-
 tis: Et sanguis Iesu filij dei emundat nos ab omni peccato.
 Et iterum: Hæc est uictoria quæ uiat mundum, fides
 nostra. Quis est qui uinat mundum, nisi qui credit,
 quia Iesus est filius dei, hic est qui uenit per aquam, &
 sanguinem, & spiritus est qui testificatur, quoniā spiri-
 tus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimoniū dant,
 spiritus & aqua & sanguis. & hi tres unū sunt. Spiritus
 est utiq; sanctificationis, & sanguis redēptiōis, & aqua
 bapti-

baptismatis, quæ tria unū sunt et īdiuidua manēt. Nihil
 q; corū à sui connexionē sciungatur, quia Catholica eccle-
 sia hac fide uiuit, hac fide profiat, ut nec sine uera diuini-
 tate humanitas, nec sine uera credatur humanitate di-
 uinitas. Cū autē ad interlocutionē examinis uestri Eu-
 tyches respōderet, dicēs: Cōfiteor ex duabus naturis fu-
 iſſe dominū ante adunationē, post uerò adunationē unā
 naturā cōfiteor: Miror tā absurdā tanq; puerſam pro-
 feſionē, nullā iudicantiū increpatione reprehēſam, &
 sermonē nimis insipiētem ita omiſſum, quasi nihil quod
 offenderet eſſet auditū. Cū tā impie duarū naturarū ante
 incarnationem unigenitus dei filius fuiſſe dicitur, quā
 nefarie, postq; uerbum caro factum eſt, natura in eo ſingu-
 laris adſeritur. Quod ne Eutyches ideo uel recte uel to-
 lerabiliter eſt imet dictum, quia ueſtra eſt ſententia con-
 futatus, dilectionis tuæ diligentiā commonemus, frater
 Charifſime, ut ſi per inſpirationem miſericordiæ dei ad
 ſatisfactionem cauſa pduatur, imprudentia hominis in-
 periti etiam ab hac ſenſus ſui peſte purgetur. Qui qui
 dem ſicut Geſtorum ordo pateſcāt, penē cœperat à ſua
 perſuaſione diſcedere, cum ueſtra ſententia coartatus
 profiteretur ſe dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei
 adqueſcere, cuius prius fuiſſet alienus. Sed cum anathe-
 matizando impio dogmati noluiſſet præbere cōſenſum,
 intellexit eum fraternitas ueſtra in ſua permanere per-
 ſidia, dignūmq; eſſe iudiciū condemnationis exape-
 re, de quo fideliter atque utiliter non dolet. Et
 quamuis recte mota ſit Episcopalis auctoritas, uel ſi ſe-

XV
 Mala respō-
 ſio eutycheis

XVI
 Geſtorū or-
 do contra
 Eutycheis.

Recipiend^o
misericordi
ter/si resipi
scat.

ro cognoscat, uel si ad satisfactionis poenitudinem, omnia
quae ab eo male sunt sensa, uia uoce & praesenti susce-
ptione damnauerit, non erit tamen reprehensibilis erga
correctum quantumcumque miseratio. Quia deus noster ue-
rus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus
suis, & qui uenit animas hominum saluare, non pde-
re, imitatores nos suae uult esse pietatis, ut peccantes qui-
dem iustitia cohercat, conuersos autem misericordia non
repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides uera de-
fenditur, quando etiam a rectoribus opinio falsa damna-
tur. Data Idus Iunias. Asturio & Protogene uiris cla-
rissimis Consulibus.

F I N I S.

INCIPIT

PRAEFATIO DIALOGI MAXEN

tij Iohannis, serui dei, contra nestorianos.

Certandus
pro ueritate
et uera ad
ma. 118.



S I in hoc seculo posset finis esse mendacij, ma-
neret utique quies Christi ecclesia: sed quia
inextricabile quodammodo malum nunquam
desinit humana corda pulsare, atque inopi-
natis argumentis fide iniquitate catholicam, necesse est
sectatoribus ueritatis prudenter captiosas eius sententi-
as prauidere, sapienterque detegere, prolatasque in mediū
malleo ueritatis cohibere, & usque ad effusionem sangui-
nis contra eas pro ueritate certare. Praesertim cum scri-
ptura

p̄tura diuina moneat & dicat: Ne confundaris loqui uer-
 bum pro anima tua, & pro ueritate certa usq; ... mortē.
 Similiter & Apostolus quorundam denotans timidita-
 tem: Nondum, inquit, usq; ad sanguinem restitistis aduer-
 sus peccatum certantes. Resistendum igitur, nec omnino
 est parandum hæreticis, confidentes in tali negoçio ser-
 monis copiam minime defuturam. Nam si ad confutan-
 dam prophetæ insipientiam os asine aperuit: quanto
 magis cor fidelis reserare dignabitur, ut perfidorum de-
 mentia confutetur? Quæ propter quoniam olim in radice
 prauitatis Nestoriana damnata, nunc rursus uiuacior ad-
 surgit quodammodo, callidusq; syllogismorum argumen-
 tis aduersus ipsa catholicæ fidei fundamenta dinicans,
 sub religiosa pronuntiatione uerborum religionem pro-
 phanare contendit: necessario credidi, mi Theophile, tua
 is adiutus precebus, occultum, & sub uerbis catholicis la-
 tentem, eorum impium prodere intellectum, quatenus de-
 tectus & denotatus fiat cunctis ubiq; perspicuus. Agens
 simul etiam contra eos, qui licet Christum dominum con-
 fiteantur, tamen nescio qua rursus inducti peruersitate, de-
 clinant eum unum confiteri ex sancta & indiuidua Tri-
 nitate. Quod nolentes asserere, quis eos non intelligat
 alijs uerbis id ipsum negare quod dicunt, nihilq; aliud
 Christum nisi extraneum à Trinitate, & iuxta Arria-
 nos, credere impie creaturam? Si enim uerus est deus si-
 cut est, aut Trinitas est, aut unus ex Trinitate. Sed quia
 totam Trinitatem, Christum credere sacrilegium est, re-
 stat ut unus sit Deus Christus ex Trinitate. Nisi forte a-
 lium

Eccet. llls.

Heb. xli. b

 Causa Dia-
 logorum est
 repullitas
 hereseo Ne-
 stori.

 Aliuserro-
 eorū qui ne-
 gant Chri-
 stū unum ex
 Trinitate.

alium eum Deū præter Trinitatem esse contendant, quod nō Catholicorum, sed Manichæorum est proprium, qui duos deos sibi contrarios introducunt. Placuit igitur sub persona interrogantis Hæreticā, & Catholicā respondentis, explicare huius nostræ disputationis opusculum, quo facilius obiectionum absolutio legentibus eluāscat.

Explicat Prologus. Sequuntur Capitula.

INCIPIUNT

Capitula Primi Libri.

- 1 De modo appellationis Theotoce, hoc est, Dei genitricis.
- 2 Quod Theotocon hæreticā beatam uirginem ita fateantur, non quia Deum secundum carnem, sed qui a hominē deo unitum genuerit.
- 3 Quod nullatenus dicant, uere & proprie beatam uirginem Thetocon.
- 4 Quod initium dari deo uerbo ex foemina stulte calumniētur, his qui uere & proprie deum secundum carnem natum ex foemina confitentur.
- 5 Quod callide & puerse cam matrē humanitatis adfirment.
- 6 Quod ex illis euangelicis uoābus quæ ad Ioseph spōsum sanctæ uirginis factæ legūtur, nō deū fortē secūdū prophetā, sed puerū tantū, q̄ propter eū, cui uniri meruit, deus fortis dicatur, de foemina natū conētur adstruere.

De

De eo quod scriptum est: Quod natum est de carne, caro 7
est: quod natum est de spiritu, spiritus est.

De eo quod non deū factum Christum, sed Christū deū fa- 8
ctum callide fateantur.

Quod non natura, sed dignitate & unitione Deum stulte 9
asserant Christum, ob id quod scriptum est, in Actibus
Apostolorum Petro ad Cornelium dicente: Quia deus
erat cum illo.

Quod hoc tantum distare à prophetis Christum impie 10
fateantur, q̄a non sit natus ex semine uiri, & quamuis
non post conformationem, sed in ipsa conformatione,
Christo tamen Deum uerbum unitū inique cōtendant.

Quod sicut duas naturas, ita & subsistentias siue p̄sonas 11
in Christo fateantur.

Quod a sumptum à deo, nō deum factum hominem per- 12
uerse asserant, & q̄ id ipsum definiant naturam esse
quod persona est.

Quod alia sunt propria nomina naturarum & perso- 13
næ, quæ nullā faciant quæstionem, alia communia quæ
in quæstionem ueniant.

Quid inter naturas distet atq; personam, & q̄ nō omnis 14
sit natura persona.

Quod & deum factum hominem, & secundam natiuita- 15
tē Dei uerbi iuxta carnem Hæreticā credere detestentur.

Explicauit Capitula Libri Primi.

Inapit

INCIPIT

DIALOGI LIBER PRIMVS.



NESTORIANVS. Olim te nostrorum dictorum audiens infamatorē sepius inātatur animus, tecum de diuinæ dispensationis conquirere sacramento. Nunc uerò oportuno loco & tempore tua nobis à Deo donata presentia, ualde desidero, ut presentem arguas, cui absentia non quiescis detrahere. **CATHOLICVS.** Qui se nō mendacij, sed ueritatis exhibet sectatorē, nullis mouetur musitationibus querulorū. Cuius autē animus de sua est falsitate conscius, licet nemo de eo queratur, suspitionum tamen stimulis inquietatur assidue. Nihil autem prudentibus aufert, imò potius confert, mendax infamatio maliuolorum. Si enim ueraāter quis de talibus reprehenditur, corrigendus est, ne ulterius reprehendant. Si mendaciter, contemnendi sunt potius & delendi. Quapropter si, ut ipse aestimas, tuarum sum ego infamator assertionū, age nunc, si aut desideras, & te sectatorem ueritatis ostēderis, me tuum falsissimum nota accusatorem. **NESTORIANVS.** Relinquentes, si placet, ista, ea proferamus discutienda in medium, quæ unusquisq; nostrum simpliciter mente, catholicas iudicat conuenire dogmatibus, ne in his quæ ad rem non pertinent tempus uideamur expēdisse. **CATHO.** Optimum quidem mihi & nimis gratum, semotis conuitijs semper de ueritate conquirere. **NESTO.** Solent iniuriæ illis præstare suffragium, quibus

Infamatio non semper nocet.

Coniuncta et cōtentiones in disputationibus faciendæ

quibus studium est non de ueritate, sed de propria gloriari uictoria. In his aut, qui tota intentione cupiunt de cōpata ueritate gaudere, locum hæc penitus nō habent. C A. Facile solet in disputationū semitis se (sicut scriptū est) hilariter ipsa ueritas intimare, cum ad inuestigationem sui disputantium mentes simplia uiderit intentione pertere. Erit igitur proculdubio nostræ disputationis fructuosus finis, si modo furiosa cōtentio submoueatur e medio. NESTO. Mea certe hæc est omnino intentio, si tamen et tu placido animo meis interrogationibus dignum duxeris respondere. C A. Moue quod uis, ut iam uideamus ea quæ à me scire desideras. N E. Volo igitur ut mihi planū facias, quo nam modo à uobis beata Virgo appelletur Theotocos, hoc est, Dei genitrix, quā constat genuisse Emmanuelē. CATHO. Ipsa prorsus tuæ interrogationis prināpiā, duos te filios credere manifestat. NESTO. Noli, quæso te, antequam meorum dictorum rationem diligenter disutias, calūniosi me impetere uocabus. C A. Nemo recte sibi inferri calūniam queritur, quem non aliena, sed sua potius dicta redarguunt. Verum si ego interrogationis tuæ sententiam minime intelligere potui, deputa hoc imperitiæ, dummodo tu luadius explias, qui modum de Theotocæ appellatione planum tibi fieri flagitans subiecasti, quā constat genuisse Emmanuelē. Si enim modum appellationis Theotocæ perquirens, etiā Emmanuelē, quem natū dixisti ex uirgine, Dei filiū crederes, sufficeret dicere, quo nam modo Theotocos beata Virgo appelletur à uobis. Adijādo autem,

D quam

I
Qualiter b.
virgo theo-
tocos dicitur.

quam constat genuisse Emmanuelem, docuisti, sicut datur intelligi, Emmanuelem non te filium dei credere. NES. Nunquam ego, ut tu asseris, Emmanuelem nisi filiū Dei credidi, sed scire cupio modum, qualiter Theotocos beata uirgo appelletur à uobis. CATHO. Si Emmanuel, quem natum è beata uirgine confiteris, filius dei à te semper est creditus: filius autem dei non est nisi Deus: recte omnino à nobis beata uirgo creditur Theotocos. NES. Cito propositæ quæstionis rationem te æstimas explicasse, quasi non sint ulterius, quæ de hac quæstione quærantur. CATHOLICVS. Dic age, quid uis, nec ullas

II

B. Virgo se
cū dicit Nest.
Theotocos
dicit, nō ve
re, sed quod
hominē ge
nuit, idēo
vinitum.

dilationis patiaris angustias. NES. Quāuis Theotocon beatā uirginē confiteri nec ego refugā, non tamen quod deum, sed quia hominē genuerit, deo unitum, idcirco eā confiteor Theotocon. CAT. Patuit omnino quod hæcenus tegebatur. Si enim nō deum, sed hominē deū unitum genuit sancta uirgo Maria, est sine dubio iuxta te Anthropotocos, hoc est, hominis genitrix, non Theotocos. Quo ergo modo Theotocon, eandem uirginem profiteris, quam non deum, sed hominem tantummodo prædicas genuisse? NESTORI. Vnitione factam est, ut is qui ex ea natus est, Deus appelletur, propter deum uideat cui uniri, unāque cum eo dignitatem et auctoritatē habere promeruit. CATHOLICVS. Appellatione ergo tantum et dignitate siue honore, non uere et proprie Beata uirgo est, secundum uos Theotocos, quæ non uere et proprie genuit secundū carnem Deum Verbum, sed hominem, cui præstitum est ab eo, cui uniri me-

ruit,

ruit, ut Deus dicatur, quod non est. NESTORIA.

Quoniam hoc est, quod nos ualde permouet, eo quod uere & proprie Deum natum ex fœmina prædicatis, atque ob hoc uere & proprie Beatam uirginem Dei fa-

teamini genitricem. Quæro, qui uere & proprie generat, utrum eiusdem, cuius ipse est, an alterius cuiusli-

bet substantiæ generet? CATHOLICVS. Ineptam ni-

mis & fatua interrogatio, quis enim aliquando alienæ ge-

nerator creditur esse substantiæ? NESTOR. Si fatuum & ineptum iudicas, credere quenquam alienæ genera-

tozem esse substantiæ: constat ergo Deum uerbum, nõ de

matre sed patre uere et proprie generatũ, cũ quo illi est

una eadẽque substantia. Alioquin erit proculdubio cõ-

substantialis mater Domini, non solum Deo uerbo, quẽ

uere & proprie iuxta uos creditur genuisse, uerum etiã

Deo patri, cui idem Deus Verbum consubstantialis ex-

istit. CATHOLICVS. Consubstantialem uirgini

Deum Verbum, non secundum diuinitatem, quæ illi una

eadẽque cum patre est, sed secundum carnem qui non

credit, alienus à fide est. Sanẽ quia non hominem quẽ-

libet, q nõ sit natura deus, sed deũ uerbũ in carnatũ, et ex

se hominem factum genuit: hac de causa uere et proprie

esse creditur Theotocos. NESTOR. Si deum natura ge-

nuit beata uirgo Maria, iã nõ carnis, sed est genitrix di-

uinitatis, & quomodo non deum uerbũ secundum diuini-

tatem, quæ illi cum patre communis est, sed secundum car-

nem cum natum ex uirgine prædicatis? CATHOLI.

Non est diuinitatis genitrix, sicut tu nos credere autumas

D 2 quãuis

III

pulchra ob
iectio de ue
ra et propri
a dicta ge-
neratione.

Solutio/
quod beata
uirgo ẽ cõ-
substantialis
deo uerbo
nõ secundũ
diuinitatẽ /
sed secundũ
carnem.

quamuis uere & proprie sit dei genitrix, quia non diuinitatem dei uerbi, sed deum uerbum ex se hominem factum, sicut superius dictum est, genuit. NE. Si uere & proprie deum natum ex uirgine dederimus, uereor, ne sine initio Deus uerbū, initium habere intelligatur ex foemina. CA. Et cur non demus ei ex foemina secundū carnem initium, qui est secundū diuinitatem à patre sine initio? NEST. Quomodo secundum carnem habere initium à te dicitur is, qui est à patre sine initio, non intelligo, u-

III
Deº verbis
initium ha-
bet ex femi-
na secundus
carnem

trum quia is qui à patre est sine initio, ex diuinitate in carnem uersus, dicitur accepisse initium? An quia qui erat sine initio, accepta carne dicitur habere initium? CA. In carnem conuerti inconuertibilis deus omnino nõ potest, sed manens Deus, in propria diuinitate perfectus, carni & animæ rationali se uniens, coepit esse homo, quod antea non erat: & hac ratione secundum carnem dicitur habere initium, is qui est à patre sine ullo initio. NE. Quoniã de summis & præcipuis rebus quæstio uertitur, quæso ut patienter de his quæ à me quærentur, respondeas. Nec te moueant ea, quæ tibi fortassis, antequã intelligas, uidentur esse contraria. CATHO. Sic me de patientia communes, quasi hæctenus impatienter tuis responderim interrogationibus. NE. Non utiq;, sed ut in cocepta lenitate te contineas monco. CATHO. Dei hoc donum est. NEST. Dominum nostrum Iesum Christum in una duabus substantijs confiteris? CA. In duabus proculdubio, sed naturali, non personali cõuentione unitis. NE. Necdū absoluta, de qua agitur, quæstione, præpropere
in

in aliam prorupisti, sed dilata interim inquisitione de naturali unitione, absolute quaeso respondeas: Vtrum Christum, quem in duabus naturis confessus es, ex patre tantum, an etiam & ex matre natum asseras? CA. Et ex patre & ex matre unum eundemq; Christum natum esse cōfiteor. NE. Alio modo ex matre, alio ex patre? an uno eodēq; modo ex patre et ex matre? CA. Alio proculdubio ex patre, alio modo ex matre. NE. Secundum quem modum ex patre, siue ex matre eum asseris natum? CA. Secundum diuinitatem quidem ex patre, eundem secundum humanitatem ex matre. NE S. Cur ergo uere & proprie Dei genitrix à uobis mater Domini prædicatur, & non magis illius nature, cuius & mater est, cui Dei Verbi unio diuinitatis suæ contulit uocabulum & dignitatem? CA. Cuius nam credis naturā hāc esse humanitatis, quam uere & proprie uis esse ex uirgine? NE. Proculdubio Domini Christi. CA. Christū quid esse definis? NE. Deum & hominem. CA. Dei ergo & hominis facta est natura illa humanitatis, quam uere & proprie diās esse ex uirgine? NE. Quis hoc dubitet? CA. Et quomodo non est absurdum credere Deum & hominem ex uirgine naturam assumpsisse humanā? Quod si Deus & homo ex uirgine creditur iuxta uos naturam assumpsisse humanam, unde anteq̃ ex uirgine Deus asumeret naturā humanam, factus homo credendus est, ut sic Deus & homo credatur assumpsisse ex uirgine naturam humanam. NE. Miror te tam temere ridere de ueritate. CA. Nullatenus ego ueritatem irri-

Questio/an
Christus ex
patre et ma
tre nat⁹ sit.

Christ⁹ De
us et homo

deo, sed responsiois tuæ absurditatem uerissima ratione
 coarguo. NE. Offenderis (ut mihi uidetur) cum Christū
 Deum audis & hominem. CA. Non me offendit, Christū
 Deum audire et hominem, sed te offendit, qui Christum
 Deum hominem factum non credis. Nam cum ego unum
 eundemq; genitum, & ex patre secundum diuinitatem,
 & ex matre secundum humanitatem, simpliciter tuis in-
 terrogationibus respondiſsem, tu Deū ex patre, hominē
 uerò ex matre uolens ostendere, quasi ex consequenti
 ratione concludis, & doctre niteris, non debere uere &
 proprie beatam uirginem Dei credere genitricem, sed
 nature humane, cuius & mater est. Si igitur Deus uerbū
 ex maternis uisceribus carnem assumēs, semetipsum for-
 mauit hominem, non alterius sine dubio natura humani-
 tatis assumpta ex uirgine, nisi illius facta est, qui se ex
 ipsa formauit hominem, & idarco uere & proprie se-
 cundum carnem sancta uirgo Dei genitrix creditur, quia
 non Deus in carnis naturam conuersus est, ut non esset
 Deus qui natus est, sed manens Deus, homo factus & na-
 tus est. NEST. Sursum ac deorsum nihil aliud moli-
 ris (ut uideo) nisi ut Deum natura doceas eum, quem
 uirgo enixa est: Sed tibi pro me uoces obuiant Euange-
 licæ, quæ te nullatenus permittunt Deum prædicare
 eum, qui ex uirgine natus est. CATHOL. Et quæ
 nam ille uoces sunt, quæ me prohibent Deum prædicare
 ex uirgine? NESTO. Ille nimirum, quæ ad Ioseph
 in somnis factæ leguntur. CATHOL. Et quid tale
 dictum ad eum legitur? NESTORI. Tolle, inquit,
 puerum

Christus
 Deus homo
 factus.

VI

Obiectio
 Nestoriani
 de illo: Tot
 le puerum/
 et fuge in
 Aegyptum:

puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, futurū Matt. ii. c.
 est enim, ut Herodes querat perdere puerum. Et rur=
 sus: Defuncti sunt omnes, qui querebant animam pue=
 ri. Nunquid nam dictum est: Defuncti sunt, qui quere=
 bant animam Dei? aut: tolle Deum & fuge in Aegyptū?
 uel certe futurum est, ut Herodes querat Deum perde=
 re? Quo quid potest esse iniquius, quàm ut credatur De=
 us propter hominem fugisse in Aegyptum? Vnde mani=
 festum est, uanis te argumentationibus contra diuinorū
 eloquiorum sententias laborare, quæ puerum, id est, ho=
 minem docent eum, quæ tu Deū natura conaris astruere.

C A. Dum nimis intentus es in his scripturæ diuinæ uoā Solutio ep
Esaia.

bus, quas tuis putas competere partibus, cæteras penitus
 despias. An forte uilis tibi & contemnenda uidetur ueste=
 ris testamenti auctoritas, quæ puerum, quæ tu Deum de=
 negas, Deum fortem dominatorem prædicat? Nonne cla=
 mabat ille Prophetarū eximius Esaias, dicens: Puer na=
 tus est nobis, & filius datus est nobis, cuius potestas in Esaie. ix. 6
 humeris eius, & uocabitur magni consilij angelus, admi=
 rabilis, consiliarius, Deus fortis, dominator, princeps
 pacis, pater futuri seculi. Nunquid hæc te nescire credibi=
 le est? Nisi forte contrariam illis à te prolatis Euangeli=
 as testimonij hanc Prophetæ sententiã iudicas. NE.
 Non ego contrariam iudico Euangeliã testimonij Pro=
 phetæ sententiã, sed tibi hoc uidetur, qui necdum eo=
 rum intellectum assequi potuisti. Attende igitur, si uis,
 Prophetice sententiæ, à te prolata, purissimum intelle=
 ctum, & uide, quàm nõ sit nostris cõtraria assertiõibus.

D 4 . . . Dcniq;

Replica
Nest. quod
puer vocet
non autē sit
Deus.

Deniq; puerum natum, & filiū datum Propheta uocari quidē Deum, non autē esse testatur: Et uoxbitur, inquit, magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis. Neq; enim omnia quæ uocantur, continuo etiam uocationis suæ obtinent proprietatem. Deniq; Deus uocatus est Moyses, sed nullatenus uocationis huius obtinere creditur ueritatem. Hic docemur, non esse puerum natura Deum, sed propter Deum, qui ei unitus est, Deū

Solutio/
quod puer
ille substāti
aliter ē De
us / nō solū
uocatione/
ut Moyses

à Propheta uocari. C A. Impietas manifesta: secundum hūc nanq; expositionis tuæ sensum, ergo & quod dicitur, puer natus, nullatenus substācialiter intelligendus est natus: quia si Deus fortis idem puer, quod à Propheta uocatur, iuxta te substācialiter nō est, quia & Moyses uocatur, ut ais, Deus, quod substācialiter nō est: ergo & quod dicitur, puer natus, non est substācialiter natus, quā

Psal. xxi. 5

multi dicuntur nasci, qui tamē substācialiter nō nascuntur, sicut habes: Populus qui nascitur, quē fecit dominus. Et

1. Cor. iiii.

Apostolus ad eos, qui iā substācialiter existebāt: Nā si decē millia, inquit, pedagogorū habeatis in Christo, sed nō multos patres. Nā in Christo Iesu per Euangeliū ego uos genui. Cōtendit deniq; hæc uestra interpretatio etiā illud, quod oīs catholica ecclesia cōfiteatur, filiū Dei Deū natū de patre substācialiter falsum docere, & cū Arrianis natū quidē de patre dicere filiū, sed nō substācialiter de eo natum. Et unde iam substācialiter natus credatur deus puer, qui nec de matre nec de patre secundum uos intelligitur substācialiter natus? NES. Noli, quæso

&, in superuacuis tempus expendere. Nos enim deum
filium,

filiū, abominantes impietatem Arrij, substācialiter natū
 ex deo patre credimus & prædicamus, & puerum na-
 tum ex uirgine substācialiter sine dubio confitemur, quē
 etiā propter eum qui ei unitus est, sequentes prophe-
 tam, diāmus deum. C A. Est ergo puer non natura deus,
 sed uocatione sicut Moyses: N E S. Si non uocatione & di-
 gnitate, sed natura deus est puer, aut consubstantialē deo
 patri credis carnē, aut puerū natū de uirgine ī corporeū
 confiteris. C A T. Tu puerum incorporeum nos credere
 autumas, nos e contra deum tibi carnem factum iuxta e-
 uangelij sententiā prædicamus, cuius carnem non deo
 patri, sed matri consubstantialē credimus. Diuinitatē
 uerò nō matri, sed deo patri consubstantialē fatemur.
 N E. Variū quendam & diuersū assertionis tuæ sensū
 sum, modo confundentem, modo discernentem naturas,
 prorsus intelligere non possum. Si igitur diuinitatem pa-
 tri, carnem uerò consubstantialē prædicis matri: quomodo
 sanam hanc naturarum confundens discretionem
 rursus deum carnem factum asseris, cum sit deus non cor-
 pus, sed spiritus, Domino dicente, deus spiritus est: C A.
 Veram naturarum conuentionem dei uerbi & carnis
 fatentes, non confundimus, sed unimus, quia non deum
 in carnem uersum, sed carni unitum, factū hominem præ-
 dicamus. N E. Cum deus dicat, quod de carne natum est,
 caro est: quod autem natum est de spiritu, spiritus est.
 Quomodo puerum natum ex fœmina non unitione, sed
 natura deum asseris: C A. Quia non est alter natus de car-
 ne carnaliter caro, nisi ille qui de spiritu spiritualiter na-

Jo. iiii. c

VII

Obiectio
 Nestor. de
 illo quod
 natum ē ex
 carne caro
 est/ibidem.
 iij. B.

D 5 tus

Solutio.

tus est spiritus. Idarco deniq; ex duabus & in duabus naturis unitis & inconfusis, deū dei filiū prædicamus.

VIII

Alia obie-
ctio.

NE. Sed harū naturarū diuersitatē confundis, deū natura ræ prædicans eū, qui unitiōe dei uerbi deus dicitur. Nā si non unitiōe, sed natura deus est, q de uirgine natus est, proculdubio deus est unctus, & nō puer Iesus Christus. Sicq; iā nō Christus factus creditur deus, sed deus iuxta uos factus intelligitur christus, & mentiuntur discipuli in Actibus Apostolorū nō deū, sed puerū Iesum unctū testi-

Act. iiii. §

ficātes, atq; dicentes: Conuenerūt enī uere in ciuitate ista aduersum sanctū puerum tuum Iesum quē unxisti, Hero des & Pontius Pilatus. CA. Non confundimus natura rum diuersitatem, sicut iam superius tibi responsum est.

Solutio.

Nō dicim⁹
Christū deū
factum / sed
deū factum
christum.

Quia nec diuinitatem uerbi in naturam credimus conuertam humanam, nec rursus humanam in diuinitatis natura essentiam prædicamus: ueruntamen Christum nō, ut tu asseris, deum factū, sed deū factū Christum (quod tibi displicet) confitemur. Quia non cum pauper esset, diues factus est, sed cum diues esset, pauper factus est, ut nos diuites faceret. Nec enim cum esset i forma serui, formam dei accepit, sed cum esset in forma dei, formam serui accepit. Similiter etiam nec cum esset caro, uerbum est factum, sed cum esset uerbum, caro factum est. Quod autem dicis: Si natura est deus puer, natus de uirgine, fallunt discipuli in Actibus Apostolorum, non deum, sed puerum Iesum unctum testificantes. Non illi fallunt, sed tu potius falleris, qui deum secundum carnem unctum nō intelligis. Nam si non contrario, sed uno spiritu discipu-

los

Christ⁹ seu
puer Iesus
unctus dici
tur secundū
carnem.

los & prophetam credis loquutos, audi prophetam de-
 um unctum manifeste doctem atq; dicentem: Sedes tua psal. xliii
 deus in seculum seculi, uirga æquitatis, uirga regni tui.
 Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea un-
 xit te deus deus tuus oleo lætiæ præ partiâ pibus tuis.
 Hinc euidenter apparet, non alium esse unctum puerum
 Iesum, nisi deum, nec esse alium deum unctum nisi pue-
 rum Iesum: si tamen non duos, sed unum Christum pro-
 phetas & Apostolos prædicasse non dubitas. NES-
 TORIANVS. Duos Christos prædicantes omnino Non sum
dno Chri-
nec duo fi-
lii prædicand
 abominor, quia uno spiritu prophetam & Apostolos lo-
 quutos esse non ambigo: sed te contraria sententem repu-
 to, quia quasi ex prophete sententia, cum quem ipse un-
 ctum prædicat, deum natura conaris astruere. Nam cum
 propheta cū deū à deo unctum prædicet, quē & partiâ-
 pes doct habere: tu natura deū, qui nullū habet secundū
 naturā suā partiâpē, unctum doctre concludis, cum deus
 non habeat omnino partiâpes, sicut non habet fratres:
 sed ille doctur habere partiâpes, de quo ait Apostolus:
 Quia ergo pueri cōicauerunt carni & sanguini, & ipse hebr. ii. d.
psalm. xxi
 cōicauit iisdē. Et q; dixit: Narrabo nomen tuū fratribus
 meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Vnde euidenter appa-
 ret, non natura, sed unitione deū esse eū, quē præ partiâ
 pibus unctum propheta testatur. CATHO. Quomo-
 do eos, qui duos Christos prædicant, abominari te asse-
 ris, cum tu duos filios manifeste prædicare conuincaris?
 NE, Et ubi audisti me duos filios prædicare? CATH.
 In eo cū dicis non eū unctum qui natura est deus, sed eū
 qui

IX
 falso asse-
 rit Nesto.
 Christus nō
 natura sed
 unitione de-
 um esse

Actu. r. f.

qui à propheta doctur habere partiāpes, qui unctiōne
 dei diatur deus. NE. Non duos, ut tu autumas, sed unum
 prædico filium, quia & eius qui natura deus est, & eius
 qui unctiōne dei deus est, unā filij appellationem, unāq;
 profiteor dignitatem. Quod autem is qui unctus est non
 natura, sed unitione dei deus est, audi B. Petrum aposto-
 lum dicentē ad Cornelium: Verbum, inquit, misit filijs
 Israel, annuntiāns p̄cām p̄ Iesum christū, hic est omnium
 dominus. Vos scitis quod factum est uerbum per uniuersam
 Iudæam, ināpiēs à Galilæa post Baptismum quod
 prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo unxit
 cum deus spiritu sancto & uirtute, qui pertransiit bene-
 faciēdo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniā
 deus erat cum illo. Sine dubio non cum deo, sed cum Iesu
 à Nazareth uncto spiritu sancto, & uirtute deus esse co-
 gnoscatur. Nam quomodo non est impium unctum crede-
 re natura deum, cui sine dubio nulla ualet natura resiste-
 re? sed ille ungitur, qui erat præliaturus contra diabolum.
 C A. Versuta quidem fraude argumentaris, sed nullatenus
 à duorum filiorum prædicatione discedis. Nam si Ie-
 sus à Nazareth, quē unxit Deus spiritu sancto & uirtute,
 non est Deus, ut asseris, quē deum prædicat propheta
 uenientē à Libano, dicēs: Deus à Libano ueniet, & san-
 ctus de monte umbroso & condensso. Nazareth enim ad
 istius montis radicem in partibus Galilæe hodieq; mon-
 stratur, ubi Deus Iesus Christus, quē Propheta uenisse à
 Libano prædixit, secundum carnem nutriri dignatus est.
 Quod autem niteris approbare non esse natura Deū
 Iesum

Hic totum
 percurrri
 psalterium
 ad inueniē-
 dū hunc lo-
 cum, s; fru-
 stra. Neq;
 ocium enūc
 pertinaci

Iesum Christum, sed unione dei & dignitate, ex eo quod dictum est: Deus erat cum illo: miror te eundem dominum non audire dicentem: Et non sum solus, sed pater mecum est. Est ergo natura deus Iesus Christus à Nazareth, sicut à Propheta didicimus, & est deus cum illo sine dubio pater. Idarco deniq; omnium dominus ipsius Apostoli uocæ monstratur. Alioquin si ob id quod dictum est, Erat Deus cum illo, non pater cum filio, sed Deus filius cum Iesu Christo esse intelligendus est, erat proculdubio omnibus prophetis equalis, uel certe Ioseph filio Iacob, quia & de eo scriptum erat, Et erat deus cum illo. Ipsi quoq; Iacob proficiens in Charram, diat deus: Ero tecum sicut & cum patre tuo. Et ideo nimis est impium saluatorem omnium equare saluatis. NE. Aequalē neq; prophetis, neq; Iacob aut Ioseph credimus omnium saluatorem, sed incomparabiliter excellentiorem. Quia quis fuerit deus cum illis, non tamen sine uiri semine, sed nati sunt lege naturæ. Christus autem dominus nouo natiuitatis modo ex spiritu sancto & Maria uirgine natus est, atq; in ipsa prorsus formatione christus est factus. CA. Si non est Christus equalis neq; prophetis, aut Ioseph, aut cuilibet sanctorum, erit certe iuxta uos equalis Iohāni Baptistæ uel Hieremiæ, qui in ipsa formatione sanctificati sunt, sicut diat Deus ad Hieremiam: Priusq; te formare in utero noui te, & priusq; exires de uulua sanctificauit te. NE. Non est Christus equalis in uulua sanctificatis, quia isti quidem in uelua sanctificantur, ille uero in ipsa conformatione fit Christus. Et isti quidem particularem accipiunt

querēdo reuoluere. Similis autem locus habet Abacuc. iij. cap. Deº ab austro ueniet: et sanctº de monte Pharaam

Gen. xxix. a
Jb. xxviii. c

Die. i. B.

gratiã

gratiã, ille uerò plenus est gratia, ut pote unigenitus dei.
 CA. Christum in ipsa conformatione factum, quẽ nam
 modum dicas non intellego, & ideo quis sit Christus, qui
 in ipsa cõformatione factus est Christus, euidenter ostẽde.
 NE. Christus est unigenitus proculdubio patris. CAT.
 Quod hæctenus impugnaueras, nũc ab ipsa ueritate co-
 actus, licet nolẽs, confessus es. Nã qui deũ factum christũ
 hæctenus dicere renuebas, nunc licet secundũ carnẽ neges
 à semetipso formatũ, tamen in ipsa conformatione deum
 factum christũ confessus es. NE. Nullatenus me putes
 tuis calliditatibus arcũuentũ, ego enĩ in ipsa conformatio-
 ne ideo dixi unigenitũ christũ factũ, quia ipsi conforma-
 tioni carnis, deũ uerbũ credo coniunctũ. CATHOL.

XI

Non sunt in
 Christo sub-
 sistẽtie due.

Qui ipsi conformationi carnis deum uerbum carni diat
 adiunctũ, non in propria subsistẽtia, sine psona deũ uer-
 bũ humanã docet suscipiẽe naturã, sed subsistẽtiã carnis,
 quẽ dũ in membrorũ extendebatur lineamentis, subsistẽ-
 tiã dei uerbi demõstrat annexã. Vnde nõ iã unã, sed di-
 as subsistẽtias siue psonas dei uerbi incarnati, & homi-
 nis facti credere denotatur. Fides autem Catholica nõ in
 ipsa conformatione, ut tu asseris, sed ipsum deũ uerbũ se-
 cundũ carnem, à semetipso formatũ, factũq; hoĩem, salus
 diuinitatis eius substantia confitetur. NE. Quid igitur
 negasti subsistere deũ uerbũ? hoc enim cogit intelligi illud
 quod dicis, ipsum à semetipso formatũ, hoĩemq; factũ, li-
 cet allide in consequẽtib; hoc idẽ factũ, sine suẽ diuini-
 tatis diminutione confirmes. CA. Nullo prorsus modo
 deũ uerbũ ego subsistere denego. NEST. Quid de car-
 ne siã

ne siue de tota sentis humanitate? CATHOLICVS. Et ipsam sine dubio manere profiteor. NE. Cum ergo subsistere deum uerbum & hominem diās, cur unam, & non duas subsistentias profiteris? CATH. Quia non homini iam in propria manenti subsistētia Deum uerbū credo unitum, aut saltem carni formatæ uel animatæ, p quam cuiuslibet hominis intelligitur esse persona, sed subsistentiam siue personam dei Verbi, naturam suscepisse humanam, quæ nunquam uelut communis præter deum uerbum subsistit, sed per ipsum orta, & ab eo suscepta, ipsius propriæ facta naturæ est, manetq; non in sua, sed in eo à quo suscepta est, hoc est, Dei Verbi subsistentia siue psona: & ideo non sunt duæ subsistentiæ, sed duarū naturarum, Verbi uidelicet & carnis, una subsistentia siue psona est. NE. Ergo humana natura diuinitas facta est? CA. Hoc saltem cogitatione recāpere, extreme probatur amentia. NE. Quomodo ergo propriam dei uerbi naturā humanā diās effectā? CA. Quia non est alicuius alterius nisi dei uerbi hoīs facti. NE. Factum quæadmodū a seris deū hoīem? Vtrū tanq̄ cōuersum in hominem? an propter susceptum ab eo hominē factū deū hominem prædicās? CA. Ego à deo susceptum hominem nullatenus dicere audeo, sed deum sine diminutione diuinitatis suæ factū hominem fateor. Ne si susceptū à deo hominē dixerō, duas uidear ī filio dei prædicare psonas quæ & susceptor sanctorū atq; fidelīū deus diātur, secundū illud quod in Exodi cantico ad eū diātur : Adiuutor & susceptor factus est mihi in salutē. Melius ergo ē, susceptā,

XII

Rectius dicitur naturam humanam q̄ homines a deo susceptam.

Exo. xv. 21.

d

à deo naturam humanam quæ susceptum hominem dicere.
 NE. Stupenda quedam meis à te auribus iegeruntur, quæ
 si diuersum et non id ipsum sit, dicere hominem, siue naturam
 humanam, cum homo non sit aliud nisi humana natura.
 CATH. Nimirum hæc erroris uestri, et non alia, causa
 est. Nam dum non ualeatis discernere, quid inter personam sit
 et naturam, id ipsum intelligentes naturam esse quod et per
 sonam, imò nullatenus credentes naturam esse posse sine perso
 na, uocabula personæ naturarumque confunditis, et duas
 omnino personas, sicut duas naturas unius filij dei, sine
 dubio predicatis. Nam cum deum uerbum natum ex uirgine
 secundum carnem diuinus, diuinitatis eius naturam æstimatis
 uos natam ex uirgine predicare. Verum si hoc, quod ab
 sit, crederetur à nobis, non cum secundum carnem natum ex uir
 gine fateremur. Rursus, cum à deo uerbo susceptam auditis
 naturam humanam, personam ab eo, hoc est, hominem, susce
 ptam, non eundem factum hominem creditis. Hinc etiam
 nec uere nec proprie beatam uirginem, dei acquiescatis cre
 dere genitricem, quia non deum uerbum incommutabiliter ex eius
 uisceribus hominem factum, sed hominem deo unitum ex ea cre
 ditis natum. NE. Quia nos inuálidos arguis ad discer
 nendum quid inter naturam sit, et personam, docet natura
 naturam esse sine persona, aut quæ possint naturis proprie
 sine persona uocabula coaptari. CATH. Naturarum et per
 sonæ sunt propria et communia nomina, et propria quidem
 nullam faciunt questionem, contra uero quæ à falsis Doctores
 bus allide presumuntur, aliquam simplicioribus nebulam
 dubitatis offundunt. NE. Quæ sunt nomina, quæ aut
 afferat

XIII
 Uocabulo
 rum nature
 et persone
 quedam sunt
 propria que
 dam comu
 nis utrius

afferant aut nõ afferant quæstionē? C A. Deitas certe & hūanitas, caro & diuinitas, propria sunt nõia natura- rum: Verbū uerò siue Iesus Christus, et si qua talia repe- riuntur, propria sunt nõia psonæ, sicut Petrus & Pau- lus apostoli. Dei uerò & hoīs nomen naturis & psonis cõmune est. Deniq; sicut totā Trinitatis diuinitatē signi- ficat nomen dei, ita & unāquāq; personam ex trinitate. Deus enim pater, Deus filius, & Deus spiritus sanctus, & tota simul trinitas unus Deus. Rursus homo, sicut p- sonam, ita significat & naturā. Vnde & nonnulli patres sancti, non quidē ad personā, sicut uos, sed ad naturā po- titus respiciētes, hominē assumptū à deo dicere cõprobā- tur. N E. Assentior planē his quæ à te prolata sunt, si ta- men poteris docere naturā esse in psona. C A. Natura hu- mana, quā uis tota in psonas singulas deriuetur, nõ tamen quælibet una psona aut unus homo, id est, indiuiduus, tota probatur humanitas, alioquin nequaquā innumeri homines siue psonæ generalis huius hūanitatis existerēt. Discernitur ergo à natura psona, quia psona unā rem in- diuiduā naturæ significat. Natura uerò cõmunē cognoscā- tur declarare materiē, ex qua plurimæ possent psonæ subsistere. Quapropter oīs quidē persona simul naturā cõtinet, nõ autē omnis natura personā æque cõplectitur. Alioquin sicut tres psonas, ita & tres naturas sanctæ & ineffabilis illius Trinitatis Catholici faterētur. N. Insub- stantiā quandā et inanē naturā mihi uideris asserere, quā nullā diās habere personā. C A T. Insubstantia ergo tibi uidetur summæ & incõprehensibilis trinitatis natura?

XIII
Differētia
inter natu-
rā et perso-
nam.

E quæ

quæ cum sit una & singularis, in tribus tamen personis eam subsistere catholicorū ambigit nemo. Verum, quia non sine ingenti periculo, de creatore suo disputat creatura, si placet, ad nostrā, id est, ad naturā transeamus humanā, de qua, si quid offensionis, quod absit, acciderit, leuius æstimetur. Præcipue, quia & de ipsa nūc inter nos quæstio uentilatur, ut inde, quantum possibile fuerit, planū fiat quod quæritur, ne uidelicet natura, quā necdū dicimus in persona subsistere, insubstantialius tibi esse uideatur. NESTORIA. Fiat, ut uis, modo ut explicetur, quod quæritur. CATHOLI. Naturæ qualitas, quæ in multis personis indiuiduāq; diffunditur, nō tibi insubstantialis esse uideatur, ut nihil sit. Alioquin quomodo creator omnium naturarum uniuersa bona & ualde bona fecisse credendus est? Idcirco autē natura, quæ cōmunis materici uim rationemq; cōtinet, insubstantialis à crassioribus mētibus æstimatur, eo q; minus attendūt alterius personæ nōdum apparentis materiam, alterā esse personam: quam, ut dixi, nōdū ad lucem prolatā, naturalis potentia perfectā in cunctis membrorū quodāmodo lineamentis ostendit. Et ideo non bene insubstantiam æstimas tu naturam, sine qua nullus potest persona subsistere. Secundū hanc rationē etiā de uitiatas corporibus iudicantes dicimus. Minus est à natura, neq; enim quæ latet, aut nihil, aut imperfecta esse credenda est, sed est prorsus uis ista in membris nostris, & latet perfecta, & tota secundū propriā rationē in materia seminis. Quis enim paruulū necdum utentē ratione, imperfectā recte iudicabit humanā habere naturā?

Quædam cōsideratio nature uincit salis per se absq; persona.

naturā? Neq; enim quia uti pro tēpore non potest ratio-
 ne, ideo aliquid illi deesse probabitur à definitione natu-
 ræ humane. Cum, sicut ueteres definierunt, nihil sit ali-
 ud homo q̄ animal rationale mortale. An forte aliquis,
 quia nō utuntur paruuli ratione, inrationabilia anima-
 lia tentabit eos asserere, quos utiq; tempore congruo
 non extrinsecus adueniens ratio, sed intrinsecus natura
 ministrāte ditabit? Quapropter natura hūana, quæ
 latet in materia seminis, nō aut nihil aut imperfecta est,
 anteq̄ in suam subsistentiā, deo ex ipsa creante formetur,
 sed oīno p̄fecta, secundū quā rationē & Lcui ante multi Heb. vii. 2.
 tēpora, q̄ in utero seminaretur aut cōoperetur, in lumbis
 positus Abrahæ legitur deāmatu. Nulla autem res po-
 test deāmari quæ non est. Res ergo ista siue natura quæ
 in occulto est, quam diu producatu ad lucem, quasi insub-
 stantia à minus intelligētibus æstimatur. Cum autem nu-
 tu Dei per seriem generationum, uis seminis in femina
 fuerit uulua transfusa, tunc quod latebat in mēbris ex-
 tenditur, & in persona propria declaratur. Huic igitur
 humane nature, quæ generalis & communis est omni-
 bus hominibus, sine qua nulla potest (ut supius diximus)
 persona subsistere, in sanctæ uirginis utero, quæ fi-
 de plena Deum conāpere meruit, semetipsum Deus uer-
 bū unire dignatus est, & ex materia uiscerum eius absq;
 ullo uiri semine propria potētia & uirtute semetipsum,
 sine ullo status sui diminutione, creat secundū carnē, pro-
 fiat in membris, fit homo, secundam pro nostra salute sus-
 sinit natiuitatem, postremo crescit in ætatis augmenū.

Uerbu assu-
 pfit eiuismo-
 di naturam
 hūanā, que
 erat sine
 persona.

Neg. It he-
retici deus
hominē fa-
ctū/et secū-
dā uerbi na-
tūritatem.

Idcirco uere et proprie secundū carnē natus à sancta uir-
gine à catholicis predicatur. Hinc uere & proprie eadē
sancta uirgo dei genitrix creditur. NE. Totū qđ supius
à te, licet inuoluntate, tamē rationabiliter differi uidebatur,
cōclusio hęc extrema confudit, quæ deū hoīem factū, et
quod est intolerabilius, secundā dei uerbi natiuitatē au-
dacter expressit: cū nulla res nasā secūdo substācialiter
queat. Factus autē Deus homo quō à te predicatur, cū il-
lud fieri diatur, quod necdum extare uideatur, uel ex eo
quod est, in illud aliqd uertitur, ut desinat esse quod e-
rat? C A. Hinc nēpe tremēda est, & admirabilis, iuxta
carnē dei nostri secunda natiuitas, magnūq; pietatis sine
dubio sacramētū probatur, quod negatur ab impijs, quia
nō q nō erat, sed q erat nasatur: nec secūdū id quod erat,
sed secūdū id quod nō erat, propria dignatiōe formatur.
Qui enim naturaliter erat sine initio natus ex patre, idē
ipse in tēpore naturaliter nasatur nobis ex matre. Ibi se-
cundū diuinitatē, hic idē ipse homo ex homine factus, si-
militer nō secūdū id quod erat, sed secūdū id quod non
erat. Nā Deus q erat, fit homo, sine sui cōuersione, quod
nō erat. Valet itaq; argumētū à te prolatū ad cū q ali-
quid quod est secūdū id quod est, aut nasā secūdo con-
tēdit, aut fieri: ad nos uerò nihil ptinet, q nō secūdū id
quod erat & natū secūdo et factū deū hoīs prædicamus.
Sed iā istius disputationis, si placet, iste sit finis. Si qua ue-
rò restant, ab alterius sermoanatiōis inqrat̄ exordio.

Finit Dialogi Maxentij Iohannis, Serui Dei
Liber Primus.

impiumt

INCIPIT

VNT EIVSDEM CAPITVLA

Libri secundi foeliäter,

De naturali unitione Dei Verbi facta ad propriã carnẽ. 1
Quod ex diuinitate & humanitate Christus compositus 2
doctur.

De eo quod dicunt alterum in altero, hoc est, Deum Ver 3
bum habitare in homine,

De eo quod scriptum est: Soluite templum hoc, & in 4
triduo refusitabo illud.

Quod peruerso intelligentiẽ sensu accipiant quod scri= 5
ptum est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis,
non habebitis uitam in uobis.

Quod non credant uitam esse eum qui à Iudæis est cru= 6
afixus.

Quod hominem tantummodo, non Deum, carne cruã= 7
fixum esse fateantur.

De eo quod scriptum est: Dominus gloriẽ cruãfixus. 8

De eo quod dicunt: Christum passum carne, non De= 9
um passum carne confiteri debere. Et de eo quod
scriptum est: Dominum cum & Christum Deus fe= 10
at.

De testimonijs quibus purum hominem cum qui pro no 10
stra salute passus est demonstrare nituntur.

Quod nullatenus unius eiusdemque mirabilia pasi= 11
onẽsque fateantur. Et de eo quod scriptum est ad He
bræos: Decebat enim eum, propter quem omnia, &

E 3 per

per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare.

- 12 De eo quod callide dicitur ab eis: Caro Dei passa est, Deus autem carne passus non est.
- 13 Qualiter Deum proprias carnis suæ fecisse asserant passiones.
- 14 Quod Deum passum carne asserant, Deum autem Verbum passum carne nullo modo fateantur.
- 15 Quod negent Deum esse, qui uisus & contractatus & passus carne est, ob id quod scriptum est: Deum nemo uidit unquam.
- 16 Quod Trinitatem in Christo habitare impie asserant, & ob id scriptum est: Quia in ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.
- 17 Quod peruerse Deum filium, non Deum patrem, in Christo habitare asserant, per id quod scriptum est: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
- 18 Quod Christum, non carnem Christi, à sancta Trinitate creatum & resuscitatum asserant, quod dum docere conantur iuxta Arrianos, Christum creaturam credere deprehenduntur.
- 19 De eo quod dicunt, Homouision diuidere est Christum dicere unum ex Trinitate.
- 20 De eo quod aiunt, quicquid ex aliquo esse dicitur, alterum ostendit ex altero, & ideo Christum non oportere unum ex Trinitate fateri, sed unum in Trinitate, & peruersitate hoc idem ab ipsis hæreticis memoretur.
- Quod

Quod unam quidem personam Christum ex Trinitate 21
fateantur, Christum autem unum ex Trinitate stulte
denegent. Et quod non ex duabus naturis, sed ex duabus
personis unam personam propter unum filij uocabu-
lum, & dignitatem, et auctoritatem Christum esse impie
machinentur.

De eo quod asserant, nihil nos affirmare debere, quod 22
non in scripturis canonicis continetur, & de quo dolo-
re dicant, sine Christo Trinitatem non esse, & quod
inuidie contra omnes penè corum uersutias opponatur
illud quod scriptum est: Ecce Adam factus est quasi
unus ex nobis.

De eo quod ex ipsis quidam dolose Deum natum ex 23
fœmina dicere uideamur, Christum uerò unum ex
Trinitate nullatenus asserent, & de eo quod di-
cunt, Sufficit nobis hoc confiteri, nostris uolumus
uti sermonibus.

Quod callide dicatur ab eis, si id ipsum iudicatis esse, 24
quod à uobis & nobis dicitur: Quomodo nos ut hære-
ticos estimatis, quia uestris nolumus uti sermonibus,
ne occasionem alijs hæreticis præbeamus.

• De eo quod dicunt: Nihil amplius oportere, nisi quod 25
uerbis Synodi continetur, asserere, & quod hæreticos
iudicant, eos qui consimiliter ut ipsi respondent, duas
quidem naturas uerbis alijs dicimus, uestris uerò no-
lumus uti sermonibus, ne alijs hæreticis occasionem
dare uideamur.

• **Explicauit Capitula.**

E 4

Dialogus

DIALOGVS

SECVNDVS MAXENTII

Iohannis, Serui Dei.

I
 Questio de
 naturali v-
 nitione ver-
 bi ad carnē



NESTORIANVS. Memini te & in su-
 periori sermone, cum quæsitū fuisset, utrū
 in duabus naturis Christum crederes, respō-
 disse, in duabus, sed naturali conuentione
 unitis. Quod quia subito in alterius quæstiōis prorupit
 indaginem, dilatatum est ibi de eo aliquid quærere. Nunc
 uerò, quoniam nimis impium, & catholiās dogmatibus
 (quantum arbitror) creditur alienum, Deum Verbum
 naturaliter humanæ naturæ unitum credere, quoniam
 modo hoc recte posset intelligi, si placet, primitus inqui-
 ratur. **CATHOLICVS.** Multa quidem in supe-
 riore sermone discentes, nullum apud te profectum ha-
 bere potuimus: quia mens nō sanari, sed uinære cupiēs,
 auersa ab his quæ dicuntur, ad nihil aliud intentus est,
 nisi ut inueniat, quod pro suis partibus eloquatur: quæ-
 propter oportebat quidem nihil ulterius tecum de re
 summa disquirere. Sed ne nos hoc defectu potius ratio-
 nis quàm modestia facere æstimes, cogimur contra pro-
 positum, tuis obiectionibus respondere. Itaq; dixisti (ni-
 fallor) Deum Verbum naturaliter humanæ naturæ unitū
 credere, impium esse, & catholiās dogmatibus alienum,
 quæ propter cur hoc arbitratus es, planius te conuenit
 explicare. **NE.** Quicquid fit naturaliter, nō uolūtate,
 sed necessitate fieri intelligitur, & ideo si naturaliter deus
 uerbum

uērbum propriæ carni unitus est, non iam misericorditer, sed impulsu naturali hoc fecisse credendus est. CA. Definis ergo uniuersa quæ naturaliter fieri dicuntur, necessitate fieri, non uoluntate? NE. Hoc arbitror, denique esuriē, sitim, somnum, non uoluntate, sed naturaliter patimur, quod autem non fit uoluntate, geritur sine dubio necessitate nature. CA. Hæc quæ dicis, cōpositæ & passibilis nature sunt propria, impassibili autem & incompositæ non est aliud naturaliter, aliud uoluntarie quippiam facere, sed prorsus unum atque idipsum est. Quia ibi non aliud est natura, aliud uoluntas, sed natura uoluntas est, & uoluntas natura. Idcirco deus uerbum, cui nulla uoluntas est accidēs, aut natura passibilis, cum dicitur naturaliter carni unitus, non necessitate, sed uoluntate creditur hoc fecisse. Alioquin quæro, utrum naturaliter deū credas esse, an uoluntarie? Si enim uoluntarie dixeris, sequitur ut non sit naturaliter Deus. Si autem naturaliter pergis asserere, erit ergo iuxta uos deus necessitate, non uoluntate, quod de deo credere magna dementia est. Et ideo non est impium, nec catholicis dogmatibus alienū, deum uerbum naturaliter propriæ carni unitum credere, ad excludēdos eos qui naturam inuiolabilē non credunt naturaliter unitam nature passibili, sed persone, necessario cuius iam formata in utero hominis deum secundum gratiam, siue secundum illustrationem, uel certe dilectionem fatentur unitum. NE. Compositionem quandam & confusionem mihi uideris introducere naturarum, dicēs naturaliter naturas unitas. C. Quāuis ex diuinitate

In creaturis differunt natura et uoluntas/nō in deo.

Uerbu pro
prie carni
naturaliter
unitum est/
non solum
secundum
gratiā aut
dilectionē.

II
 Quō christ⁹
 dicitur dua
 b⁹ naturis
 compositus

Et humanitate Deū nostrū Iesum Christum cōpositū siue unitū esse fateamur, cōfusionē tamē naturā penitus resig-
 gnus, quia utraq; naturas credimus manere perfectas.
 NE. Cōpositio cōtraria intelligitur unitati, quia aut con-
 fusionē effiāt, aut non caret diuisione. Ac diuina deniq;
 omnia, quæ compositione constant, nullo dubitante sol-
 uuntur, ea uerò quæ à pigmentarijs è diuersis rerū na-
 turis componuntur, cōfusa in se sunt, nec ulla res pror-
 sus in eis obtinet proprietatē. Quō ergo nos indiuisas,
 aut inconfusas naturas in Christo potestis dicere, q̄ Chri-
 stū cōpositum prædicatis? CA. Omne cōpositū passibile
 an impassibile asseris? NE. Omnino passibile. CA.
 De non composito quid opinaris? NE. Profecto impassibi-
 litate subsistere. CA. Christum passibile an impassibi-
 lē asseris? NE. Post incarnationē prorsus passibile.
 CA. Quur ergo christum filium Dei uiui refugis com-
 positum confiteri, quē sine dubio diās esse passibilem?
 NE. Secundum humanitatem uidelicet, christum compo-
 situm fateor, quia et secundum humanitatem cum passi-
 bilē credo, secundum diuinitatem autem incompositum,
 quia et impassibilem. CA. Quid igitur unū eundemq;
 fateris ex diuinitate et humanitate post incarnationem
 compositum, quem ante incarnationem constat fuisse in-
 compositum? NE. Non equidem, sed assumptum homi-
 nem compositum dico, cum uerò, à quo assumptus est, in-
 compositum. CA. Duos filios proculdubio credere des-
 prehēderis, unum compositum, alterum incompositum.
 NE. Negas ergo tu diuinitatis naturā esse simplicem et
 incom

incompositam? CATH. Nullo modo ego hoc denego.
NE. Compositum fateris hominem, an incompositum?

CAT. Compositum prorsus. NE. Quomodo ergo
negas christum compositum esse, & incompositum, quæ
sine dubio Deum & hominem confiteris? CATHO.

Deum quidem & hominem filium Dei confiteor: eos au-
tem qui non eundem christum filium Dei & incomposi-
tum ante incarnationem, & post incarnationem compo-
situm confitentur, ualde resago. NE. Contractionem

quandam diuinæ naturæ prædicare cognosceris, eundem
dicens, & ante incarnationem incompositum, & post in-
arnationem compositum. Quomodo autem potest in arca
scriptæ & ubiq; diffusa natura arca scriptæ & in par-
uo loco constitutæ naturæ secundum compositionē uniri,
nisi forte, ut dixi, aut diuinitatis cōtractionē, aut carnis
extensionē factā impie fateris? CA. Opinor corpore
am te credere diuinam essentiam, quam modo contrahi
ad carnem æstimas, modo extendi cum carne pronūdas.
NE. Absit hoc ab animo christiano. CA. Quid ergo
sentis diuinam esse naturam? NE. Virtutem procul-
dubio magnam, & ubiq; totam. CATHOLICVS.

Totam ubiq; secundum totum eam dicis existere. NE.
Non utiq; secundum totum ubiq; est, sed ab ea rationabi-
lia aliter, irrationabilia aliter, aut omni sensu carentia
cōtinētur. CA. Totæ secundū totum in unoquoq; rationa-
li animali, ac particulariter esse cognosatur. NE. Parti-
culariter certe inest, nō secundum totum, qui a singuli qui-
q; de plenitudine eius accipiunt. CA. Quomodo er-

Diuinitas
christi vn
carni ab-
contracti
sui aut ex-
siōe carnis

go ubiq; tota est, quæ non est in unoquoq; rationali ani-
 mali tota, sed particulariter? & quomodo particulariter,
 quæ non est corpus, sed spiritus? NE. Ipsa quidē ad
 seipsam tota, & secundū totū ubiq; est, quantum autem ad
 creaturā p̄tinet, non effiāt, ut eam rationale animal sibi
 met adesse aut inesse sentiat, nisi quantum ipsa indicaue-
 rit. CA. Deum uerbum in nullo dissimilē patri te crede-
 re opinor. NE. Arrianorum & Eunomianorum, non
 catholicorum dogma est, dissimilem patri filium in par-
 te aliqui credere. CATHOL. Perfectum enim, si-
 cut est patri æqualis, propriæ carni dicis unitum, an se-
 cundum aliquid unitum, & secundum aliquid non uni-
 tum? NE. Paulus docuit, in quo sunt omnes thesauri
 sapientiæ & scientiæ absconditi. CATHOLICVS.
 Tota ergo & secundum totum, ut est perfecta dei uerbi
 diuinitas æqualis patri carni unita est? NE. Nullus
 hoc dubitat christianus. CA. Quid igitur contractionē
 diuinitatis, an extēsiōnē carnis factam asseris, quæ nō po-
 test ut dicis inãranscripta & ubiq; diffusa natura ãran-
 scripta, & paruo loco constituta natura secundum com-
 positionem uniri? NE. Neq; diuinæ naturæ contra-
 ctionem, neq; extensionem humanæ factam assero, quia
 hoc proprie corporum est, non autem spiritus & uirtu-
 tis, quæ carni uniri secundum compositionem non potest,
 præsertim cum inãranscripta sit, ut dixi, uerbi diuini-
 tas, & omnia continens. CA. Compositum dicis sub-
 sistere hominem an incompositum? NE. Compositum.
 CA. Ex quibus rebus? NE. Ex anima utiq; & carne.
 CA.

Colof. iij. B

Diuinitas/
 carni unit/
 sicut anima
 corpori

CATH. Animam consubstantialem carni asseris, an diuersæ naturæ? NESTO. Diuersæ omnino. CA. Vtrum quia non sit caro, & sit corpus, quia quamuis omnis caro corpus, non tamen omne corpus caro est?

NESTO. Nullo modo ego corpus dico animam esse.

CATH. Quid ergo dicis? NE. Spiritum sine dubio, sed non inãranscriptum. CA. Totam fateris eam diffusam per singula membra, an maiorem quidem partem eius in maiore membro, minorem uerò in minore? NE.

Totam in unoquoque membro corporis sui eam esse credo, quia licet sit ãranscripta, partibus tamen eam constare nullo modo opinor, quia truncatis membris corporis, ipsa integra perseuerat.

CAT. Si ergo anima, quæ nõ est corpus, sed spiritus, carni secundum compositionem unita, nullam contractionem in minore, nullam extensionem in maiore patitur membro, sed sine sui confusione, tota in maiore, tota esse creditur in minore: quo pacto diuinitas dei uerbi secundum compositionem propriæ carni unita, contractionem aut extensionem siue confusionem sustinuisse credenda est? Exẽplo enim animæ ad carnẽ factæ unionis, quam secundum compositionem fieri non negasti, omnes Doctores ecclesiæ et illustres uiri dei uerbi ad propriam carnem unionem factam doctre monstrantur.

NE. Omne compositum partibus constare nulli dubiũ est, pars aut minus est q̃ totũ, est ergo deus uerbum pars Christi, quæ ex diuinitate & humanitate compositũ asseris, & si deus uerbum pars est christi, & deus uerbum iuxta uos minor christo cuius et pars est, quod si pars

Deus uerbum non est minor christo / sed ipse Christus

christi

christi deus est, quomodo deus, si imperfectus est? C A. Non est imperfectus deus uerbum, quia non ut perficeretur assumptione carnis indiguit, sed ut caro perficeretur, in melius commutata, carni se unies compositus factus est, qui ante erat sine dubio summe simplex & incompositus, perfectusq; per omnia, utpote deus. Scriptum enim de eo est, quia bonorum nostrorum non eget. Nihil enim illi contulit, aut detraxit assumpta pro nostra salute humana natura, quã unitione sua ipse potius ineffabiliter glorificauit. Neq; minor est deus uerbũ Christo, quia ipse est Christus: nec seipso minor esse potest, quia & adsumpta carne idẽ mansit deus sine dubitatione perfectus. Alioquin si & post incarnationẽ negatur christus esse cõpositus, manifestus ergo quod erat antea, simplex & incompositus, Et quia res summe simplex & incomposita nullam omnino in se recipit passionem, sicut superius etiam ipse professus es, non est ergo iuxta uos christus pro humana salute perpassus. Si autem simplex manens & incompositus passus est, iam non simplex & incomposita natura est impassibilis. Quod si simplex & incomposita natura impassibilis non est, ergo passibilis est Christi diuinitas. Si autem christi diuinitas impassibilis permanet, sicut & uerum est, restat, ut natura simplex & incomposita non sit passibilis. Quia quãuis christus diuinitatis suæ simplicitatẽ & impassibilitatẽ etiã post unitionẽ cõpositionemq; cõseruet, tamẽ propter unitam sibi carnem iuste ad ipsam cõpositus esse credendus est. Quia propter dum nõ uis post incarnationẽ Christũ fateri compositum, aut diuinitatis eius naturam

turã compositã & passibilẽ conuincris credere, aut certe christum, quem etiã post incarnationem simplicẽ & incompositum, ut erat antea, asseris, nullatenus passum pro humana salute testeris. NE. Nec diuinam naturam passibilẽ credo, quam summe simplicẽ & incompositam dico, & Christum pro humana salute passum confiteor, quia non deum tantũ, sed & hominem eũ agnosco.

Cõpositio
verbi ad
carnẽ in vte
ro virginis
facta est.

Quero autẽ, utrum compositionem hanc in uelua uirginis factam asseras, an postq̃ peperit filium suum primogenitum? CA. In uelua prorsus. Nam quomodo deum natura crederem, quẽ secundũ cõpositionẽ carni unitum fateor, si post partum compositionem naturarũ adfererẽ? hæc enĩ nec cõpositio, nec unio creditur, sed alterius in altero habitatio. NE. Docuisti certe, q̃ multis ha-

ctenus uerborum ambagibus te gere uidebaris, compositionẽ nullatenus naturarum seruare proprietatem. CA. Quo nã modo compositionem docui naturarum non seruire proprietatem? NES. In eo quod inhabitationi eam contrariam iudicas. CA. Sicut non confundit naturas unio, ita nec compositio, quia nec animæ et carnis nature, quæ secundũ cõpositionẽ unite sunt cõfunduntur in sese. Alterius autẽ in altero inhabitatio prorsus duorũ est. Deus autẽ & homo nõ alter in altero est, sed idẽ deus idẽ homo est. NE. Quamuis secundum unitionem unus idẽq; sit deus & homo, secundũ naturas tamen alter deus est, alter homo. Nam si ipse deus homo est, etiã secundum naturas, quomodo non diat, Soluite me, sed, soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud? CA. Miror

III

Nõ est ea cõpositio inhabitatio unius in altero / quia nõ sunt due persone.

IIII

Soluite tẽplum hoc

te

te uocæs euangelicas, quas tuis credis assertionibus conuenire, memoria retinere, eas uerò quas tuis partibus agnoscis esse contrarias, quasi nunquam audieris præterire. An uerò qui dixit: Soluite templum hoc, non ipse post infusum à muliere super caput suum unguentum dixisse fertur: Sinite e-

Bonus op^o operata est in me. Mittens namque hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit, æternis non alium esse sepultum, nisi eum cuius et templum est? **NEST.** Si ille sepultus est, cuius et templum est, restat ut templum nec solutum sit, nec sepultum. **CATH.** Quoniam sub nomine templi, alium sepultum, alium in sepultum mihi uideris asserere, templum quid intelligis, si placet, lucidius manifesta. **NE.** Mea expositione non indiget, quod ab euangelista constat expressum. Denique post illam debet uocem expositam dicentis: Soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud, mox sequutus adiunxit: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. **CA.** Corpus hoc dei, an hominis esse dicis? **NE.** Hominis sine dubio adsumpti. **CA.** Si hominis adsumpti hoc corpus est, corpus ergo hoc adsumpti hominis templum est? **NE.** Non est templum adsumpti hominis, sed eius qui in ipso habitat inuisibiliter. **CA.** Et quis est inuisibilis templo inhabitans? **NE.** Deus proculdubio. **CA.** Est ergo corpus non hominis adsumpti, ut asseris, sed dei, cuius et templum est. **NE.** Si corpus esset exanime in quo inuisibilis deus habitaret, esset utique corpus dei, non hominis adsumpti. Verum quia corpus animatum est, in quo habitat deus, est corpus non dei, sed hominis adsumpti. **CA.**

Non

Bonus op^o
operata est
in me.

Corp^o Chⁱ
si rect^o di
est corpus
dei / s^o as
sumpti ho
minis.

Nō ergo corpus, sed homo templum est Dei, quia in corpore animato (quod est sine dubio homo) asseris habitare Deum inuisibilē. NE. Num tibi hoc non uidetur?

CA. Absit: hoc enim omnino contrariū est Euangelistæ expositioni, qui non dixit, hoc autē diēbat de tēplo hoīs sui, sed, de templo corporis sui. NE. Ut mihi uidetur, animam non credis habuisse Christum.

CA. Procul à me omnino sit ista calūnia. NE. Quomodo ergo quasi contrariū respicis, q̄ à nobis Deus diētur habitare in homine, si corpus & animam habere Christum fateris?

CA. Quia corpus nō hominis assumpti, ut tu asseris, sed Dei confitor, cuius & animam esse credo, & ideo non Deum in homine, sed Deū in corpore prædico. Alioquin nihil est aliud diēre Deum in homine, nisi hominē Dei, sicq; iam non Deus homo, sed homo Dei intelligitur Christus, quod de omnibus, qui Deo fideliter seruiunt, diē potest.

NE. Si corpus Dei est, non assumpti hominis, cur non est dictum, Nisi māducaueritis carnem Dei, sed,

carnem filij hominis, non habebitis uitā in uobis? CA. Quāuis caro sit filij hoīs, ipsa tamē caro filij hoīs caro Dei est. Nā si caro Dei nō est, quomodo potest uitā eternā præstare credentibus? NE. Quia hoc illi à Deo sibi unito est præstitū.

CA. Si Deo unita est caro, quō non est caro Dei? NE. Quia contra manifestam Euangelij uocem inuerecunde comendis, quero, quis est qui ad passionem properans, diēat discipulis suis, Accipite & edite ex hoc omnes, hoc est enim corpus meum, quod pro uobis frangetur in remissionem peccatorum. CA.

F Ille

V
Nisi manducaueritis
carnem filij
hominis

Hæc uerba
nec in no-
stra / nec in
Erasmi tra-
lacione in-
uenio.

VI

Ille est nimirū q̄ dixit, ego sum uia ueritatis et uitae. N E.
 Vita ergo manibus comprehenditur impiorum, uita cruci-
 affigitur, postremo moritur uita, et si uita est mortua, quis
 uitam mortuis prestare credendus est? C A. Si is q̄ uita
 est, non est crucifixus, et mortuus, sperare uitam mortuū
 nullatenus debent. Verum qui crucifixus est, et mortuus
 is qui est uita, non me, sed beatū Petrum ad Iudeos au-
 di clamantem: Petistis inquit, uirum hominadum donare
 uobis, auctorem uero uitae interimistis. N E S T. Quā-
 uis auctor uitae, proprie Deus esse credatur, tamen quia
 et homines auctores uitae possumus appellare, qui disci-
 plinam tradunt bene uiuendi, manifestius docet, si uales,
 crucifixā uel mortuam uitā. C A. Quāq̄ non homines, q̄
 disciplinam tradunt bene uiuendi, sed Deus solus auctor
 uitae recte credatur, tamen et si eū, qui est uita, mortuum
 et crucifixū ex scripturis docuero, rursus ad alia te con-
 uertens, dū nō uis credere ueritati, superfluas quæstiones
 mouere nō desinis. N E S. Si nollē credere ueritati, nūquā
 ea quæ me mouent ī mediū discutiēda proferre. Tu uero,
 dum non uales respondere obiectis nobis, quasi supflus
 quæstionibus insultas. C A. Verum hoc omnino est q̄ non
 ego, sed ipse de quo agitur, tuis pro me respondit obie-
 ctionibus, tēq̄ suum aduersariū notans loquitur, in Deo
 tronomio ad populū Irahel: Et uidebitis, inquit, uitā
 uestram pendente in ligno, et non creditis ei. N E S. Et
 quomodo potest uita per se pendere in ligno? C A T H.
 Illo modo quo Deus, qui est uera uita, factus homo cre-
 ditur. N E S T O R. Deus ergo à Iudeis est crucifixus?
 C A T.

Deu. xxviii
 S. Nostra
 translatio
 ita non h̄s.

CATH. Non mihi, sed prophetæ crede dicenti: Si affi-
git homo deum, quia uos configitis me gens tota. NES. VII
Dens cruci-
fixus est.
Malach. iij
B.

Falsum est omnino, nunquam hoc in ecclesiasticis libris
legitur, quãuis scriptũ sit in Malachia propheta: Si sup-
plantat homo deum, quia supplantatis me uos gens tota.

CAT. Non est dubium ita, ut tu dicis, in antiqua conti-
neri editione. In nouella uerò illud, quod à nobis est po-
situm, Verũsi tibi reãns contemnenda uidetur editionis
auctoritas, audi Apostolũ clamantẽ: Dominũ gloriæ cru-
afixũ. NE. Si dominus gloriæ cruafixus Deus credẽdus
est, cruafixus ẽ ergo et Iacobus frater dei, qa et frater do-
mini diãtur. C. Nõ est alter deus, alter dominus, sed domi-
nus ipse est deus, propheta dicẽt: Sãtore q̄ dominus i-
pse ẽ deus. Et ideo recte oĩno deus gloriæ à Iudæis cre-
ditur cruafixus, nec est secũdũ hãc prophetæ uocẽ cõtra-
riũ ueritati, Iacobũ fratrẽ domini, fratrẽ dei dicere secũ-
dũ carnẽ. N. Noua quædã et intolerabilis doctrina hæc ue-

stra ẽ q̄ deũ passibilẽ prædicat, Cũ de eo, q̄ à Iudæis ẽ cru-
afixus, Petrus apostolus in Actibus apostolorũ mani-
feste testificatur, diãns: Notum sit omnibus uobis, et oĩ
plebi Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quẽ
uos cruafixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc
iste adstat corã uobis sanus. Et iterũ: Certissime, inquit,
sãat oĩs domus Israel, qa dominũ et christũ eũ deus feat
hunc Iesum quẽ uos cruafixistis. Cũ ergo à deo eũ, quẽ
Iudæi cruafixerunt dominũ et Christũ factũ testetur A-

postol. nõ in occulto est, q̄ sit dominus gloriæ intelligen-
dus, uel arte qui à Iudæis credendus est cruafixus, neq̄
Actu. iiii. b

I. Cor. ii. B

VIII

Domini
glorie cru-
cifixus.
psal. xcix.

enim intātum erroris abruptum credo uos deuenisse, ut filium dei deum à deo factū dominū esse credatis. Vnde docemur per hanc Apostoli sententiā, & illam à te prolatam prophete uocem, domini nomen nō semper deum significare, sed aliquando tantum deum, aliquando hominem tantum, aliquando uerò deum & hominem, & ideo nō cogimur deum intelligere cruāfixum, eo q̄ ab Apostolo dominus gloriæ diātur cruāfixus, nec q̄a Iacobus frater domini diātur, fratrem eum credimus dei. C A T H. De Iesu Nazareno, q̄ Deus sit, arbitror me suffiāter tā ratione quā etiam testimonijs in superiore sermōe docuisse, sed infidelibus totum nihil est. De eo autem q̄ magnum errorem esse iudicas, deū factum dominum à deo credere, q̄a dictū est à Petro de Iesu cruāfixo, quia dominum eum & Christum Deus fecit, quæro, utrū cū esset Iesus, & tamen non esset dominus, factus est à deo dominus? an cū esset dominus, factus est à deo dominus? N E. Quō si esset dominus, à deo fieret dominus, cū fiat nemo quod est? sed q̄a non erat dominus, ideo à deo factus diātur dominus. C A T. Erat ergo quando non erat Iesus dominus? N E S. Nō erat antequā fieret dominus. C A. Quō ergo dixisti, si esset dominus, nō fieret à deo dominus, sed quia non erat dominus, ideo à deo factus est dominus? N E S. Quia antequā nasceretur, non erat qui fieret dominus, nec postea q̄ natus est, factus est dominus, sed in ipsa prorsus uulua, unitione filij dei factus est dominus. C A. Alter ergo est filius dei, alter Iesus q̄ unitione filij dei fit dominus. N E. Idē ipse est, sicut supius iā dixi
dignitate

IX
 Domini eū
 et christum
 deus fecit.

dignitate & auctoritate, nō aut̄ secundū naturas. C A. Secūdū naturas ergo duo sunt, sed dignitate et potētia unus est filius, & q̄ ex his formā serui accepisse credēdus est. N E S. Nō sunt duo filij ut tu somnias, sed unus est filius dei, quē tamē in duabus naturis unitis credimus, q̄ etiam cum esset in forma dei, formā serui accepit. C A. Accepit ergo filius dei, cū esset Deus & dominus formā serui, & factus est seruus in forma serui, an hoc credere errorē fateris? N E S. Qui hoc non credit prorsus paganus est. C A. Si ergo non est error, filiū dei deū, cū esset Deus & dominus, ut pote equalis deo patri in forma serui, factū credere seruū, quia hoc etiā ipse de se ipso testatur, dicens ad patrē: Ego seruus tuus, et filius anallē tuę: nō est oīno error, filiū dei deū, secundū id quod factus est seruus, credere à deo patre, dominū factū: et idcirco non ut tu dicis, aliquādo deus tātū, aliquādo hō tātū, aliquādo uerò Deus et hō, sed semp dominus intelligēdus ē deus, et deus intelligēdus est dominus, q̄ nō alter à deo factus dominus predicatur, nisi is q̄ formā serui accipiēs factus est seruus, cū esset ante secula dominus gloriosus, quē Paulus à Iudæis predicat crucifixū. Hic ē quod exclamat ad patrē: Pater glorifica filiū tuum ea gloria quā habuit apud te priusquā mūdus fieret. Nunquā uox ista non illius est, q̄ dixit: Disate à me q̄a mitis sum & humilis corde? Nunquā enī filius dei, Deus à patre deo fieret dominus, nisi cū esset dominus, tu pote, Deus formā serui accipiendo factus esset seruus. Nec se glorificari præaretur à patre, si nō, cū esset apud patrem, priusquā mūdus fieret,

F 3 gloriosus,

Ide ē deus
et dominus

psal. cxv.

Joā. xvij. 1

Mat. xj. 10

gloriosus, semetipsum sponte pro nostra salute humili-
 asset. Fit dominus & glorificatur à patre Iesus filius
 Dei Deus, nō ea gloria quā non habuit, sed quā habuit
 apud patrē, priusquā mundus fieret. Quapropter dubi-
 tandū omnino non est, natura Deum esse Iesum, quē sicut
 dominū à Deo factū, ita etiā eam glorificatū à Deo præ-
 dicat Petrus Apostolus, dicens: Deus Abraham, et Deus
 Isaac, & Deus Iacob, glorificauit filiū suum Iesum, quē
 uos quidē negastis ante faciē Pilati, iudicāte illo dimitti.
 NE. Nisi hæc omnia propter unitionē Dei ad hominem
 factā credideris, diuinitatē proculdubio passibile præ-
 dicare conuinceris. CA. Diuinitatē quidē passibile nul-
 latenus prædico, Deum autē carne passum omnino confi-
 teor, quia Iesum Christū Deum uerum agnosco. NE.
 Nullo modo Deum passum carne profiteor, quod in scri-
 pturis sanctis nullatenus legitur, sed Christū passum car-
 ne, sequens Petrum Apostolū, fateor. CA. Ego quidem
 utrumq; confiteor, & Deum passum carne, & Christum
 passum carne, quia Christus sup omnia Deus est. Tu autē
 ideq; refugis Deū passum carne dicere, quia Christum nō
 credis Deū esse. Quod si Christū Deum esse nō denegas,
 passum Christū carne, hoc est omnino quod Deum passū
 carne dicere, quia Christus qui passus est, sine dubio deus
 est. NE. Si id ipsum est deum passum carne, quod Chri-
 stum passum carne dicere: est ergo iuxta uos, non solum
 filius, uerum etiā pater Christus, quia Deus proculdubio
 etiam ipse est. CA. Non est pater Christus, quāuis sit
 deus, quia nō id ipsum est deus, quod est Christus. Filius
 autem

Act. iij. C.

Deo carne
passus.

aut ideo est Christus, quia nō id ipsum est, sed quia ipse
 est deus christus. Hac de causa utrunq; confitentur catho-
 lici, & deū passum carne, & christū passum carne. NE.
 Si deus est christus, quis est q̄ diāt Iudæis: Quid me uul-
 tis occidere, hoīem, qui ueritatem loquutus sum uobis?
 C A. Ille omnino, de quo scriptū est: Quia quærebāt eū
 interficere Iudæi, non solū quia soluebat Sabbatum, sed
 quia diabat patrē suū esse Deum, æqualē se faciēs deo.
 Nunquid relinqtur nobis adhuc ullus ambiguitatis scru-
 pulus, quo nō credatur natura deus esse Iesus Christus?
 quia si gratia & nō natura deus esset, nunquā se æqualē
 faceret deo. NE. Fallitur ergo Paulus, dicēs: Per hoīem
 mors, & p̄ hoīem resurrectio mortuorū. C A. Et quō
 p̄ hoīem potest esse resurrectio mortuorū, nisi sit ipse ho-
 mo resurrectio, qui clamat in Euangelio: Ego sum resur-
 rectio & uita? Et quia resurrectio & uita oīm non nisi
 deus est, proculdubio idē homo est, p̄ quē resurrectionē
 esse Apostolus prædiat. NE. Ignarus ergo omnino
 huius sacramenti deprehenditur idē Apostolus, dicēs:
 Mediator dei & hoīm, homo Iesus christus. C A. Sicut
 nō est ignarus huius sacramenti Apostolus, ita nec sibi-
 met ipsi contrarius, dicēs: Secundum aduentū magni dei
 & saluatoris nostri Iesu christi, q̄ dedit semetipsum pro
 peccatis nostris. Cum ergo homo Iesus christus mediator
 dei & hoīm magnus est, qui dedit semetipsum pro peccatis
 nostris, nō est omnino contrarium, sed unum idēmq;
 deum passum carne, & christum passum carne, modis
 omnibus confiteri. Vnde etiam ecclesia Dei, unius
 eiusdemq;

X

Quid uul-
 tis me occi-
 dere/ homi-
 nē/ qui veri-
 tatē locut⁹
 sum uobis?
 Jobā. vii.

1. Cor. xv. C

Jobā. xi. C

1. Tim. ii. B

Tit. ii. C.

XI
Unius et
eiusdē filii
Dei et mira-
cula fuerūt
et passiōes.

Hebr. ii. C.

eiusdēmq; mirabilia & passiōes agnoscat. Quapropter si quis utrunq; non confitetur, aut ut Iudæus fugendus est, aut cauendus ut Manichæus. NE. Callida quadam & subtilissima fallendi arte hactenus tibi aditus fuit: nunc autem nullum tibi poterit esse suffugium, unius eiusdēmq; filij Dei prædicanti mirabilia & passiōes, cum Apostolus manifeste ad Hebræos, dominum Iesum Christum à Deo uerbo per passiōes doceat consummatum, dicens: Decebat enim propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctore salutis eorū per passiōes consummare. Cernis à Deo uerbo, propter quem omnia & p quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, auctore salutis eorū, proculdubio Iesum Christum, p passiōes consummatū. Quomodo ergo unius eiusdēmq; mirabilia et passiōes credēde sunt, cū p passiōes alter ab altero cōsummetur. CA. Magnum mihi omnino dedisti suffugium, magnaq; mihi adaptæ est ianua, in qua, illo me ducente, ingressus, qui dixit, Ego sum ostium, non callidis, ut asseris, ad fallendum artibus, sed uerissimis potius documentis tuam imperitiā perfidiāmq; redarguam. Nam dum Apostoli sententiam non intelligis, alterum passibilem, alterum impassibilem Dei filium prædicare conuincaris. Nec enim, ut imperite asseris, Deus uerbum auctore salutis nostræ consummat per passiōes, sed Deus pater, Deum filium Iesum Christum, propter quē omnia, & per quem oīa, auctore filiorum consummat per passiōes. Quis enim hic auctore salutis filiorū p passiōes consummatū aliū permittitur

pmittitur intelligere, nisi eum qui multos filios in gloria adduxerat propter, quē omnia & p quē omnia? Nā cum superius dixisset, cum qui modicum q̄ angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatū, ut gratia dei pro oībus gustaret mortē, sequutus mox intulit, dicens: Decebat enī, hoc est deū patrē, cum propter quē omnia & p quē omnia, auctore salutis eorum, uidelicet, quos in gloriam adduxerat filiorū. Qui etiā cum esset equalis deo paulò minus q̄ angeli minoratus, gratia dei patris pro omnibus gustauit mortem, p passiones consummare. Sed manifestius hoc & luādius i ipsius Epistolæ priāpio perdoemur: Multifarie, inqt, et multis modis, olī deus loquēs patribus i prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quē constituit heredem uniuersorum, p quē feāt & secula. Qui cū sit splēdor gloriæ, & figura substantiæ eius, portāsq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciēs, sedet ad dextrā maiestatis in exælsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differētius præ illis nomen hereditauit. Ecce auctore salutis, qui multos filios in gloria adduxerat, purgationē faciēs peccatorū, quæ nulla utiq; potest fieri sine sanguinis effusioe. Sicut alio loco idē docet Apostolus: Splēdor gloriæ & figura substantiæ dei patris, portās omnia uerbo uirtutis suæ. Fit etiā ipse melior angelis, & sedet ad dexteram maiestatis, p quē facta secula prædicatur, q̄ paulò minus q̄ angeli minoratus, gratia dei patris, sicut dictū est: Pro oībus gustauit mortē: de quo dictū est: Propter quē & per

F 5 quē

quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat. Non est ergo alter deus uerbū, propter quē oīa & p quē oīa, nisi autor salutis Iesus, qui purgationē faciēs peccatorū, multos filios adduxit in gloriā à patre p passionē con-

Rom. viii. f

summatus, sicut idem Apostolus de eo ait: Qui proprio filio non peperat, sed pro nobis omnibus tradidit illū.

Joan. i. 5

NE. Nihil omnino agit intencio tua, nisi ut quantum in se est, deum impassibilē, & immortalem passum & mortuum doceat. CA. Quia negas deum eum qui pro humana salute est crucifixus, quēro, quē asseris incarnatum?

NE. Verbum proculdubio, sicut Euangelista testatur, dicens: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

CAT. Deus uerbum qui incarnatus est, ipse & passus est, an alius incarnatus, alius uerò passus est? NES.

Incarnatus quidem deus est, passus autem deus non est, sed caro dei. CATH. Magnam nobis spem de te ipso dedisti. Nam qui hactenus carnem non Dei, sed assumpti

hoīs asserabas, nunc dei eam confessus es. Verum quia parum liquet, quod dictū est, non est deus passus, sed caro dei, si placet hoc ediffere manifestius. Nimis enim ab-

XII

Recti^o dicitur de^o carne passus / sicut caro dei passus.

surdū esse uidetur, quod dicitur, Si enim caro Dei passa ē, quomodo deus carne passus non est? & si deus passus nō est carne, quomodo caro Dei est passa? nisi forte carnem exanimem & desertam à Deo Iudei crucifixisse credendi sunt. Quod quia nimis stultum est, carnem sine anima à Iudeis credere crucifixam, restat, ut caro animata dei à Iudeis crucifixa credatur, quod est proculdubio homo. Cui assertioni uestræ, hoc est, non deum carne, sed carnē dei

dei dicere passã, si credulitas admittatur, quid aliud creditur, nisi quia homo dei est passus: quod etiã de Petro et Paulo dicere fas est, quia & ipsi homines dei dicuntur, et pro ipso sunt passi. NE. Deus quidem passus non est, quia deum passibile prædicare sacrilegium est, sed deus sui corporis fecit proprias passiones. CA. Proprietas multis intelligitur modis. Nam & ecclesia corpus eius dicitur, eiusdemq; ecclesiæ facit deus proprias passiones.

Pro qua etiam in celo positus clamat: Saulc Saulc, quid me psequeris. Et unusquisq; fidelium membrum eius est sicut idem docet Apostolus, dicens: Vos estis corpus christi & membra de membro, sed & panis ille, quem uniuersa ecclesia in memoriam dominicæ passionis participat, corpus eius est. Quapropter quõ deum corporis sui proprias fecisse asseris passiones, exemplis te planum facere conuenit. NE. Faciam quantum potuero modo, ut te ab hac intentione diuertam, quod ulterius desinas deum Verbum passum carne asserere, quamuis caro dei sit passiva, quæ non ita dicitur corpus dei, ut ecclesia, nec ita ut panis ille quem in memoriam passionis Christi participat uniuersa ecclesia: sed dei ita dicitur corpus, ut alicuius hominis propriũ, quod indutus est uestimentum, quod cum ab aliquo sãssum fuerit, iniuria ad eum refertur, qui in ipso indutus est, Secundum hanc igitur rationem facit deus corporis sui proprias passiones. CA. Facit ergo proprias deus carnis suæ passiones secundum relationem, non secundũ ueram & intimã proprietatẽ: et quomodo fecisse proprias deus carnis suæ passionis prædicatur

XIII

Deum fecit
suis corpo
ris proprias
passiones

Act. ix. B

1. cor. xii. d.

tur à uobis, qui nō secundū proprietatē, sed secundū relationē faat carnis suæ proprias passiōes? Quam autē proprietatem potest habere uestimentū ad eum qui ipso est indutus, cum nihil pertineat ad eius substantiam? Neque enim cum definimus, quid sit homo, etiam uestimentū eius complectimur, quod utiq; non eiusdē constat esse substantiæ. Faat ergo deus iuxta uos ecclesiæ suæ potius proprias, q̄ sui corporis passiōes. Illa enim corpus dei dicitur, quia communicauit Deus carni & sanguini, & caput factus est ecclesiæ. Ecclesia uerò per fidē rursus partiæps eius effiatur, accipiēdo spiritum sanctum. A uobis autē corpus dei instar creditur uestimenti, quod nihil ad diuinitatis uel carnis eius naturā pertinere uideatur, Esaias autem uestimentum dei nihil aliud prædicat, nisi carnem dei, dicens: Quis iste est, qui uenit ex Edom rubicunda ueste ex Bosra. Quod si & tu uestimentum dei, nihil intelligis, nisi carnē dei, superest ut siue passiōē uestimenti, siue passiōes carnis ad eum retuleris, cuius uestimentū siue caro est: Illius proculdubio iniuria & illius passio creditur esse, cuius caro seu uestimentū est. NE. Et ubi nā corpus dei uerbi in scripturis sanctis legisti ecclesiam, & nō potius corpus Christi? CA. Hac assertione tua, aliterum facis Christum, alterum deū uerbū: quod si non est alter Christus, alter deus uerbū, sed deus Verbum ipse est christus, sicut dicitur corpus christi ecclesia, ita dicitur corpus dei uerbi. Verum si corpus christi nō est corpus dei uerbi, quomodo dedisti superius carnem Dei passam? NE. Carnem dei dixi passam, nō autem dei uerbi, quia deus

Esai. lxxiiij. 2

XIIII
Idē est Chri-
stus et deus
uerbū/ideo
male negat
deū uerbus
passum

deus est honore & dignitate christus, cuius carnem dixi passam, propter inhabitantē in se deum Verbum. Hinc deniq; & deum negavi passum, & tamen carnem dei passam confessus sum. CA. Non est ergo Deus uerus christus, sed propter inhabitantem in se deum Verbum, honore & dignitate seu potius nomine tantum, scaudū uos diatur deus: & quomodo hoc non est contrarium illi sententiæ Iohannis Apostoli, qua diat: Sāmus q̄a uenit filius dei & dedit nobis sensum ut cognoscāmus Deum uerū, & simus in uero filio eius Iesu christo, hic est deus uerus & uita eterna? NE. Si nō propter honorē & dignitatē inhabitātis dei uerbi, deum dixeris christū, profecto uisum & contrectatū facis ab hoībus deū. CAT. Si nō est uisus & contrectatus ab hoībus deus, quomodo dicit idē Iohēs, quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, & p̄peximus, & manus nostræ tractauerūt: de uerbo uitæ et uita manifestata ē, et uidimus et testamur, & annūāamus uobis uitā eternā, quæ erat apud patrem & apparuit nobis? Percurre singula, et uide uisum & contrectatū ab hoībus deū: Deniq; uerbum uitæ, quod fuit ab initio apud patrē, quod ex lege et prophetis audierunt uisum & p̄spectū oculis suis, propriisq; manibus contrectatum testificatur tātus Apostolus. Et ne aliud uerbū præter id quod est deus apud deū, quilibet uisum & contrectatū tētaret asserere, mox sequitur: Et uita, inquit, manifestata est, & uidimus & testamur, & annūāamus uobis uitā eternā, quæ erat apud patrē, & apparuit nobis. NE. Mētitur ergo ipse dominus, dicens:

1. 3oā. v. d.

XV

Deo in terris uisus et ab hominibus contrectatus.

Ibidem. f. a

Joan. i. B
I. Tim. vi. c
Ero. xxxiii
D.
Esaie. lii. B
Psal. xlix.

Quō visu ē
in terris de
ns.

Gen. xxxi B

Joan. xi. B

visus et pal
pat' domi
n' a Thomā

ans: Deum nemo uidit unquam. Et Apostolus loquens de deo: Quem nemo, inquit, hominum uidit, sed nec uideri potest. Et ad Moysen dicit deus: Nemo potest uideri faciem meam et uiuere. C A. Si non est deus, qui uisus est, quomodo ipse dicit: Ecce qui loquebar adsum. Et propheta: Deus manifeste ueniet, deus noster, et non silebit? N E. Contraria ergo sibi metipso loqui credenda est scriptura diuina? CATHOLI. Non est scriptura diuina sibi ipsi contraria apud eos, qui eam pie intelligunt, sed illis uidetur contraria, qui heretico decepti spiritu, non possunt quæ uera sunt sapere. Nā quia nemo corporeis oculis potest uidere naturā diuinitatis, quæ utiq; non est corpus, sed spiritus, dictū est: Deū nemo uidit unquā, et nemo uidet faciem meā, et uiuet. Rursus, quia uidēdus est ab hominibus deus in assumpta carne, docet præfiguratio illa facta ad Iacob: Deniq; cum homine conluctatur in uisione idē B. Patriarcha, et benedictus ab eo dicit: Vidi deū faciem ad faciem, et salus facta est anima mea. Hic et thomas post resurrectionē domini palpās et cōtrectās profossū dominicū latus, exclamat: dominus meus et deus meus. N E. Multū, licet nolēs, nostris partibus profuisti. Nā cū diuina natura nō sit corpus, sed spūs, sicut tu quoq; professus es, quæ natura uisa uel cōfossa sit, ambigū nō est. Dubitantibus nanq; de se discipulis idē dominus: Palpate, inquit, et uidete, quia spūs ossa et carnē nō habet, sicut me uidetis habere. Quapropter uisus et palpatus est dominus Iesus Christus, quæ et cōfossus est, quæ cū agnouisset Apostolus post resurrectionē exclamat et dicit:

diat: Dominus meus & deus meus. Hinc euidenter apparet, non esse deum Iesum Christum, quem ex mortuis resuscitatum uidit & contrectauit Thomas, nisi propter inhabitantem in eo deum, quem nemo proculdubio hominum uidet, & uiuet.

C A. Nullatenus propter inhabitantem, ut asseris, cum quem uidit & contrectauit Thomas deum appellat, quia procul est ab apostolica fide, duos filios credere, sed ipsum prorsus, cuius fossus est contrectauit, dominum & deum suum esse testatur. Apostolorum enim deus non dignitate, sed natura

est deus. Apertissime denique de eo qui uisus et contrectatus est, quod natura sit deus, Hieremias propheta testatur: Hic Baruch. iii. d.

deus noster, et non estimatur alter ad eum, qui inuenit omnem uiam disciplinae, et dedit eam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est. Quapropter uisus & conuersatus est deus homo Iesus Christus, ad quem non estimatur alter

NESTORIA. Si nullus alius deus estimatur ad eum qui confossus et crucifixus est a Iudeis, quis est deus qui resuscitauit deum, cum non sit alter deus qui estimetur ad crucifixum? C A. Nullatenus tu recedis a propria intentione, quo Christum non aliud aliquid nisi unum ex illis credas, de quibus

diat deus: Quomodo inhabitabo in illis et ambulabo; et uero illorum deus, et ipsi erunt mihi in populum. ii. Cor. v. d

NE. Sed de nemine illorum dictum est, quod de Christo testatur Apostolus dicens. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. C A. Plenitudinem diuinitatis habitatem in Christo quid intelligis? NE. Totam proculdubio Trinitatem.

C A. Quartus ergo iam Christus est, in quo tota inhabitat

XVI

Nō recte dicitur: tota trinitas inhabitare in christo

In christo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter.

inhabitat Trinitas? NE. Ergo mendacem facimus Paulum qui hoc asserit. CAT. Non est mendax Paulus, quia non Trinitatem dicit in christo inhabitare, cum Christum nesciat extraneum à trinitate. NE. Si non inhabitat in christo trinitas, quomodo in christo oīs plenitudo diuinitatis inhabitat? Aut enim non inhabitat plenitudo diuinitatis in christo, si non inhabitat in christo trinitas: aut si habitat plenitudo diuinitatis, proculdubio in christo trinitas habitat. CA. Et habitat plenitudo diuinitatis in christo, & non inhabitat in christo trinitas, ne sit non trinitas, sed quaternitas. Nam cum nullo dubitante pater & filius & spiritus sanctus sit trinitas, & ideo non trinitatem Paulus in christo docet inhabitare, dicens: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: sed patrem in christo docet inhabitare. NE. Si omnis plenitudo diuinitatis habitans in christo, solus pater intelligendus est, non relinquatur filio & spiritui sancto, ut sit deus. CA. Plenum & perfectum Deum asseris patrem, an perfectionem & plenitudinem eius filium & spiritum sanctum esse testaris? NE. Plenum proculdubio & perfectum. CAT. Non ergo relinquat plenus & perfectus Deus pater ut sit deus, aut filius, aut spiritus sanctus. Verum si hoc impium est credere, restat, ut non sit contrarium, imò potius ualde congruum ueritati, patrem plenitudinem intelligere diuinitatis. Quia sicut ipse plenitudo sua est, similiter & filius plenitudo, & spiritus sanctus plenitudo, & simul omnes, hoc est, tota Trinitas, non tres, sed una est plenitudo.

plenitudo diuinitatis, quia & p̄fectus pater, & p̄fectus filius, & p̄fectus spiritus sanctus, & simul oēs, non tres p̄fectiones, sed una p̄fectio. Si enim filius, sicut de eo testi-
 ficatur Iohānes, dicitur plenitudo (nos, inquit, oēs de plenitudine eius accepimus) quomodo pater esse negādus est plenitudo? NE. Vna est diuinitas Trinitatis, & unus deus Trinitas, an tres dii & tres diuinitates? CA. Vna proculdubio diuinitas Trinitatis, & unus deus Trinitas. NE. Si ergo una est diuinitas Trinitatis, & unus deus Trinitas: quomodo nō inhabitat in christo Trinitas, sicut plenitudo diuinitatis habitās ī christo, quæ una & sola est? CA. Non est dubium apud nos christū in duabus naturis unitis subsistere, unā diuinitatis, & alteram humanitatis. Et quia una & sola est totius Trinitatis diuinitas, est ergo iuxta uos Trinitas & humanitas christus, qui ex diuinitate totius Trinitatis, quæ una & sola est, & humanitate subsistit. Porro si Trinitas & humanitas est christus, iam nō habitat Trinitas in christo, sed est ipsa Trinitas christus. NE. Nō est Trinitas & humanitas christus, & tamē ex diuinitate p̄fecta & humanitate p̄fecta est christus, & habitat Trinitas in christo, & nō est quartus, ut tu autumas, christus. Pater enim nullo dubitāte in filio habitat, & filius in patre, à quibus non separatur spiritus sanctus. Filius autē deus, in quo inhabitat pater, ita est in christo, mundū recondens sibi, ut propter coniunctum sibi filiū, unus & ipse sit filius & Christus: & hac ratione habitat Trinitas in christo, & nō est quartus christus. CA. Magna nimis

Johā. 1. 8.

XVII

In Christo habitat deus pater / nō de⁹ filius / qz Chrs⁹ n⁹ est fili⁹.

G est

est ista, nō ratio, sed absurditas. Nā cum haecenus Trinitatē in christo contēdebas inhabitare, pro eo quod dictum est: Quia in ipso habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter: nūc iā non totā trinitatē, sed deū tantūmodo filiū ī christo esse diās, pro eo quod scriptū est: Deus erat in christo, mundū reconaliās sibi. In quo tamē filio quia habitat pater, et ipse in patre, à qbus nō separatur spiritus sanctus, rursus totā Trinitatē secundū hāc uideat rationē asseris in christo inhabitare. Sed ideo, inquis, nō est quaternitas, quāuis habitat in christo Trinitas, quia deus uerbum ita inest christo, ut propter cōiunctum filiū unus sit filius & unus christus. Sed siue Trinitatē, siue deum uerbum inesse dixeris christo, quaternitate nō oīno, nō Trinitatē, praedicare cōuincaris. NE. Quo nā modo, siue Trinitatē, siue deum uerbum ī christo inesse dixeris, quaternitatē, nō trinitatē, praedicare cōuincor?

CA. Quia Trinitas pater & filius & spiritus sanctus est, sicut supius iā diximus, q si ī christo inhabitant, quartus intelligitur sine dubio christus, in quo inhabitat Trinitas. Rursus, si inest in christo deus filius, nō iā ipse est christus: & si ipse nō est christus, duo sunt oīno deus filius & christus in quo inhabitat: quāuis callide ad decipiendos simpliciter unum eos esse argumentaris. Apostolus nanq; supius docuit, deum patrē, nō deum filium, inesse christo, mundum sibi reconaliantē: deniq; ait: Si qua in christo noua creatura, uetera trāsierunt. Ecce facta sunt oīa noua. Oīa autē p deum, q reconaliavit nos sibi p christum, quod si uidetur adhuc dubium, quē deum dicat per christum

christum mundū sibi reconaliare, utrum patrē an filiū, ab ipso domino doceamur: Pater, inquit, in me manens, **Iohā. 4. B** ipse facit opa sua. NE. Vna & equalis, an diuersa est uirtus & operatio trinitatis? CA. Vna prorsus. NE. Vniuersa ergo quæ creantur, à tota trinitate creantur, an tibi hoc nō uidetur? CA. Oīa quæ facit pater, hæc eadē similiter & filius facit, nec sine spiritu sancto pater & filius aliqd faciunt. NE. Omne mortale creatum diās an increatū? CA. Oīno creatum. NE. Si ergo omne quod moritur creatura est, ergo & christus pro nostris peccatis mortuus, creatura est. Et q̄a nulla est creatura, quā nō trinitas opetur, profecto christus, quē pro nostris peccatis mortuum credimus, à tota trinitate creatus est, & resuscitatus à mortuis, quia una est uirtus & operatio trinitatis. Quod si non est contrariū ueritati, christum creatum & resuscitatū, sicut ratio docuit, à tota credere trinitate, nec hoc erit contrarium ueritati, totā trinitatem pariter ī christo inhabitare, quē sine dubio resuscitauit à mortuis. CA. Impia oīno & sacrilega, atq; Arrianorum blasphemij hæc assertio coequanda est, quæ christū non deum prædicat, sed creaturam. Nec enim, ut tu impie argumentatus es, christum pro nostris peccatis mortuū tota creat aut resuscitat trinitas: cum christus mortuus pro peccatis nostris non extraneus aut alienus, sed unus ex ipsa trinitate. Creatur quidem & resuscitatur à tota trinitate, non Christus, sed caro sine dubio Christi: & quia caro non alterius, sed ipsius est Christi, creat & resuscitat Christus semetipsum secundum

XVIII
Trinitas
creauit et
resuscitauit/
nō christū/
sed carnem
christi.

Gal. 13.

carne cum patre & spiritu sancto. Nam & Apostolus nō à Trinitate, sed à patre resuscitatum christū ita testatur, dicens: Paulus Apostolus, non ab hoībus, neq; p̄ hoīem, sed p̄ Iesum christū & deum patrē, qui suscitauit eum à mortuis. Nec enim quia dixit: Non ab homībus, neq; per hoīem, sed per Iesum christū: deum cum tantūmodo, non & hominem prædicauit, scribens Galatis, qui fuerant à Iudeorum Pseudoapostolis penē decepti, sapienter sermonem tēperat, ut nec deum mortuū à deo patre resuscitatum audientes scandalizarentur, duos sibi deos æstimantes ab Apostolo prædicari, nec purū hoīem crederent christū à mortuis suscitātū. NE. Cum uelut impiam & Arrianorū blasphemijs cōequandā assertionē meam arguas, quia dixi creaturā christū, qui pro nostris peccatis est mortuus, q̄a oīs utiq; creatura mortalis, immortalē autē est, quod increatū est, & quaternitatē prædicare me æstimes, eo q̄ dixi, eundē christum à tota Trinitate creatū, et à mortuis resuscitatū: tu oīno iuxta Arrianos Homouision diuidere, & quaternitatem pro Trinitate prædicare es deprehēsus. CA. Quāq̄ imperite nimis oēm creaturā mortālē esse definias, ubi tamē me Homouision diuidere, aut quaternitatē pro Trinitate prædicare coarguis? NE. In eo cū diās unū ex Trinitate. CA. Doce ergo, quæso, quēadmodū hæc dicens, diuisionē ingram Trinitati, uel quaternitatē in prædicatione Trinitatis inducā. NE. Oīa quæ insunt factis, infectis inesse nō possunt. Infecta uerò est Trinitas, & ut omittā cetera, inest factis etiā numerus, in numero autē ordo est primū

XIX
 Non est Ho
 mouision di
 uidere, si di
 cam⁹ Chri
 stum unū ex
 Trinitate.

mi & secundi, in ordine uerò maioris minorisq; gradatio, sed neq; ordo, neq; gradatio potest accidere Trinitati, & ea ratione qua ei non insunt, quæ insunt numero, nec numerus inest ei. Quæ propter nō est omnino ueritati congruum, unum ex Trinitate dicere christum, qui unum numeri constat esse uocabulum: & qui unum numerus in diuisione est, diuidere est Homouision, unum dicere ex Trinitate, quam constat in unitate, non in diuisione subsistere. C A. Multis & superfluis rationationibus nihil prorsus egisti, nisi ut te post nimium laborem Sabellianum ostēderes, qui sicut unam naturam, sic unam et subsistentiā siue personam asserit Trinitatis. Si enim, ut tu uis, in nulla parte aderit numerus Trinitatem, non iam Trinitas, sed tantummodo unio tota secundum totum est: & si tota secundum totum unio est, quomodo Trinitas? nisi forte noibus tantū, & nō subsistentijs siue personis Trinitatem iuxta Sabellium, sicut superius dictum est, et Paulum Samosetanum esse contēdis. Aut si rebus & subsistentijs pateris subsistere Trinitatem, & alium diū patrem, alium filium, alium autē spiritū sanctum, quomodo Trinitas non numeratur? nā hoc ipsum quod Trinitas dicitur, non nisi numerū significat. Numeratur ergo Trinitas, & nō numeratur: nō numeratur secundū naturā, quia de ea scriptū est: Et sapientiæ eius nō est numerus: numeratur autē secundū psonas, quia tres psonæ Trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Ergo non solum singularis numerus in Trinitatē, uerū etiam pluralis admittitur, licet nō oīa ei admitti queāt,

Quomodo in Trinitate est numerus.

psal. cxlvj.

Gen. i. C.

Jobā. xiiii.

Jobā. x. ff.

Unū nō est
numerus /
ideo diuisi-
onē non re-
cipit.

Ut hec cre-
pla conueni-
at / diuide-
re pro sepa-
rare accipi-
at. Quantū
ne sic quidē
satis placet

que insunt numero. Secundū pluralē nāq; numerū dictū
est: Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nostrā.

Et: Veniemus ego & pater, & mansione apud eum faci-
emus. Et: Ego & pater unum sumus. Vnum secundum

naturā, nō secundum personas. Hinc doctur, unum nō
esse numerum, quīs sit origo & priāpium numeri, quod

solidum semper indiuisumq; subsistit. Alioquin si unū
à te reputetur in numero, nō solum secundum personas,

uerumctiam secundum naturā trinitas numerabitur. Et
q̄, ut diās, oīs numerus in diuisionē cadit, à te potius,

non à nobis Homouision diuiditur, q̄ unum credis posse
uel numerari uel diuidi. Sed si unum, quod pfectum est

& indiuiduum, nō potest in diuisionē numeri aliqua ra-
tione recedere, nō diuidimus Homouision, cum christum

unū ex trinitate esse uerāter cōfitemur. Neq; enimoīa
que numerātur, etiā rebus pariter diuiduntur, quīs oīa

que diuiduntur rebus, simul etiā numerentur. Numerā-
mus enim, cum diāmus duas efficias solis, splendorē ui-

deliat et calorē: nec tamē eas rebus diuidimus, quia tan-
tummodo eas cognitione pāpimus. Similiter etiā numerā-

mus, cum diāmus christum dominum nostrum in duobus
naturis unitis, sed non ideo rebus easdē naturas diuidi-

mus, quas sola tantum cognitione discernimus. Trinita-
tem autē, sicut iā supius dictum est, secundum personas et

discernimus et numeramus, quā tamē secundum naturā,
que una & sola est, nec discernimus nec numeramus:

quia unitas siue singularitas, seu certe (quod melius diā
puto) unio diuinitatis nec discernitur nec numeratur. Di-

atur

atur ergo christus unus ex trinitate, & nō diuiditur Ho-
 mouison, q̄a nō secundum id quo numeratur trinitas, sed
 secundum id quo numeratur unus ex trinitate, christus
 asseritur. Præcipue, q̄a unum nequaquā, ut dictum est, re-
 putetur in numero, et oīa quæ intellectu numerantur, nō
 protinus rebus, etiā diuiduntur. Hinc & Paulus: Unus,
 inquit, deus pater, ex quo oīa, & unus dominus noster
 Iesus christus, p̄ quē oīa. Quapropter tā rōne q̄ his diui-
 nis testimonijs, uana & inanis doctur illa tua multis syl-
 logisimis collecta cōclusio, quæ diāt, nō cōuenire ueritati
 unum ex trinitate dicere christū: q̄a unum numeri pro-
 prium est, numerus aut oīs in diuisione est, NE. Quic-
 quid ex aliquo esse diātur, aut p̄ generationē, aut p̄ pro-
 cessionē, alterum ostēdit ex altero, Per generationem, ut
 à patre filius, deus enim ex deo diātur: per pro-
 cessionē uerò similiter sp̄ritus sanctus, nam & de eo scriptum
 est: Nos autē nō sp̄ritum huius mundi accēpimus, sed sp̄-
 ritum qui ex deo est. Quod si christus ex trinitate est,
 aut per generationem alter est, & est filius trinitatis:
 aut per pro-
 cessionē alter est, quasi à trinitate pro-
 cēdēs. Et quod nos dicere putatis, uos potius quartum & ex-
 traneum à trinitate christum deprehendimini prædica-
 re, dicentes, cum esse ex trinitate. Quapropter unum in
 trinitate christum fateri, catholicum iudico, non autem
 unum ex trinitate. CA. Sicut per generationem & per
 pro-
 cessionem alter ostenditur ex altero, ita & per pro-
 cessionem proculdubio alter doctur ex altero, quia &
 de creatura dicitur, omnia ex deo. Quapropter qui

1. Cor. vii.

XX

Recte dicit
Christus vnus
ex trinitate

Ro. i. d.

G 4 christum

christū à Trinitate creatū & resuscitatū asserūt, quartū eum euidenter extraneū à Trinitate p creationē statuūt.

Quod quia tu supius astruere conatus es, ideo hic p generationē & proæssionē, alterū doæns esse ex altero, p creationē dicere noluisi, ne contra trisum agere uidereris. Nos aut neq; p generationē, neq; p proæssionem, neq; p creationē, sed iuxta numerū christū unū fatemur ex Trinitate, sicut solemus unumquemlibet ex duobus uel tribus pluribusue spæcialiter demonstrare. Iuxta quē modū nec diminutio fit, nec augmentū eius numeri, quo unusquilibet spæcialiter demonstratur. Neq; enim diminutus est uel auctus numerus Apostolorū, cum dicitur,

Johā. xiiij. c

Vnus ex uobis tradet me: aut seipsum Iohannes alienū faat à duodecim, aut tertiumdecimū probat, cum dicit de seipso: Et erat recubens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat plurimū: aut certe augmentū ibi, aut diminutio aliqua facta est duorum discipulorum euentū in Emaus, cū dicitur: Et erat unus ex illis Cleophas. Quapropter neq; augmentum neq; diminutio fit Trinitati, christū dicere unū ex Trinitate, sed spæciali adsignatione unū eum ex Trinitate esse monstrantes, & eos qui confusione subsistentiarū predicāt abijamus, et eos qui cū extraneū credūt ex Trinitate, alienos à catholica ueritate declaramus: quod quia tu ueritati cōtrariū esse iudicās, aut subsistentiarū cōfusionē credere deprehēderis, aut extraneū à Trinitate christū prorsus intelligis. Vnū aut in Trinitate dicere christū, & unū eum ex Trinitate

2n. xxiiij. c

denegare, non catholicorum, ut asseris, sed illorum est proprium,

Recti⁹ dicitur Christ⁹ vn⁹ ex Trinitate s⁹ in Trinitate.

denegare, non catholicorum, ut asseris, sed illorum est proprium,

propriū , qui Christū à trinitate creatū ita esse credunt in trinitate , ut non sit de trinitate , hoc est , non eum secundū esse , sed secundū iesse cognoscant . Sicut & unusquisq; nostrum est in Trinitate , quia unus est deus , in quo uiuimus & mouemur & sumus . Vel certe sicut dicitur , pater in filio , alter docetur in altero : ita cum esse dicitur Christus in Trinitate , aliud præter trinitatem inesse intelligitur trinitati . NE . Nihil quod & tibi obiāam occurrit ulterius , nisi quia non unū ex trinitate , sed unam psonā Christum ex trinitate melius arbitror cōfiteri , præcipue quia tres psonæ sunt trinitatis . CA . Catholicos non latet à quibusdam ita unam personam diā Christum , ut tamen non ille qui pro nobis carne est crucifixus , una sit ex Trinitate psona . Non enim ex duabus naturis naturaliter unitis , unā credūt Christi psonā , sed ex duabus personis p coniunctionē & gratiam copulatis unā psonam Christi factam esse commemorāt , dicētes Christum unam ex trinitate personā , unū christū ex trinitate fateri nullatenus adquiescunt , ex quibus te unū esse probas , quia unā psonā Christū dicēs ex trinitate , unū eum dicere ex trinitate declinas . Quis enī tam stultus & uæcores est , qui dicat , Petrus ex hominibus una persona est , non est autē unus ex hominibus Petrus ? Quapropter catholica est definitio , deū uerbū dominū nostrū Iesum Christū cū propria carne , unum fateri ex trinitate , licet non sit secundum carnem de substantia trinitatis . NE . Nunquā ego Christum unum ex trinitate confiteor , quia in nulla hoc scriptura Cononica legitur . Exemplum autem illud

XXI

Christus et unus ex trinitate: et una persona ex trinitate recte dicitur.

G 5 quod

quod de Petro proferre uoluisti, nihil ad causam pertinere cognosatur, quia singuli quique homines ab inuicem sunt diuisi: quod de illa indiuidua et inseparabili trinitate credere omnino impium comprobatur. Illud autem fatendum est, quia sine Christo trinitas non est. C A. Si nunquam nisi quod in scripturis Canonicis continetur te dicere protestaris: ubi nam in ipsis legisti, unum in Trinitate Christum, aut unam personam ex trinitate, uel certe, quod non sit trinitas sine Christo? Quod cum dicitur, quis non intelligat quaternitatem eos, qui hoc asserunt, predicare? Si enim non est trinitas sine Christo, est ergo trinitas cum Christo. Nam et cum unoquoque nostrum est trinitas deus, qui non de ipso, sed in ipso sumus, sicut iam superius Apostolo teste probauimus. Quartus est ergo Christus, cum quo et trinitas pater et filius et spiritus sanctus. Verum, quia Christum unum ex trinitate dicere ueritati contrarium iudicas: cuius nam uocem illam esse dicis, quae dictum est: Factus est Adā tanquam unus ex nobis? N E. Dei proculdubio. C A. Plures ergo et non unus est deus, ex quibus unus dicitur ad ceteros: Factus est Adā tanquam unus ex nobis: N E. Non sunt plures dii, sed unus est deus, pater et filius et spiritus sanctus. C A T H O. Quid ergo huius dei, qui est pater et filius et spiritus sanctus, uocem illam esse profiteris? et si huius dei uox illa est, ad quem dicitur. Factus est Adam tanquam unus ex nobis? N E. Deus proculdubio pater ad deum filium. C A. Cum ergo pater et filius et spiritus sanctus sit proculdubio unus trinitas, cum pater ad filium dicit: Ecce factus est Adā tanquam unus ex nobis: non

tibi

XXXII
 Non oportet
 ea solū dicit
 re que in
 scripturis
 habent exp-
 ressa.

Factus est Adā
 tanquam vnus
 ex nobis.
 Gen. iij. D.

tibi uideatur dicere, Tanq̄ unus, hoc est, qui sumus trinitas? NE. Licet hoc dicat pater ad filiū, ego tamē, quod dicitur ab scriptura, et si nolēs, fateor: quod aut̄ ipsis uerbis nō exprimit dicere oīno nō audeo, sed suffiat mihi, ut calūniæ cōtentiōe careā, hoc tantū de filio dicere, quod in simbolo continetur, deum scilicet & filium & unigenitū patris natum de spiritu sancto & Maria uirgine. CA. Sed deum natum ex uirgine etiā ille dixit, qui apud Ephesum cōdēnatus est. Nō quo uere & proprie natū cōfiteretur deum ex foemina, sed propter unitionē dei uerbi ad hoīem factū, quē uirgo enixa est. NE. Ego deum uerbum secundū carnē natū dico ex foemina. CATH.

Deum uerbū quē natū dicis ex foemina, extra trinitatē, aut trinitatē, aut unum ex trinitate profiteris? NE. Neg; trinitatē, neq; ex trinitate deū uerbū confiteor, sed filiū dei deum pro nostra salute ex foemina secundū carnē natū passūmq; cōfiteor, tuis aut̄ nolo uti sermonibus, nec eum unum ex trinitate confiteor. CA. Non meis, ut mihi uidetur, uis uti sermonibus, præsertim cum non mea,

sed ueritatis hæc uerba sint, sed tuis potius uis abuti, more heretico, hoc ipsum, quod dicis, abnegando. Nam & Arriani nobiscum tres psonas fatentur, patrē & filiū et sp̄m sanctum, sed nolētes Homousiō dicere, dānati sunt. Similiter Homousion Paulinianiæ nobiscum prædicāt, sed quia tres psonas denegant trinitatis, heretiā iudicati sunt. Aequē ergo & hi, qui deum quidē uerbum dicūt natum secundum carnē ex uirgine, sed nolunt cū confiteri unum ex trinitate, aut cum à Sabellio unam personā

XXIII
Christ⁹ qui
ex femina
nat⁹ ē/ ipse
vnus est ex
Trinitate.

XXIII
Heretici ca
tholicis ser
monib⁹ ab
utunt̄.

sonam totius trinitatis intelliguntur asserere, aut alium, nescio quem, deum uerbum predicare, non eum qui ex trinitate est, confutantur. NE. Sed aliud est, dicere, tres personas, & trinitatem unius essentiae denegare, aut Homousion confiteri, & tres personas nulla ratione recipere, quod rebus ipsis a ueritate dissentit, et aliud est rebus congruere, & uerbis tantummodo dissonare. CA. Quid ergo catholicum esse dicis & ueritati congruum, unum dicere christum ex trinitate? NE. Nihil uolo de hac re ulterius tecum conquirere. CA. Mecum conquirere ulterius non alia te causa prohibet, nisi quia sensu haeretico, nescio quem deum uerbum, non eum qui ex trinitate unus est, iuxta Manicheos predicare conuincaris. Si enim non in sensu, sed tantum in sermonibus dissonares a nobis, probares utique catholicum esse unum ex trinitate christum fateri. NE. Non tibi uidetur id ipsum esse, quod tu dicis, & quod ego: an tu alium nescio quem non deum uerbum Iesum Christum dicis esse unum ex Trinitate? CA. Ipsum sine dubio, nec alterum aliquando cognoui. NES. Si ergo id ipsum est, audes me haeticum dicere, si tuis sermonibus uti nolueris, ne, dum tibi satisfacio, alijs haeticis occasione sui erroris uidear exhibere. CA. Si ob id non est christus fatendum unus ex trinitate, ne dare occasionem uideamur haeticis, non sunt confitendae tres personae, & trinitas, ne deimus Arrianis occasionem: nec rursus confitendum Homousion, ne similes uideamur Paulinianistis: postremo negentur duae naturae, quia eas Nestorius semper & ubique professus est: quod si fiat, quod confitendum sit nescio. Verum tamen si quis

Admittenda est propria locutio propter haeticos.

quis tibi dixerit, Christotocon beatã fateor uirginem, Theotocon uerò dicere nullatenus acquiesco: catholicum hũc an hereticum esse pronunãas? NE. Hæreticũ proculdubio fateor, quia hoc iã synodus statuit, sicut & illa oĩa quæ à te supius sunt prolata. CA. Rursus q̄ tibi dicit, unã naturã dei uerbi incarnatã & aĩatam aĩa rōnali & intellectuali Christũ cōfiteor, duas uerò naturas fateri nō audeo: uel certe q̄ tibi dixerit, ex duabus naturis credo christum, in duabus autem eum non possum credere, ne uidear ocaſionem dare hæreticis: quid de talibus censes? Nũ audes eos hæreticos dicere, cũ alijs uerbis duas fateri naturas intelligentur ĩ christo, sed ne uideantur dare ocaſionem hæreticis, duas nō acquiescunt uerbis ipsis exprimere? NE. Tales ego non solum alienos à ueritate iudico, uerum etiã anathematizo, hæc nãq; & nō alia causa est, qua non communicamus ægyptijs. CA. Si ergo & hos, qui alijs uerbis duas naturas prædicant, sed nolunt hoc idẽ ipsis uerbis exprimere, quamuis præpropere tu hæreticos non solũ censes uerum etiã anathematizas: & eos, qui Christotocon dicũt B. Mariã, Theotocon autẽ eã fateri nō acquiescũt, similiter dãnas, cũ cōflet christũ deũ esse & deũ christũ: quõ nos catholicos & nō hæreticos iudicabimus eos, qui dicũt deũ uerbũ natũ secundum carnẽ de uirgine, & passũ carne pro nobis, & negãt eum unũ esse ex sancta & indiuidua trinitate, præcipue quia dicunt hoc catholicæ fidei cōuenire? NE. Sed & duas naturas, & theotocon dicere synodus definiuit: hoc autẽ nulla synodus statuit. CATHOLI. Nihil igitur
arbia

XXV
 Nō solū Cō
 ciliō ver
 bis v̄dum
 est / s; et ali
 is p: o tēpo
 re necessa
 rijs

arbitraris dicēdum præter id quod synodicis literis continetur? NE. Nihil oīno. CA. Si tibi ab aliquo fuerit obiectum, utrū deum patrē genitū an ingentū fatearis, quid ei es responsurus? NE. Ingentū proculdubio. CA. Si tibi dixerit, hoc nō accipio, quia nulla hoc statuit synodus? NE. Respōdeo, quia nec dicere uctuit. CA. Rurſus, si tibi obiecit trinitatē diā non debere, quia nulla synodus statuit? NE. Hoc ipsum ei respōdeo, & nihil aliud, quia sicut dicendū nō statuit, ita nec oīno prohibuit. CA. E contra si ille dixerit: Sicut nō uctuit, & quod in uerbis nō cōtinet Conāliorū dicere oīno nō cōuenit: quid ad ista respōbebis? NE. Hæc de patrū possū scriptis ostēdere. CA. Sed & nos quod unus ex trinitate Christus sit, ex patrū scriptis ostēdimus. NE. Quāq; & hoc ex patrū scriptis doceri facile credo, sed ego dicere nullatenus acquiesco, nec tecum ulterius sermonē conferā, sed meā tenaciter fouebo sententiā. CA. Mirabar equidem ita uincere te posse humanā gloriā, ut nulla te cōfusio superaret, quatenus congruā ueritati sententiā, quā hactenus impugnaueras, diuina correptus auctoritate receperis. Verū qui a apud te definitū est, in tua te potius continere sententiā, q̄ uerā confessionē amore æternæ beatitudinis approbare, nec ego te unq̄ aliud aliquid q̄ hæreticū iudicabo, q̄ deū uerbū dominū nostrū Iesum christū, q̄ pro nostra salute passus est carne, unū esse ex sancta & indiuidua Trinitate non approbas, cui honor & gloria in secula seculorum.

¶ Maxentij Iohānis Serui dei, Liber Secundus finit.

Inapit

INCIPIT

EPISTOLA, QUAE DICITUR ES

se Papæ Hormisdæ ad Possessorē Episcopum
Aphrum, qui est constantinopoli.

¶ Dilectissimo Fratri Possessori Hormisdæ.

SICUT rationi congruit, ut consulāt am- 1
bigentes, ita par est respōdere cōsultos, quā
ipse impellit in errorem, qui non instruit
ignorantem. Nec quicquid est aptius studioso 2
religionis quā inquisitio ueritatis, quando faallime de
uū uitat, qui iter quod gradiatur rogat. Sed priusquā re- 3
spōndēdi curā, de his, quæ dilectio tua pcontatur, adgre-
diar, libēter in literis tuis fidei tuæ me fator iuenisse fer-
uorē, cuius calore succēsus, rediuinā in illis ptibus infide-
liū puersitatē uigere suspiras. Dignissimus dolor quod dedi-
ta deo corda contristat. Nec enī est apud eos lapsus in la-
mentabilis, apud quos est igniculus charitatis. Quia u- 4
nū spiritaliū uotū est, salus incōcussa cūctorū. Sed non
est ignota ecclesijs dei de huiusmodi procellis, aut insue-
ta tempestas, quāuis rectoris sui gubernaculo incōcussa p-
sistat, uarijs tamen insurgentium fluctuum laborat uexa-
ta turbinibus. Nā unde est Psalmidiā uox prophetæ, quod
ipsius ecclesiæ psonam spiritu quo implebatur asumēs:
Sæpe, inquit, expugnauerūt me à iuuetute mea, et enī nō
potuerūt mihi. Cōcutiūt, sed in nihilo præualebūt. Adhuc
i arcasumus, mixta sunt frumēta cū paleis, gemūt bonē
con-

confortia malorum: sed superest, flamma nõ necessarijs,
 6 ¶ parata sunt horrea iam probatis. Sed ubi terrarum
 non ista permixtio: nos fixis deat stare uestigijs. Profi-
 cemus inter aduersantes proprijs bonis, si erroribus nõ
 7 inuoluamur alicnis. Probat enim uirtutis suæ ualidum
 8 robur, cum impellitur, non moueatur. Vbi non uariæ ten-
 tationis aculei? Quales per hunc ferè iugem annum quo
 rundam Scytharum, qui Monachos præferebant speæ,
 non ueritate: professione, nõ opere, subtili tetras callidi-
 tate uersutias, ¶ sub religiõis obtentu famulantia odijs
 suis uenena pertulimus, studētes eos ab interno uulnere
 medicabilis patiētiæ moderatione sanare, beati Pauli mo-
 nita non tenentes: Noli uerbis contendere, ad nihil enim
 9 utile est, nisi ad subuersionē audientium. Sed quando
 uirus, quod uiscera penetrauerit, euellitur? quando corda
 male sibi credula, ueritatis obtemperant insitutis? quan-
 do induit obediētiæ humilitatem opinionibus suis ualla
 † A'iasflu ta superbia? quando acquiescunt paci, contentiõnũ stimu-
 dijs. lis assucti? sola certamina auētes de religione captare, et
 10 mandata negligere. Nunquam apud eos charitas nouo
 commendata præcepto, nõquam pax, dominico relicta di-
 scussu, una pertinacis cura propofiti rationi uelle impera-
 11 re, non cedere. Contemptores auctoritatum ueterum,
 nouarum cupidi quæstionum, solam putantes sciētiæ re-
 12 ctam uiam, qualibet cõceptam faälitate sententiam. Eo-
 usq; tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusq; orbis
 putent inclinandum esse iudiciũ. Nec in numero fidelium
 deputātes sequacem traditionis paternæ, si suæ uiderint
 crede

credere nolle sentētiæ. Docti crimina serere, obrecta- 13
tionum uenena cōponere, integrū ecclesiæ corpus odisse,
seditiōes struere, inuidiā cōātare, et pro obediētia (quæ
in cœnobijs prināpatum regularis obtinet disciplinæ)
obstinationē p̄tinās amare supbia. Nō illos potuimus 14
monitis, nō māsfuetudine, nō auctoritate cōprimere. In 15
publicū usq; prodire conuentū, ad concuſionē q̄etis ar
ca regum etiā statuas inclamātes, et nisi fidelis populi cō
stātia restitisset, per diabolicæ semina nefandæ zizaniæ
apud illos diffensionē & discordiā cōmouissent, p̄ quos
adiutorio Dei de regiōe eorū est pulsa diffensio. Sero 16
probauimus Prophetica uocē dixisse, ī nouissimis diebus
instare tēpora periculosa, & fore hoīes sui tantū ama-
tores, habentes formā pietatis, uirtutē autē eius abnegā-
tes, itaq; esse uitādos. Hæc ideo dilectioni uestræ indi- 17
canda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint fortē
delati, ignorātes quēadmodum sc̄ Romana urbe tracta-
uerint, sub aliqua uerborū simulatione possint aliquos
deāpe. Hinc uerò quod uos de Fausti cuiusdā Galli an- 18
tistitis cōsuluisse literis indicastis, his sibi respōsum habe-
ant. Neq; illum neq; quenq; quos in auctoritatē patrū
nō reāpit examē catholicæ fidei, aut ecclesiasticæ disci-
plinæ ambiguitatē posse gignere, aut religiosis præiu-
diā cōparare. Fixa sunt à patribus quæ fideles se-
ctari debeāt insilituta, siue interpretatio, siue prædicatio,
seu uerbum pro populi edificatiōe cōpositū, si cum fide
recta & doctrina sana cōcordat, admittitur: si discordat,
aboleatur. Vnum est fundamentum, extra quod quælibet

H fabricæ

108 EPISTOLA AD POSSESSOREM.

*fabrica si confurgit, infirma est, sup illud quisqs sup ædi-
 fiat, seu uilia seu pretiosa consideret. Errat aut is, qd
 uia, quã patrũ electio monstrauit, exorbitat. Nec tamẽ
 improbatur diligẽtia, per multa discurrẽs, sed animus à
 ueritate declinãs, sæpe ex ijs necessariã prouidentur, de
 quibus ipsi æmuli conuincatur, iñstructioni nec uitio dari
 potest, nosse quod fugias: atq; ideo nõ legẽtes incongrua
 in culpã ueniũt, sed sequẽtes. Quod si ita non esset, nõq;
 doctor ille gentium adqueisset adnũciare fidelibus: Oĩa
 probate, quod bonum est tenete. Non ab re est, & si mun-
 danum, non tamẽ à ratione discretum miscere sermonẽ.
 Fertur quidã nobilis arte pingẽdi, cum equum peniculo
 uellet explicare, a sellũ sibi proposuisse pingenti, asserẽs
 non ut iumentum imitaretur informe, sed ne in alicuius
 deformis liniãmeti similitudinẽ lapsus iãderet. Non in-
 prouida patrum ueneranda sapiẽtia fideli posteritati,
 quæ essent canonica dogmata, definiuit: certa librorum
 etiã ueterum in auctoritatẽ recipienda, sancto spiritu in-
 situẽte, præfigẽs, ne opinioni suæ lector indulgens, non
 quod ædificationi ecclesiasticæ conueniret, sed quod uo-
 luntas sua conãpisset, assereret. Quid ergo alumniãti-
 bus opus, extra constitutos ecclesiæ terminos, porrigere
 quæ rationis? et de his quæ ita habẽtur dicta, quasi dicta
 non sint, mouere certamina? cum christiana fides canoni-
 cãs libris, & synodalibus disciplinis, & patrum regula-
 ribus constitutis, stabili & inconuulso tramite limitetur.
 De arbitrio tamẽ libero et gratia Dei, qd Romana, hoc
 est, catholica sequatur & seruet ecclesia, licet ex uarijs
 libris*

libris B. Augustini, & maxime ad Hilarium & Prose-
rum, abunde posset agnosci, tamē & in scrinijs ecclesi-
asticis expressa capitula cōtinentur, quæ si ibi desunt, et
necessaria creditis, deslinabimus, quanq̃ q̃ diligēter Apo-
stolica cōsiderat, qd sequi debeat, euidenter agnoscat. De
us te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. Id. Au-
gustis. Rustico ac consulibus.

INCIPIT

RESPONSIO MAXENTII IOHANNIS
Serui Dei, aduersus Epistolam, quam ad Possessorem à
Romano Episcopo dicunt hereticā desinatam.



QUAMVIS semp̃ iuncta maneat ueritas,
nunq̃ tamē aduersus eā se attollere desinit
falsitas. Et quia apta fronte contra eā non
est ausa asurgere, ne mox ualidissimis eius
iaculis prosternatur, ipsius adūbrat a specie, aduersus eā
dimicat. Atq; ita nō solum leues & incautos, uerum etiā
aliquando prudentes & graues decipit aīos, quos cum
suis suppleuerit tenebris, cogit eos insano mētis iudicio
detrectare quæ uera sunt, et approbare quæ sua sunt.
Nam cum non sit uirtus cuius non est origo ueritas, nec
uitium, quod non à mendacio sumit initium, nullatenus
ueraciter uitiosum arguere posse credendus est au-
ctor, & defensor mendacij. Et ideo non est mirum,
si apud eos uirtus reputetur in uitium, qui deserti
lumine ueritatis, fallaciæ nebulis obcecantur. Hinc

falsitas ue-
ritatē semp̃
per impug-
nat/ plerum
& sub ueri-
tatis p̃tex-
tu.

H 2 denique

denique eos, quos ad sui erroris dedecus inclinare nequerint, irreligiosos, superbos, & inuidos accusare non metuent: cum hæc de illis potius integro & uero ad se ueretur iudicio, quæ erroris tenebris delectantur, non de illis, quæ fixis permanent in ueritate uestigijs. Nam cum suæ puerilitatis hæreticæ nequerint reddere rationem, ad maledicta conuertuntur, & propria in eos mala traicientes, quos prauitati suæ sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad deum peccatos simplices æstimant apire. Agunt enim omnia callide, quo infamando & obrectando catholicos, suam ualeant tegeretur turpitudinem, fingentes etiam aduersus eos quædam scripta sub eorum nomine, qui uidentur in ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile ualeant commouere. Quapropter, quoniam quædam fertur ab inimicis ubique epistola, quasi à Romano Episcopo destinata, in qua multa inanis contra Scytharum Monachos digesta repiuntur, necessario consideravi ipsius epistolæ dictis respondere, eosdemque Monachos omnium huiusmodi culpa liberos approbare. Nec me quilibet rite arguit, ad scribendum pro eis leuiter profiluisse, cum sciat nos debitores esse pro fratribus etiam animas ponere. Unde securus iam hunc laborem, Deo me adiuuante, aggrediens, primo obsecro, eadem epistola à pastore ecclesiæ, an sit potius ab inimicis uideamus composita. Ambigo enim, quomodo ille sacerdotales litteræ approbatae sint, quæ nulla lucem radiant ueritatis, nec aliquam in se doctrinam continent rationem. Nam qui quælibet quasi errantem obiurgat, nec instruit quod sequatur, non beneuolus doctor ostenditur, sed criminatorem inuidiosum denotatur.

Epistola in
Scytharum
Monachos
falso ascri-
pta Ro. pō-
nifici.

PRO MONACHIS SCYTHARVM III

tatur. Vnde nō est faāle credēdū, hāc esse epistolā, cuius fertur noīe titulata, præsertim cum in ea nihil, ut diximus, rōnis aut cōsequentiæ repiatur, sed tota criminatiōibus obrectationibūsq; uanis (quæ solent ex rancore aduersantis proædere animi) uideatur refert. Nā si (ut hæretia uolūt) uere ipsius est, ex ipso sui prināpio proprio auctori contraria penitus approbat. Deniq; ita ināpit: Sicut rationi cōgruit, ut cōsulant ambigētes, ita par est respondere cōsultos, qui ipse impellit in errorē, qui nō instruit ignorantē. Doctoris ærte dicta factis eius nō debēt esse cōtraria. Quia tunc magnā ad docēdum probātur habere auctoritatē, quādo inuicē se nō destruunt. Alioquin nō ad aliorum instructionē proficiunt, sed sui potius cōfusione demōstrāt. Quod Monachis respōsum quæretibus Ro. epūs dare oīno distulerit, eosdēq; post multa maris picula, lōgīq; itineris uexationē, necnō etiā afflictionē prolixi temporis, quo eas apud se detinuit, uacuos & sine ullo effectu ad has partes uenire cōpulerit, quod oībus penē atholiās notum est, nec ipsi queūt hæretia denegare. Quō nō sibi ipsi repitur ī hac epistola scripsisse cōtraria: si tamē nō est (quod magis credendū estimo) ab hæretias ficta, qui ad cōturbādos fideiū aīos, et ad cōmouendam memorato uiro inuidiā, ipsam sub eius noīe titulata ubiq; proferūt, ppetuā uolētēs inter ecclesiās esse discordiā. Alioquin si (ut isti affirmant) hæc Ro. episcopi scripta credēda sunt, qualis iā iste sit, qui ad hæreticos epistolas dirigit, & factis suis cōtraria scribere nō cōfunditur, nō iā à me uolo querat, sed proprio iudi

I
In principio epistole
uerbis facta
nō conueniunt.

cio prudēs lector intelligat. Nā si, ut dicit, ratiōi cōgruit
 respondere consultos, cur ipse nullatenus accevit dare
 responsum interrogatus? Vnde iuxta propriā definitio-
 nē ipse ignorātes plenius īpulisse conuinātur in errorē,
 qui recti tramitis indiāa nullatenus accevit req̄rentibus
 demōstrare, eosq; quos legatus suus Dioscorus, Nesto-
 rianæ pfidiæ laqueis compediuit, filium Dei unum ne-
 gando esse ex sancta & indiuidua Trinitate, nullo salu-
 bris doctrinæ suffragio liberare. Rursus si (ut sequens
 adiungit) nihil est aptius studioso religiōis q̄ inquisitio
 ueritatis, quomodo inferius nouarum cupidos quæstio-
 num accusat ueritatis inquisitores? & si deuia uitat, (ut
 dicit) qui iter p̄ quod graditur rogat, cur deuia uitare uo-
 lēt, iter per quod graderētur noluit edocere? An forte il-
 lis ideo dare responsum distulisse credēdus est, qui per-
 contanti in hac polliātur epistola respondere, quia suæ
 fidei eos iudicauit. Sed utrum ita sit de Romano episco-
 po, suo uidebimus loco. Nunc arte auctorem huius epi-
 stolæ hæreticum esse, quisquis ille est, & inimicum atho-
 licæ ueritatis, non est dubium, quod mox ex ipsius dictis
 docebimus. Deniq; ita sequitur: Sed priusquam respon-
 dendi curam, de his, quæ dilectio tua percontatur, adgre-
 diar. Libenter in literis tuis fidei tuæ me fateor inuenisse
 feruorem, cuius calore succensus, rediuitiam in illis par-
 tibus infidelium peruersitatem uigere suspiras. Dignissi-
 mus dolor, qui dedita Deo corda contristat. Nec enim est
 apud eos lapsus inlamentabilis, apud quos est igniculus
 charitatis. Quia unum spiritalium uotum est, salus in-
 concussa

II

Incusatio
 pape, quod
 monachis
 cōsulētibus
 non respon-
 derit.

III

PRO MONACHIS SCYTHARVM 113

conuulsa cunctorum catholicorum atq; fidelium. In hac urbe, eorū diu taxat q̄ uere fideles sunt, ambigit nemo, Possessorem, ad quem & de quo hæc iste scribit, non solum non confiteri Christum filium dei uiui unum ex indiuidua trinitate, sed & aduersari eis, qui hoc fidaaliter confitentur, atq; infideles & perfidos nefanda accusare temeritate. Vnde deniq; ad hoc ubiq; hanc ipsam impudenter proferunt epistolam, quatenus & Christus filius Dei unus negetur esse ex sancta & terribili trinitate, & Nestoriana prauitas à suis fautoribus libere ualeat predicari. Quis ergo iam dubitet hunc, qui se huius fidei feruorem libenter in eius literis inuenisse testatur, unum ex eorum numero esse, qui huic sanctæ sententiæ impie contradicunt? Suspirat nanq; idem Possessor, non fidei, (ut iste dicit) sed (ut ueritas docet) hæretico calore succensus: Nec, quia infidelium peruersitatem uigere in his partibus uidet, sed, quia fidelium asertiones ferre non potest, ingemiscit. Vnde iam non dignissimus, sed ualde turpissimus dolor talium comprobatur, qui non Deo, sed errori dedita corda fidelium emulatione contristat. Nec apud eos charitatis igniculus inueniri posse credendus est, qui prauitatis suæ malicia excæcati, lapsos & lamentabiles iudicant eos, qui armis Catholicæ ueritatis instructi, hæreticorum inimica destruunt argumenta. Quia reuera unum spiritualium, non autem hæreticorū uotū est, salus inconcussa cunctorū. Post hæc ita sequitur: Sed nō est, inquit, ignota ecclesiis Dei de

Possessor/
ad quē data
ē epistola/
hæretic⁹ e-
rat/quis ne-
gabat Chri-
stum unū ex
sancta Tri-
nitate.

IIII

H 4 huiusmodi

huiusmodi procellis, aut insueta tēpestas, quibus rectoris sui gubernaculo incōcussa persistat, uarijs tamē incurfantium fluctuum laborat uexata turbinibus. Nā unde est **psa. cxxviii** psalmidiā uox Prophetę, qui ipsius ecclesię psonā spiritu quo implebatur assumens: Sępe, inquit, expugnauerunt me à iuuetute mea, etenim nō potuerunt mihi, Conatiunt, sed in nihilo pręualebunt. Vera Dei ecclesia, cui non sunt hereticorum ignotę procellę, non est illa, quę Christi gratia, non natura, Deum confitetur, sed illa, quę Deum uerum, & ob hoc unum ex Trinitate prædicat Emanuclē. Propterea deniq; uarijs incurfantium fluctuum laborat quidē uexata turbinibus, sed nullo pacto subruitur. Manet nāq; semp immobilis, quia à ueri Dei regitur gubernaculo. Aduersus hęc oēs heretiā, tam qui ab ea manifeste absi atq; diuisi sunt, q̄ hi qui intra eā positi, spiritaliter ab ea dissentiūt, (quos fortiter sancta fidelium tolerat charitas) semp arma corripiunt, eamq; falsis criminationibus insectari non desinunt, atq; eos, quos suis poterint irretire erroribus, in eius nituntur inuidiā conāt are. Sed in nihilo pręualēt, quia ueraāter à Deo uero, quē colit & prædicat, illi promissum est nulatenus aduersus eam portas inferi pręualituras. Huic deniq; illud proculdubio propheticiū conueniēter cōpetit testimoniū, quod quasi ex psona eiusdē ecclesię iste protulit, dicēs: Sępe expugnauerūt me à iuuetute mea, etenim nō potuerūt mihi. Sed iā nūc ea quę sequuntur consideremus. Adhuc, inquit, in arca sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum: sed

Vera Dei ecclesia est/ que Christi natura/ nō gratia/ deū predicat/ et unum ex trinitate.

V

sed supest flāma, nō necessarijs, & parata sunt horrea iā probatis. In his remorari diutius supfluū aestimo. Quā uis enī nesciāt, sicut frumentis horrea, ita paleis flāma eē paratā? Sed in hac area (hoc est in ecclesia) in qua mixta sunt fumenta cū paleis, & gemūt boni cōsortia malorū. Quis eos necessarijs, aut certe nō ut paleas ppetuo igni cremādos esse iudicet, qui ore sacrilego, natura deum negātes, à catholica ueritate desāsunt, & apostatæ effecti, † Forte pro armis † propter ipictatis aduersus eā, quæ eos genuit, di micāt? Sædum tamē, posse etiam ueræ professionis amatorē, si in malis opibus cōuersetur, iter nō necessarijs paleas deputari. Nunq̄ aut̄ fautorē falsæ professionis posse inter frumētū optiā grana cōnumerari, etiā si bonis uideatur opibus decoratus. Quia nullatenus illa opa bona sunt iudicanda, quibus nō est ueritas fundamentū. His adiūgit et diāt, Sed ubi terrarū nō ista pmixtio? nos fixis deat stare uestigijs. Proficiamus inter aduersantes proprijs bonis, si nō inuoluamur erroribus alienis. Cū ubiq; terrarū pmixtionē istā esse nō ambigas, cur, in qua parte fixis deat stare uestigijs, oīno nō explicas? præfertī cū hoc doctrine exigat ratio, ne minus istructi qui te audiunt, alienis inuoluantur erroribus, nisi quia callide tuā niteris occultare pfidiā? sed te splēdore suo detegit catholica ueritas, & iuxta cætera mala, etiā supbissimæ Pelagianæ pfidiæ inuolutū erroribus, auctororū oculis antepōnit, qui iter aduersantes nō dei munere, sed proprijs bonis proficere te posse tumida elatione cōfidis. Qui a si proprijs bonis, & non dei auxilio inter aduersantes possit

In area ecclesie palee sunt illi qui christū deū negant

† Forte pro priæ.

VI

Authoꝝ epistolæ etiam Pelagianus errorem sequitur

psal. xvi.

VII
 Ut impul-
 sus nō mo-
 ueat/ deiest
 munerio/
 non nostre
 virtutis.

psal. cxvii.
 psal. xciiij.

psal. xxxv.

proficere natura hūana, nunq̄ propheta, spiritu dei reple-
 tus, oraret dicēs: Perficere gressus meos in semitis tuis, nō
 moueatur uestigia mea. Adhuc sanè antedictæ herescos
 spiritu animatus, sequeris & diās: Probat enim uirtutis
 Jua ualidū robur, q̄ cū ī pellitur, nō moueatur. Cū nō sem-
 per, sed tūc quilibet utiliter & salubriter non moueatur
 ī pulsus, quādo à ueritate fidei nō deijatur diuersis tēta-
 tiōibus inq̄tatus. Frequēter etenī ī periti errorē pro ue-
 ritate defendunt, & ī falsis bonis, seu potius ī ueris ma-
 lis ptinaāter pseuerāt: quod nō probatæ uirtutis ē uali-
 dū robur, sed ī probabilis uitij ībealla temeritas. Sed q̄s
 sus uirtute, & nō auxilio cruāfixi ī ueritate fidei se īmo-
 biliter posse pseuerare cōfidit, nisi q̄ utiq; supbia spū ex-
 cæatus, euidēter diuinis cōtradiat eloquijs? Cū prophe-
 ta nō nisi diuini muneris hoc opus eē testetur, dicēs: Im-
 pulsus uersatus sum ut caderē, & dominus suscepit me.
 Fortitudo mea & laudatio mea dominus, & factus ē mi-
 hi in salutē. Et iterū: Si dicēbā, motus est pes meus, mise-
 ricordia tua domine adiuuabit me. Et rursus, ne contra-
 ria moueretur ī pulsione orat, dicēs: Nō ueniat mihi pes
 supbia, & manus peccatoris nō moueat me. His deniq; in-
 ta præmissis, speciaaliter iā cōtra eos, pro quibus agimus,
 Monachos, iracūdia faābus accēsus, & inuidiæ stimulis
 inātatus, totus intēdit, & licet eos, publica ueritas cōsāē-
 tia, manifeste hæreticos nō audeat accusare, oblique tamē
 et allide hoc uult de eis intelligi, dūq; ipsos iniqs ī pudē-
 ter obtrectatiōibus lærat, falsisq; criminatiōibus nititur
 obfuscare, se ipsum tētri erroris nigredie adoptū, cūcto

RUM

r̄ū aspectibus antepōnit. Adiuūgit nāq; & diāt : Vbi nō
 uariā tētatiōis aculei? quales p̄ hūc ferē iugē annū quorū
 dā Scytharū, q̄ Monachos p̄ferebāt spēe nō ueritate,
 p̄fessiōe, non ope, subtili tētās calliditate uersutias, &
 sub religōis obtētū famulātia odijs suis uenena p̄tulimus
 studētes eos ab īterno uulnere medicabilis patiētiae mo=
 deratiōe sanare, Beati Pauli moniti nō tenētes: Noli uer=
 bis cōtēdere, ad nihil enī utile ē, nisi ad subuersionē audi=
 entiū. Primāpalis p̄fessiō oīm in cōmune Christiano=
 r̄ū est, uia ueritatis & charitatis, duā Christo, uigilāter
 ingredi. Quapropter si p̄fessiōe saltē, aut spēe esset
 iste catholicus, q̄ spēe & p̄fessiōe tātū, nō ope & ueri=
 tate, religiosos eos, cōtra quos agit, audet diāre Mona=
 chos, credi forsītā poterat recto de eis et uero exaggera=
 re iudiāo. At uerō ubi inimicū eū catholicæ ueritatis sua
 ipsius dicta redarguūt, q̄s ambigat h̄retico eū sp̄ū exagi=
 tatū, inique h̄c oīa aduersus eosdē Monachos euomuis=
 se: Neq; enī illi, q̄ catholica sequētes dogmata, christū fili=
 um dei uiui unū cōfiteatur eē ex sancta et unius eētiae tri=
 nitate, sed iste potius, q̄ hoc īpie denegat, subtili tētās cal=
 liditate quasdā uersutias machinari, ac fidelium aīos in=
 quietare, & sub obtētū religōis famulātia nō tātū odij,
 sed erroris sui, uenena p̄ oē corpus ecclesiæ uelle diffūde=
 re manifestissime cōfutatur. Pr̄sertī q̄ h̄c sanctā & catho=
 licā uocē tētatiōis sibimet aculeū eē testatur. An forte non
 est Catholicum, Christum filium dei uiui unum confite=
 ri ex sancta & indiuidua Trinitate? Pro hac etenim
 sola sententiā Scytharum Monachos constat ad Ro=
 manum

Nō sunt illi
 Monachi ue=
 ritatis ini=
 mici, ut au=
 thoz epte.

Uenerunt
Monachi
ad Ro. pō.
ut Christus
dicat vnus
et trinitate

manū fuisse profectos Episcopū, sicut oībus penē, nō so-
lū in hac regia urbe, uerum etiā in uniuersa Italia catho-
licis notum est. Nā & ipsi hæreticā (ut supius dictū est)
ad hoc ubiq; hāc ipsam, cui respōdimus, epistolā profec-
runt, quatenus et sēp dictis Monachis inuidiā conātēt,
et oēs quasi ex auctoritate eiusdē Romani Episcopi pro-
hibeātur, christū filiū dei unū cōfiteri ex trinitate. Sed q̄s
hāc sententiā catholicā nō eē ausus est profiteri, quā uni-
uersa ueneratur & amplectitur dei ecclesia? Cōfidēter ce-
tenī dicere audeo, nō q̄a p̄ epistolā, sed si uiua uox hic in
presenti positus idē Romanus prohiberet Episcopus,
christum filiū dei unū cōfiteri ex sancta & indiuidua tri-
nitate, nunq̄ eidē dei ecclesia acq̄scret. Nunq̄ ut Episco-
pū catholicū ueneraretur, sed oīno ut hæreticū penitus
exccraretur. Quia quisq; hoc nō cōfiteatur, nō est dubiū,
quod Nestorianæ p̄fidie tenebris excæcatus, quartum &
extraneū à sancta & ineffabili trinitate, eū q̄ pro nobis
cruce suslinuit, prædicare contēdat. Sed absit, ut ex qua
libet parte catholice professioni Romanus Episcopus

Rom. Pon.
Monachis
cōdicans idē
cōfessus est

contradiat. Nunq̄ etenī Scytharū Monachos (quos non
simplicia sermone, sed etiā scriptis, Christū filiū dei unū
ex trinitate nouerat cōfiteri) p̄ quatuordecim penē mēse-
ses quādiu eos ibi detinuit, sibi cōmunicare pmisisset, si
(ut hæreticā uolunt) hanc prædicationem catholice fidei
contrariā iudicaret. Qui etiā ut se à prauitate proprii
legati purificaret, multis idoneis uiris presentibus, Ro-
manum uirū gloriosissimū magistrum militū depreatus
est, quatenus sua uerba pijsimo Impatori insinuaret, que
fucere

fuere huiusmodi: Nisi Christum filiū dei, qui pro nobis passus est carne, unū esse ex sancta & indiuidua Trinitate fuerit cōfessus Dioscorus, pelago demergatur. Vnde q̄s faāle credere audeat, hāc à memorato uiro (ut saepe diximus) directā epistolā? Nisi forte (quod de tanto Antislite credere importunum est) à memorato Dioscoro postea de prauatus, contra suā ipsius sententiā hęc scripsisse credēdus est. Veruntamē siue ab hoc siue à quolibet alio hęc sit scripta epistola, non est dubium auctore eius esse hęc reticum, qui contentionē uerborum & subuersionem audiētiū iudicat, Christum filium Dei itiu unum patri ex Trinitate. Apostolus enī sanctus Paulus non ueridicas assertiones (ex quibus fidelium animæ edificantur, et Hæreticorum prauitas confutatur) sed inanes & ueritati contrarias, docet esse uerborum contentionē, subuersionemq; audiētiū. Alioquin nunquam nos scriptura diuina ammoneret dicens: Ne confundaris loqui uerbū pro anima tua, & pro ueritate certā usq; ad mortē. Nunquā etiam certare usq; ad mortem, nunquam etiā idē gentium doctor contradicentes Iudæos siue gentiles reuincere potuisset, nisi legitime decertasset. Hinc deniq; inter cætera, ubi de electione Episcopi proprium in fide filium instruit, præcipit, dicens: Amplectere cum qui secundum doctrinā & fidelē sermonē, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sunt enī multi inobediētes, uaniloqui, & seductores, maxime qui de auaritione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docētes, quæ nō optet, turpis lucri gra-

Author epi
Stolcheretti
cus.

Certandis
pro uerita-
te vsq; ad
mortē Eccl.
iii. D.

Ad Titum
primo. B.

ti. 1.

IX

elegã reie
ctio crimi-
nationũ in
epistole au-
cto:em.
ij. Co: .ij. d

tiã. Quocirca non est mirũ, si Catholica sanitas uulnus ab
Hæreticis aestimetur, sicut & ab hoc q̄ studiũ medicabilis
patiẽtiã moderatiõẽ adhibuisse se iactat, quo Scytharum
Monachos à proprio sanaret uulnere. Vnde sequitur
Sed quando inquit, uirus, quod uisæra penetrauerit, eu-
uellitur? quando corda male sibi credula, ueritatis obtẽ-
perant institutis? quando induit obediẽtiã humilitatem
opinionibus suis uallata superbia? quando acquiescunt
paci, contentionum stimulis adsueti? sola certamina auer-
tes de religione captare, & mandata negligere. Non est
dubium Catholica dogmata, sicut fidelibus salutifera, ita
esse mortifera infidelibus. Hinc deniq; beatus apostolus
quibusdam odorem se diãt esse uitæ in uitam, quibusdã
uero odorem mortis in mortem. Ex quibus unus iste esse
omnino conuinatur, qui sanctam & ueritati conuenientẽ
Scytharum, imò uniuersæ ecclesiæ, professionẽ uirus no-
xium arbitratur. Nec immerito: uidet nanq; propriæ p-
fidiæ hanc esse sententiã sine dubio peremptoriã, quæ
ab illorum uisæribus, quos diuina custodit gratia, ideo
nunq̄ euellitur, quia eius uitalis suauitudo nutrit, & fo-
uet corda fidelium. Hic autem idarco nullatenus huius gra-
tiæ suauitudini acquiescit, quia, sicut ipse ait, nunq̄ male
sibi credula corda ueritatis obtẽpant institutis, nunq̄ in-
duit obediẽtiã hũilitatẽ, opiniõibus suis uallata supbia.
Vnde nõ iã illi, q̄ hæreticã pacẽ refugũt, sed iste potius
cõtentioũm stimulis adsuetus penitus comprobatur, qui
ueritati impie resistens, à Catholica paci dissentit. Nec
mandata christi negligunt (sicut inique obloquitur)
sed

Sed oīno custodiunt, qui non falsa, sed uera exercent pro catholica religione certamina. Adhuc odij sui ueneno turbatus sequitur: Nunquā charitatē nouo præcepto commendatā, nunq̄ pacē dominico discessu relicta apud Scytharū Monachos cē conqueritur: quia eos prospiciat pro zelo catholice fidei, non fidelium, sed infidelium uigilanter p̄ dei gratiā declinare cōsortia. Eos dēq; una p̄tinacis propositi cura deditos ratiōi uelle imperare, non cedere, impudenter accusat, cum eos ueritas suis penitus approbat rationibus subiectos. An forte illos rationi cedere, non imperare iudicat, qui christum unā personā qui dem ex trinitate, nō aut unū ex trinitate esse fatentur? Sed hi qui hoc dicunt potius rationi uelle imperare, nō cedere, penitus conuincuntur. Quis enī tam stultus & uercors sit, qui dicere audeat, Paulum ex Apostolis unā cē personā, nō aut unū esse ex Apostolis paulū? Loā oportunitas exigit ut demonstretur à nobis, qualiter & quare heretiā, ex quibus unius Dioscorus, unā p̄sonā christum prædicātes ex trinitate, unū ex trinitate christū cōfiteri nullatenus acquiescāt. Personā igitur dei uerbi habere asserūt Christū, non aut q̄ ipse deus uerbū sit christus, si cut personam dei uidebatur habere propheta, qui dicebat ad Israelem: Audi populus meus & loquar Israhel, & testificabor illi, deus deus tuus sum ego, cum tamen non esset ipse deus, sed ille qui hæc contestabatur Israheli per eum, & tamen quasi ipse esset deus dicebat: Deus deus tuus sum ego. Secundum hunc ergo modum christum unam p̄sonam asserunt heretiā esse ex trinitate, nō q̄ hic christus

X

Idē est dicere / Christi unā ex Trinitate personā / et uerū num ex Trinitate.

Quana ratio Dioscori et eius secte heretico:us

psal. xlii.

Reprobatio illius impietatis qua christum negant esse deum uerbum.

sius unus sit ex trinitate, sed quia dei uerbi in se habitatis personam habeat, quæ est una ex trinitate, ut iam sic uicarius quodammodo siue minister sit dei uerbi christus, non autem ipse deus uerbum sit christus: quod quod sit impium, etiam ipsi qui hoc asserunt, credo, animaduertunt. Hac denique calliditate, unam quidem personam Christum fatentur ex trinitate: unum autem ex trinitate eum nolunt penitus confiteri. Qui autem non dei uerbi personam christum habere fatentur, sed ipsum deum uerbum christum credunt et confitentur, sicut unam personam ex trinitate, ita et unum ex trinitate predicant christum. Quia si deus uerbum est christus, et christus deus uerbum, sicut catholica credit sententia, quomodo non est christus unus ex trinitate, si una persona est deus uerbum ex trinitate? Nisi forte deum uerbum siue christum aliquid aliud præter naturalis personæ asserunt esse uocabulum, quod credo nullus unquam ausus fuit hæreticorum dicere. Si autem deum uerbum siue christum non aliud aliquid, sed naturalis personæ uocabulum esse intelligunt, quomodo non est christus unus ex trinitate, si una naturalis persona est idem christus ex trinitate? Sed in his tenebris ideo deuoluuntur, quia non iuxta compositionem deum uerbum, et ab eo susceptam naturam humanam, unum intelligunt christum, sed iuxta alterius in altero habitationem, sicut superius docuimus, siue secundum gratiam duarum personarum socialium unionem unam personam christum intelligunt. Secundum illud quod in actibus Apostolorum propter concordiam uoluntatem legitur multorum discipulorum unum esse cor et unam animam. Sed iam quod sequitur uideamus. Contemptores, ait, auctoritatum ueterum, nouarum cupidi questionum,

Act. iiii. 5.
XI

nū, solā putātes scētiæ rectā uīā, qualibet susceptā fa-
 litate sentētīā. O ĩpudēs & stulta hereticorū temeritas,
 quæ sub specie pietatis ĩpietate conatur astruere. Nō enī
 putāt, (ut ais, O infælix pfidia) sed oīno rectā credūt es-
 se sententiæ uīā, qui Christū deū uerbū, & ob hoc unum
 fatentur ex trinitate. Nec contemptores, sed potius uene-
 ratores auctoritatū ueterum comprobātur, qui hāc san-
 ctā & totius ecclesiæ sententiā, non, sicut tu temere insula-
 tas, qualibet faalitate susceptā, sed iuxta diuinorū elo-
 quiorū & sanctorū patrū traditionē fideliter confitētur.
 Et ideo non illi, sed tu potius nouarū cupidus quæstionum
 detegeris, q̄ deū christū quartū & alienū à sc̄tā & ĩdiui-
 dus trinitate conaris asserere, q̄ nullus unq̄ præter Ne-
 storiū soāosq; eius prædicare ĩ ecclesia usurpauit, quē
 talia blasphemātē à se fideiū nūero, nō ĩmerito, sc̄torū
 patrum exclusit & abiecit auctoritas. Exaggeras sanē
 adhuc & dicis, eosdē Monachos eousq; tumoris elatos,
 ut ad arbitriū suū utriusq; orbis putēt inclinādū iudici-
 um. Nec ĩ nūero fideiū deputēt sequacē traditiōis pater-
 næ, quē suæ uiderit credere nolle sentētīæ. Tu hoc tūc ue-
 re de eis assereres, si corū snīam contrariā catholicis pos-
 ses dogmatibus approbare. At uerò cū hoc nulla ualeas
 rōne edocere, inique oīno tātope cōtra eos ĩueheris, q̄ iux-
 ta sc̄torū patrū traditionē christū, quē sup oīa deū testa-
 tur Apostolus, unū confitētur ex sc̄tā & unius sc̄tiæ tri-
 nitate. Quorū sentētīis nō sequacis paternæ traditiōis,
 sed illi à nūero fideiū excludūtur, qui corū, imò totius ec-
 clesiæ, confessioni existūt contrarij. Iā uerò ĩ consequen-

Non Monachi, sed epi-
 stole auctoz
 cupidus est
 nauarū que-
 stionum.

XII

Monachire-
 cte defēdit
 catholicam
 fidem.

I tibus

XIII

In autoribus
epistolae cri-
mina obie-
cta retor-
quenda sunt.

tibus quis nõ uideat quantæ eos repletus dementiæ lac-
res? Docti, inquis, crimina serere, obrectationũ uene-
na cõponere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones
struere, inuidiã conãtare, & pro obediẽtia (quæ in cæno-
bijs prinãpatũ regularis tenet disciplina) obstinationẽ
ptinacis amare supbiæ. Cũ hæc oĩm non nisi de illis uerò
et certo adscueretur iudicio, qui tenebris nephãdi erroris
caeci catholica ueritati resistũt, qua propter te potius cri-
minatorẽ & obrectatorẽ, seditiosum quoq; & iuidũ, at-
q; amatorẽ ptinacis supbiæ, & inobediẽtẽ, non humanus
error, sed ipsa ueritas prodit, cuius te inimicũ esse nõ du-
biũ est, sicut supius sæpe probauimus. Leuius etenĩ est au-
iulibet hoĩs q̄ dei esse criminatorẽ. An nõ est aduersus
deũ crimina serere, & obrectationũ uenena cõponere,
de eo quæ falsa sunt prædicare, aduersariõsq; eius defen-
dere? Quis aut tã stultus & hebes sit, q̄ nõ eũ inobediẽ-
tẽ, supbũ & ptinacẽ iudicet, quẽ uidet i proprio errore
obstinate psistere, & catholicis nolle dogmatibus cedere?
Aut q̄s nõ eũ potius certo & uero iudicio seditiões strue-
re, & iuidiã cõãtare arguat, quẽ psfiat aduersus catho-
licos iniqua dilatare mēdaa? Quõ aut nõ integrũ eccle-
siæ corpus odisse illi potius iudicãdi sunt, q̄ psfidie sue ue-
nena i eius mēbra conãtur diffundere, eãq; à propria et
salutifera professiõe auertere? quod te & oēs qui tibi cõ-
fentiũt i plere uelle nõ dubiũ est, qui callida terguersa-
tiõe christũ filiũ dei unũ nõ eẽ ex Trinitate prædicare cõ-
tēditis. Monachi aut, quos inique lacras, intãtũ ab hoc
crimine alieni sunt, ut nunq̄ p̄ dei gratiã à catholica com-

mu

muniōe disaxerit, licet ad tēpus, nōnulla scādala ī Oriē
 tis pāibus orta, occidētalibus ecclesijs cōiauerint. Ad-
 huc sanē nō cōfunderis, sed ī pudētissima fronte sequeris
 & dicis: Nō potuimus illos monitis, nō mā suetudine, nō
 auctoritate cōprimere. Sed à quo errore, à qua insolē-
 tia uestris monitis, uestraq; mā suetudine uel auctoritate
 minime eos comprimere potueritis, nullatenus exprimis.
 Qd̄ iō allide prætermittis, ne hoc faciēs, te me ipsum pro-
 fanū & ipiū detegas. Et ò iuicta ueritas, q̄ amulorū ob-
 trectatiōes ī famulorū tuorū cōuertis gloriā. Nūq̄ etenī
 reor, q̄ quis laudādi fideles cupidus, ad corū præconia con-
 stātius hæc dicere potuisses, q̄ nūc quasi ī uitupationē Mo-
 nachorū, cōtra quos agere uideris, cōscripsisse te credis.
 Nā quō nō ī corū laudē, & ad tuā cōfusionē hæc scripsis-
 se ueraciter itelligēdus es, q̄ nō monitis, nō mā suetudine,
 nō auctoritate, eos ad tuā prauitatē potuisse detorqueri,
 proprijs attestarijs assertiōibus? Nūc iā sequētia cōsiderā-
 da sunt, ubi puerſo ordine ea q̄ Romæ contra ipsos acta
 sunt Monachos dirigēs, cūctā mētītus es. In publicū, in-
 qs, usq; prodire cōuētū, et ad cōuersionē getis arca regū
 etiā statuas ī clamātes, & nisi fidelis populi cōstātia resti-
 tisset, p̄ diabolicæ semīa nefāda zizaniæ ap̄ eos disēsi-
 onē et discordiā cōmouisset, p̄ quos adiutorio dei de regi-
 onibus eorū ē pulsa disēſio. O mira furiosorū cæātas, et
 à ueritate alienatarū mētīū criminosa fallaciā. Neq; enī
 fas ē tā apte posse mētīri Ro. epi. Bene cētū est oībus Ro-
 mæ degētibus, q̄ ipsi Monachi de his q̄ arca se acta sunt,
 tā memorato Ep̄o q̄ etiā senatoribus, necnō uniuerſæ ec-

XIII
 Vituperatio
 epistole
 auctoris
 laus est Mo-
 nachorum.

XV

Apertus in
 Monachos
 Rome exi-
 stentes mē-
 dacius.

Inculcatio
Ro. p̄t. de
nimio fauo
re erga Dio
scorum

clesiæ scriptis cōtestati sunt. Hūana nāq; tētatiōe præue
tus idē Ro. ep̄s, ut pote mortalitatis adhuc sarcia pgra
uatus, postq̄ cōpit reuerti Dioscorum, uolēs ei præstare
hoc beneficiū, ne ī publico ab eisdē Monachis argueretur
hæreticus, missis defensoribus cū īgētī uiolētia eos ab ur
be Roma subito exire cōpulit, q̄q̄ sæpius publicæ & pri
uatī tā ī cōuētū ecclesiastico q̄ etiā oīm senatorū eis ueniē
te Dioscoro audiētīā dare eēt polliātus. Qui cū ab ipsi
defensoribus egredi urgeretur, cōpulsus fuit ī locis publi
cis populū cōtestari, ne post suū discessū clā eos reuēnisse
fautores Dioscori apud ecclesiā diffamarēt. Vnde factū
ē, ut saltē eis parua dilatio præstaretur, q̄diu se exide e
gredi præpararēt, sub quo tpe scriptis, oīa quæ ī se ge
sta sunt, facultas data ē cōtestādi. Quod tamē nūq̄ facere
potuissēt, nisi hoc eis Romanus populus præstitisset, q̄ li
cet pro eis apte minie proclamaret, ipsa tamē sua tāta
murmuratiōe defensores, q̄ eos exide egredi cōpellebāt,
deterres, fecit ut eorū uiolētia expulsio uniuersæ eccle
siæ īnotesceret. Nō ergo (ut iste mētitur) populus, sed dese
fores ecclesiæ, eos exide egredi cōpulerūt. Neq; enī spō
te sua ī publico prodierūt, ut merito ad cōuersionē q̄retis,
siue ad dissipatiōē, et discordiā cōmouēdā, hoc eos fecis
se q̄libet recte dijudicaret, sed uiolēter ad hoc sunt ueni
re cōpulsī. Nā ita hæc se habere, etiā ex ipsius istius uer
bis faāle edoæmur, q̄bus eos āra regū statuas asserit in
clamaſse, q̄ nullus, nisi q̄ uiolētissime molestatur, faāle cō
pellitur. Quāuis nō quasi regæ ptātis auxiliū flagitātes
(sicut heretiā iactāt) sæpe dicti Monachi āra regū sta
tuas

Monachos
a uiolētia
defendit
Po. Roma.

tuas in clamauerit, sed postq̄ à loco, quē ad manēdū accē-
 pant, pro mādato eiusdē Ro. epi. fuerāt expulsi, ī publi-
 cō cōsistētes, ubi casu regū imagies fuerāt, q̄ petitiōi suæ
 audiētia denegaretur populo cōtēstati sunt. Cur ergo eis
 fidelis populi cōstātia, ut iste diāt, resisteret, quos uide-
 bat pro sibi īgesta uiolētia progressos ad publicū? sed ne-
 q; eis aliqua fuit ī publico disceptatio, ut merito ex aspē-
 tus populus, eos à suis expelleret regiōibus. Verū, si di-
 ligētius hęc istius uerba cōsideres, inuenies eū etiā Ro.
 populū, quē fidelē asserit, nō solū uiolētū, uerū etiā hęc
 reticū accusare. Nā si de illa sentētia, quā uniuersa dei te-
 net & defendit ecclesia, Monachis ī publico disputāti-
 bus, hoc ē, quā christus filius dei unus cē creditur ex san-
 cta & ineffabili trinitate, Rom. populus restitit: iā nō tā-
 tū iste, q̄ erroris sui tenebris excæatus, diabolicæ semina
 nefāda zizaniæ hęc sanctā sentētiā asserit, uerū etiā oīs
 antedictus populus hęreticus (qđ absit) eē conuīatur. Si
 aut usq; ad emuli sui præsentia eisdē monachis ibidē re-
 morari uolētibus, quo ipso præsentē, causa corū æquo or-
 dine terminaretur, populus restitit, stultus & iniquus e-
 rat idē populus, q̄ audiētiā iure petētibus denegauit, e-
 osq; à suis uiolēter repulit regiōibus. Huc attēdāt et cō-
 fundātur hi q̄ ex idē eos fugisse iactitāt. Nūc q̄ sint sequē-
 tia uideamus. Scro, inq̄t, probauimus prophetica Aposto-
 lū uocē dixisse: In nouissimis dieb; istare tpa piculosa, &
 fore hoīes sui tātū amatores, habētes formā pietatis, uir-
 tutē aut eius abnegātes, ita cē uitādos. Si formā pietatis
 nō uirtutē iudicātur habere, q̄ fideliter catholicis dogma

XVI
 Uerba apo-
 stoli cōtra
 hęreticos
 sub specie
 pietatis.
 11. Tim. iij.
 B.

tibus acq̄escūt: q̄to magis nec ipsam formā pietatis habere, sed euidēter ip̄ij iudicādi sunt, qui christū filiū dei unū eē negāt ex sc̄tā & terribili trinitate? Vnde nō illi, sed isti potius sui amatores & uitādi iuxta Apostolū ueris̄ie edocētur, q̄ proprijs decepti opinōib̄us, res̄is̄iūt ap̄t̄is̄ie ueritati. Quod aut̄ sero se probasse fatetur, hoc apostolū prophetica uocē dixisse, nō est mirū, si haecenus surdis auribus eūdē audierit Apostolū hoc quotidie ī ecclesia clamātē, q̄ ne nūc qdē uī apostolicæ sn̄iæ intellexisse cōuinātur. Ecclesia aut̄ dei his olī monitis prēmunita, sc̄iens nūq̄ h̄ereticos posse q̄sc̄ere, uigilāter occurrēs, eorū falsas destruit assertiōes. Post hęc tādē satiat̄us, ne habēs credo qd̄ aduersus eosdē Monachos sua sibi fallacia suggerat, adiūgit dicēs. Hęc idco dilectiōi uestre indicāda sub occasiōe credidimus, ne si illuc fuerit fortē delati, ignorātes quē admodū se romāa urbe tractauerit, sub aliquo uerborū simulatiōe aliquos possit deāpe. Qualiter ipsi Monachi se romana urbe tractauerit, q̄ uere sc̄ire desiderat, ex eorū cōtestatiōib̄us, quas ī eadē urbe locis publicis defixerūt, magis agnoscat, q̄ ex istius scriptis, q̄ nō ē eorū tātū, sed & totius ecclesie īimicus agnosatur. Nā & ipsius Ro. ecclesie, cuius se quasi defensorē simulat, intātū aduersarius denotatur, ut si memorati Monachi (quos quasi eiusdē ecclesie cōtrarios aestimat) inique aduersus eā ī ijs ptibus aliqua fingere uoluis̄ēt, nūq̄ credo ita eiusdē ecclesie fidē derogare pr̄ualuis̄ēt, quē admodū iste, q̄ ex p̄sona ipsius ecclesie ideo inique eos obtrectat & lacerat, q̄a iuxta diuina eloq̄a, & sc̄tōrū patrū traditiōes christū filiū dei (quē ī duabus naturis c̄s̄tiali

XVII
Qualiter
Monachi
se rome tra
ctauerint .

ter, siue iuxta cōpositionē unitōis, et icōfufis docet fide^s
 catholica: cōfite^rur: et illis qdē huius falsitas, nō solū aufe
 ret nihil, uerū etiā multā spē bñitudinis cōfert (domino
 dicēte: Beati estis cū uos r̄x probrauerit hoīes, et p̄secuti
 fuerit, & dixerit oē uerbū malū aduersus uos, mētiētes
 propter me) sibi autē p̄petuā sine dubio contulit mortē, q̄a
 falsus testis nō erit i punitus. His ita finitis, multa & nō
 necessaria de libris Fausti, cuiusdā Galli Episcopi i cōse=
 quētibus loquitur, nec ad id qd̄ queritur, respōdēs, sed alia
 nesāo q̄, ad rē nō p̄tinētia inani & prolixo sermōe dige=
 rit. Nā cū de ipsis libris, nō utrū legēdi sint, sed utrū sint
 catholici, uertatur q̄stio, iste nō de ipsis qd̄ sentiēdū sit sed
 eos quīs nō i autoritate habēdos tamē legēdos eē decer=
 nit. Verū tamē, q̄a eos libros quos B. Au. epi. ad hilariū
 scripsit & Prosperū i sine huius Epistolae Romanā testa=
 tur susape ecclesiā, & qd̄ de gratia dei, & libero hūano
 arbitrio eadē teneat & seruet ecclesia, ex ipsis libris a=
 būde posse sari, asserit, omittēs ea q̄ sup̄flue et prolixē
 i ipsa digesta probātur epistola, cōueniēs credidi aliqua=
 tā de Fausti q̄ de antedictis libris eiusdē S. Augustini ar=
 ta capitula decerpe, & huic nostro opusculo i serere, ut cū
 in breui collata abinuiē cōtraria sibi repta fuerint, eui=
 dēter clareat, libros Fausti esse hereticos, Sicq; consuma=
 dātur oēs, qui eos hactenus defendunt catholicos. Quo=
 rū princēps & auctor est Possessor africanus Episcopus,
 si tamē in hac parte non huius reputat sentētiā, cuius, ut
 christus filius dei uini, q̄ pro humana salute carne est cru=
 afixus unō negetur ex trinitate, magnā prae^dicat auctori=
 tatē. Sed anteq̄ ipsa à nobis i seratur capitula, qd̄ B. Augu

Luc. vi. D.
 XVIII
 De libris
 Faustilōgō
 disceptatio

De libero
arbitrio ho-
minis / con-
trarie sen-
tētie S. Au-
gustini et
Fausti.

Falsa Fau-
sti opinio.

Augustinus in ipsis libris defendat & statuatur, quod e contra
Faustus in suis conetur adstruere, breuiter lectorē pstru-
ere necessariū credidi, quo facile eorū intentiones discer-
nere ualeat. Igitur idē S. Aug. ita humanū arbitriū li-
& p Christū & cū Christo sit. Faustus uerò ita liberum
christianū arbitriū docere conatur, ut illuminatio, uirtus,
& salus, nō à Christo, sed natura sit. Et ut planū fiat, quod
dicimus, ille nos christianus, fideles atq; obediētes Deo
salubriter p gratiā Christi, quā nobis p incarnatiōis suae
donauit praesentiā, esse definit: iste, iuxta profana com-
mēta Pelagij, naturaliter esse discernit. Refutās nanq;
callide eiusdē Pelagij sensum, & quasi exprobrās, quod oī-
no Christi negauerit gratiā, necnō & illos, qui nullis praes-
ertētib; meritis iuxta Apostolū gratiā dei hoībus dari
fatētur, ipse quasi sapiētissimus & prudētissimus nouus
nouae prauitatis Apostolus gratiā Dei secundū meritum
fidei & laboris dari, nititur edocere, ut itā sic Dei gratia
non sit gratia. Nā cū nemo obediatur siue laboret nisi uo-
lēs, nemo uelit, nisi scierit, quod ei cōueniat laborare: iste
post scientiā & uoluntatē seu obediētiā hūano labori
adiūgit gratiae adiutoriū, ut uidelicet gratia et labor hu-
manus, cuius possibilitatē nō p eandē gratiā, sed natura-
liter inesse oībus asserit, pariter soāti, reliqua pfiānt
opa, & hoc quidē se pollicetur defendere. Postea autē im-
memor sui promissi, totā plenius gratiā euacuare cōuin-
ātur. Deniq; in praefatione sua inter caetera ita loquitur:
Studiū, inquit, asserēde gratiae cōpetenter & salubriter
suscipit

suscipit, q̄ obedientiã famuli labori adiūgit. Et iterũ in cap. i. primi libri: Si ergo partibus, inquit, proprietates suas reddas, & Christũ Deũ & hoĩem credas et asseras, p̄inde est, ac si gratiã cũ labore cõiungas, & ab adiutorio Dei conatũ hoĩs nō repellas. Cui assertiõĩ in primo eorũ libro (quos supra memoravi) ita cõtradiat Augu. ut credas eũ iam tũc non nisi cõtra scripta Faustii respõdere. Deniq; post aliquãta quæ ibi de initio fidei, quod nobis nisi desuper dari certissimis approbat documētis, exprobrans hũc sensum, infert & diat: Nolēs ergo tam claris testimonijs repugnare, et tamē uolēs à seipso sibi esse quod credit, quasi cõponit homo cũ Deo, ut partē sibi fidei uēdiat, atq; illi partē relinquat: & quod est elatius, primã sibi sequentē dat illi, & in eo quod esse diat amborũ primũ se facit, posteriõrē Deũ. Sed Faustus, inquit hi, qui eũ catholicum conatur defendere, primas partes nō hoĩ, sed gratiæ Dei tribuit. Nã in sexto eiusdē libri c. cũ Apostoli sententiã differeret, ita ait: Gratia dei, inqt, sum id quod sum. Primas partes soli gratiæ pie subiectus adscribit, media quæq; laboris magister & obediētis deputat, utrunq; in cõsummatione moderatus gratiã laborēq; cõiungit. Nō diat, ego sine gratia, aut gratia sine me, sed gratia Dei mecũ. Sed gratiã, cui hoc loco Faustus primas partes tribuit, nō eam quæ p̄ sp̄m sanctũ fit, ut uerbũ Dei forissecus innotãti, assensum præbeamus & obediētes efficiamur, sed prædicationē diuinorũ asserit eloqorũ, ut uidelicet gratiæ sit, q̄ nobis diuina eloq̄a prædicatur: nostrũ aut̄ sit, ut eidē prædicationi

Reprobaf a sancto Augustino.

Respondet defensor: es Faustii.

1. Cor. xv. 2

Declaratio false Faustii sententiæ.

Jobi. vi. **£** *conscientiamus. Deniq; in ca. 28. eiusdē libri primū dissecans dominicā sententiā, qua ait, Nemo uenit ad me, nisi pater adtraxerit eū, ita inter cetera loquitur: Clamat, inquit, uoluntas, quia sola p se eleuari nescit infirmitas. Ita Dominus attrahit desiderantem, erigit adnitentem. Quid est aut attrahere, nisi p̄dicare, nisi scripturarū cōsolationibus axātare, increpationibus deterrere, desiderādā proponere, intētare metuēda, iudiā cōminari, p̄m̄ium polliceri? Quod si sola p̄dicatio (sicut iste uult) gratia Dei credēda est, quæ p̄ Iesum Christū facta est, ergo iā nō saluator, sed p̄dicator tantūmodo idē Deus et dominus noster Iesus Christus (qd̄ absit) credendus est. Sed hunc nefariū eius sensum ita exprobrat et refutat B. Aug. deniq; mox post illam sententiā, cuius sup̄ius scāmus mentionē, sequitur & diāt: Nō sic pius atq; hūilis doctor ille sapiebat, (Cyprianū beatissimū loquor) qd̄ dicit, in nullo gloriandū, quādo nostrū nihil sit. Quod ut ostēderet, adhibuit Apostolū testē dicentē: Quid aut habes qd̄ nō accepisti? si aut accepisti, qd̄ gloriaris quasi non accepis? Quo p̄cipuo testimonio etiā ipse cōuictus sum, cū similiter errarē, putās fidē, qua in Deū credimus, non esse donū Dei, sed à nobis esse, in nobis, & p̄ illā nos impetrare Dei dona, quibus tēpantes, & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Neq; enī fidē putabū Dei gratia p̄ueniri, ut p̄ illā nobis daretur quod utiliter posceremus, nisi qd̄ credere nō possemus, si non p̄cederet p̄coniuū ueritatis. Ut aut p̄dicato nobis euāgelio cōsentiremus nostrū esse propriū, & nobis ex nobis esse arbitrabar.*

Reprobat
a sancto Au-
gustino.

1. Cori. iiii.

Quem

Quē meum errorē nnonnulla opuscula mea indicant, ante episcopatum meū scripta. Iste errorē diāt, fidē nō Dei donū credere, sed à nobis esse in nobis : Faustus autē non Dei donū, sed à nobis in nobis esse affirmare conatur. In c. nanq; .7. libri primi, exponēs illud Apostoli, Gratia salui facti estis p fidē, & hoc non ex nobis, sed Dei donū est, post aliquanta sequitur: Tempus, inquit, gratiæ quo redēpti sumus, meritū hoīs nō expectauit, opa nō quæsiuit, sola fidei nostræ deuotiōe cōtentus fuit . E contra S. Aug. inter initia antedicti primi libri sui: Sed nūc, inqt, istis respondendū esse uideo, q̄ diuina testimonia, quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt ualere, ut nouerimus, ex nobis qdē nos habere ipsam fidē, sed incrementū eius ex Deo, tanq̄ fides nō ab ipso donetur, sed ab ipso tamen augeatur in nobis, eo merito quo cœpit à nobis. Nō ergo receditur ab ea sn̄a, quam Pelagius ipso in ep̄ali iudicio Palestino, sicut eadā gesta testātur, dānare cōpulsus est. Gratia dei secūdū merita nostra posset dari, si nō ptineat ad gratiā dei, qd̄ credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius pfectiusq; credamus : ac p hoc initia fidei nostræ priores damus deo, ut retribuatur nobis supplementū eius, & si qd aliud fideliter prospiāmus. Sed cōtra hęc cur nō potius audimus : q̄s prior dedit ei, & retribuatur illi, quoniā ex ipso, & p ipsum, et ī ipso sunt oīa. Et ipsum igitur iitū fidei nostræ, ex quo nisi ex ipso, & p ipsum, & ī ipso sunt oīa . Quis autē dicat eū q̄ iā cœpit credere, ab illo ī quē credit nil mereri? Vnde fit, ut iā nūrēti cætera dicātur addi retributione

Erroz sancti Augustini anteq̄ esset episcopus

Pelagius dicta sua dicit nauit in episcopali iudicio.

Ro. iij. d.

retributione diuina. Ac p hoc gratia Dei secundū merita
 nostra dari, qđ obiectū sibi Pelagius, ne dānaretur ipse,
 dānauit. Sed Faustus (q̄ superius dixerat: Tēpus gratiæ
 quo redēpti sumus merita hoīm nō expectauit) opa peni
 tus nō quæsiuit, sed sola fidei nostræ deuotiōe contentus
 fuit. Mox in eodē cā. post paululū sequitur, suāq; ipse sen
 tentiā destruens, sicut fidē, ita etiā opa diat ad hoīem p̄ti
 nere: Sicut enī, inqt, ad Deū largitio munerādi, ita ad ho
 minē deuotio respiciat ingrēdi. Sed diēs fidē ipsam nō oī
 bus posse cōpetere. Non mirū, si hoī, ad quē denegas opa
 p̄tinere, etiā fidē studeas derogare. Rursus in cā. eiusdē
 libri. 15. agēs cōtra eos, q̄ nō generale, sed speāle affe
 rūt donū esse credulitatis, ita inter cetera loquitur: Sed di
 as, inqt, q̄a nō oībus detur, sed donū sit p̄sonale creduli
 tas, et illis tantū credere suppetat, q̄bus Deus speāliter
 donauit ut crederēt. Nō ita est, Nondū eā dominus etiā
 ab incredulis exigit, oībus eā insertā esse demonstrat. Cui
 aut etiā ipsa naturæ lege nō suppetat credere, quando et
 demones credūt & cōtre misant? Hic iā non Augustina
 tantū, uerū etiā Apostolo oīno Faustus cōtrarius adpro
 batur. Nā cū idē Apostolus diat: Non enī oīm est fides:
 iste oībus eā naturaliter diat esse insertā. Cui si acquiesca
 tur, nō solū hæretia et gētiles, uerū etiā demones esse cre
 dēdi sunt: q̄a in quo est fides, infidelis diā nullo pacto po
 test. Sed lōge aliter S. Aug. ad Hilariū scribēs et Prospe
 rū, doct. q̄ nō tamū ut fideliter opemur, uerū etiā ipsam
 fidē à Deo nobis donari, sicut supius edocuimus, in eodē
 libro penitus protestatur, ita dicēs: Cauendū est, fratres
 dilecti

Error: Fau
 sti/ quod fi
 des natu
 raliter sit
 omnib⁹ in
 ferta.

ii, Text. iij,

Fides a De
 o donat no
 bis/ non au
 cta solū / s;
 et cepta.

dilecti à Deo, ne homo se extollat aduersus Deū, cum se
 diat facere, quod promisit Deus. Nōne fides gētiū pro=
 missa est Abrahæ, et ille dans gloriā Deo plenissime cre=
 didit, quoniā quæ promisit, potēs est & facere. Ipse igtur
 fidē gētiū faat, q̄ potēs est facere qđ promisit. Porro
 si Deus opatur fidem nostrā, miro modo agens in nostris
 cordibus ut credamus: nunqd metuēdū est, ne totū facere
 nō possit, & ideo sibi homo primas eius uēdiat partes,
 ut nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliquid
 agatur isto modo, nisi ut gratia dei secundū merita nostra
 detur quolibet modo, ac si gratia nō sit gratia. Redditur
 nanq; hoc pacto debita, nō donatur gratis. Datur enī cre=
 denti, ut à Domino ipsa fides eius augeatur, & sit meræ s=
 fidei coeptæ fides aucta. Nec attēditur cū hoc diatur, nō
 secundū gratiā, sed secundū debitū istā mercedē credēti=
 bus imputari. Cur autē non totū tribuatur hoī, ut qui sibi
 potuit instituere quod nō habebat, ipse quod instituit, au=
 geat, oīno nō uideo, nisi quia resisti nō potest diuinis ma=
 nifestis testimonijs, quibus & fides (unde pietatis exor=
 diū sumitur) donū Dei esse monstratur. Quale est illud:
 Quod uniuersūq; Deus partitus est mēsurā fidei. Et illud:
 Pax fratribus & charitas cū fide à Deo patre, et domi=
 no Iesu Christo. & cætera talia. Et rursus idē B. Aug.
 post aliquāta: Vtrunq; enim nostrū est, inquit, propter
 arbitriū uolūtatis, & utrūq; tamē datū est p̄ spiriū fidei
 & charitatis. Neq; enī sola charitas, sed, sicut scriptum
 est, charitas cū fide à Deo patre et domino Iesu Christo.

Eusauiā nāq; donū Dei Faustus, omneq; gratiæ adiu=
 torium,

Ro. xij. B.
 Ephe. vi. D

Malte Fau-
re affectio-
ne.

torii, mox in præfatiōe sua misericordiā dei, qua gratis iustificamur, non nisi fide & opibus promerendā docere nititur, dicēs: Afferētibus nobis, q̄ dei misericordia fide & opibus promerēda est, catholicā uocē ad Pelagij sensum discretionis nescius quilibet adiudicat. Vnde & in lib. 2. p̄ naturalem uigorē absq; gratiæ adiutorio multos nō solū ante aduentū domini, uerumetiam & ante legem literæ saluatos, atq; ad plenā cordis puritatē p̄fectāmq; iusticiā puenisse, filiōsq; dei fieri meruisse, impudēter & prociāter asseuerat. Deniq; in. 9. c. eiusdem libri inter cetera diāt: Cum hoīes ita fuerint ad imaginē & similitudinē dei præditi, ut multi etiā filij dei meruerint nuncupari, uel pauās adhuc exēplis p̄strigere nos oportet, quanti ante legē literæ, erudiētē lege naturæ, quæ prima (ut diximus) gratia dei est, uel sibi salutis intrauerūt. Et iterū post pauā: Vnde Enoch, inquit, cum deo ambulare, uel deo placere potuisset, nisi cum lex uisceribus infusa secreto magisterio inluminasset, intantū ut nihil terrenū sapiēs, mirabiliter à terra, deo assumēte, raperetur? Qui dum fidei merito in prima sæculi illius ætate ceteros antecellit, fidē ipsam cū lege naturæ sibi traditā fuisse p̄docuit. Et iterū post aliquāta: Qualē quātāmq;, inquit, legē prima cōditiōe suscepit, p̄fecta etiā Noe iusticiā declarauit, qui generalia fidei dona speciali in se iudicio uirtutū sectator excoluit. Si secundū huius impiū sensum, & Enoch omni fœc̄a terrena intantū purgari potuit p̄ naturæ uigorē, ut nihil terrenum saperet, & Noe ad p̄fectam iusticiam pueniret, ergo Christus gratis mor-

Reproba-
tio euin-
di affectio-
num de E-
noch et
Noe.

tuus est. Si eum per naturæ uigorem carnalis sapientia (quæ deo inimica est) plenius expurgari potuit, & perfecta iustitiâ adimpleri, quid necesse erat deo, carne assumpta, pro humano genere mori? Sed nunquid Apostolus tacuit, unde Enoch & Noe deo placere potuerunt, dicens: Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus? Ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo, & reliquis. Fide Noe responso accepto, de his quæ adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus. Quam fidem idem Apostolus non, ut delirat Faustus, generalem, sed specialem docet, dicens: Non enim omnium est fides, neq; naturaliter omnibus inesse, sed à Deo donari, qui operatur omnia in omnibus. Sicut & alibi idem Apostolus dicit, illud quod superius beatissimus posuit Augustinus: Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre, & domino Iesu Christo. Non ergo per legem naturæ, sed per gratiâ omnes sancti ante aduentum domini Deo placuerunt. Secandum id quod & beatissimus Petrus in Actibus testatur Apostolorum, dicens: Nolite iugum imponere super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Christi speramus salui fieri, quemadmodum & illi. Eat nunc Possessor, & adhuc in pernicie propria, & eorum qui sibi consentiunt, defendat Fausti libros catholicos, quos non solum scriptis sanctissimi uiri Augustini,

Heb. ii. 17.

Non per legem nature / sed per gratiam sancti Deo placuerunt.

Act. xv. 10.

Herumetiam

138 PRO MONACHIS SCYTHARVM.

uerum etiam summorum & præcipuorum christi Apostolorum sententijs contrarios penitus ueritas docet: sicut hoc loco manifesta ratione probauimus. Nam ideo certas sententias tam ex præfatione errorum Fausti, quàm etiã ex capituli primi & septimi prioris libri inferere, hoc loco necessariũ cõsideraui: qui se idẽ Possessor ita solet callide excusare, quod non amplius nisi octo capitula libri primi legerit, ut sic salti confusus aliquando resipiscat, ea quæ proprio ore legisse se asserit, catholica nefario ausu pronũciare.

F I N I S.

¶ Apud felicem Coloniam Agrippinam in ædibus Hieronis Alopccij. Impensa & ere integerrimi bibliopole Godefridi Hittorpij. Anno à Christo nato, milleesimo quingentesimo uicessimo sexto, ipsis Nonis Iulij.



o
t
s
a
o
=
i
e
o

154

s
=
4



Ayuntamiento de Madrid